BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVI 12002

4°. 89150

A.S. A.G.

LB. XXVII / 6477
Missale secundum

ORDO ET SVMMA miſſalis monaſtici.

LIteræ dominicales.
Aureus numerus.
Modus inueniendi feſta mobilia per claues.
Tabula feſtorum mobiliũ, iuxta vſum Romanæ eccleſię.
Feſta mobilia ab anno. 1567. ad vſque. 600.
Modus inueniendi primum diem Lunæ per Epactam.
Calendarium.
Incrementa & decrementa dierum.
Tabula alphabetica de omnibus officijs in miſſali contentis.
Regulæ generales obſeruandæ in celebratione miſſarum, & expoſitio myſteriorum & cæremoniarum quibus catholica eccleſia vtitur in offerendo diuino ſacrificio.
Regulæ generales in ſecundo titulo.
Benedictiones veſtimentorum ſacerdotalium ſiue Leuiticorum, atque ſequentis ordinis miniſtrantium, & linteaminum.
Benedictio agni & aliarum carnium, & conſequenter aliarum rerum & fructuum benedictiones.
Orationes pro gratiarum actione in die Circuncisionis.
Benedictio panis in die ſancti Blaſij.
Benedictio ſalis & aquæ quæ fit in diebus dominicis, & aſperſoriũ cum ſuis orationibus.
Benedictio Lectoris.
Opus ſanctæ Bonauenturæ cardinalis, in quo ſacerdotes docet quę ſeruare debeant in celebrando.
Præparatio ſacerdotis ante miſſæ celebrationem.
Deinde officium dominicale à fol. j. vſque ad fol. cxciiij.
Præfationes & Canon miſſæ, à fol. cxcv. vſque ad fol. ccxx.

✠ 2 Commune

BIBLIOTEKA OSSOLINEUM
XVI. Qu. 12002

Commune ſanctorum cum epiſtolis & euangelijs communibus à fol. ccxxj. vſque ad fol. ccxlij.

Sanctorale incipiens à vigilia ſancti Andreæ, à fol. ccxliij. vſque ad fol. ccclv.

Miſſæ votiuæ ſanctiſsimæ Trinitatis, Angelorum, Spiritus ſancti, ſanctæ crucis, & beatæ Mariæ à fol. ccclv. vſque ad fol. ccclx.

Miſſæ votiuæ in honorem domini noſtri Ieſu Chriſti. fol. ccclxj.

Miſſæ votiuæ in honorem beatæ Mariæ. fol. ccclxvj.

Miſſæ in honorem aliquot ſanctorum quorum feſta non celebramus. fol. ccclxix.

Miſſæ votiuæ pro aliquibus neceſsitatibus. fol. ccclxxv.

Commemorationes ſine officijs de aliquibus ſanctis, & pro ſeipſo ſacerdote, & pro papa, regibus & perſonis aliquot & neceſsitatibus, à fol. ccclxxxj. vſque ad fol. cccxcij.

Officium defunctorum, à fol. cccxcij. vſque ad fol. cccxcvij.

Ordo ad induendum nouitium. fol. cccxcvij.

Profeſsio monachorum. fol. cccxcviij.

Ordo ad recipiendas nouitias. fol. cccc.

Ordo ad benedicendum moniales profeſſas & earum modus profitendi. fol. ccccij.

Vltimò ponuntur præparationes quædam deuotæ ad celebrationem miſſæ: & attendenda ſeu conſideranda accedentibus ad altare Chriſti: & quibus modis obuiari poſsit accidentibus periculis ſeu defectibus in altari. fol. ccccv.

Literæ

1951

❦ Literæ dominicales. 1567.

e. d. b. A. g. f. d. c. b. A. f. e. d. c.
c. e. g. b.

A. g. f. e. c. b. A. g. e. d. c. b. g. f.
d. f. A.

SIC reperitur litera dominicalis. Anno domini. 1567. currebat, e, pro litera dominicali quæ ſemper incipit in menſe Ianuario, & durat per totum annum. Sed quando quarto quoque anno fit biſſextus, qui fuit. 1564. dicta litera dominicalis, quæ in Ianuario (vt diximus) accepta fuit, durat ad feſtum vſque ſancti Mathiæ, quod eſt. 24. die Februarij: quo die ſuperſedetur duobus diebus ſuper illam literam, f, quæ eſt. 24. die, ſexto videlicet cal. Martij: & ſecũda die, ideſt. 25. celebratur feſtum ſancti Mathiæ. & ab illo die per reliquam partem anni ſeruiet tibi pro litera dominicali ea quę ponitur inferiùs ſub ea quæ priùs ſeruiebat. Et ratio quare ſingulis annis mutatur litera dñicalis eſt, ꝙ menſis Decembris deſinit in, A, & menſis Ianuarius incipit in, A, & neceſſe eſt ꝙ litera dñicalis mutetur. Et ratio cur fit biſſextus eſt, quia annus ſolaris (totus videlicet annus à Ianuario ad Decembrem vſque totum) eſt. 365. dierum &. 6. horarum, quibus horis collectis efficitur, vt quarto quoque anno diem integrum faciant: qui dies ponitur, vt diximus, ſexto calend. Martij, ideſt. 24. die Februarij, & dicitur biſſextus, à bis, & ſextus, quia bis replicatur. vj. calend. in. 24. & in. 25. die, quia duobus diebus ſuperſedetur in ea litera, & in. vj. calend. ſed non in numero dierum menſis: quia poſt. 24. diem dicitur. 25. & hoc die celebratur feſtũ ſancti Mathiæ.

Aureus numerus 1567.

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

AVreus numerus incipit ab vno, ad decem & nouem vſq;: & ſingulis præponitur menſibus, ad inueniẽdam nouam lunam. & etiam ad inuenienda feſta mobilia. & ſingulis annis à menſe Ianuario per reliquam anni partem, vnus currit. & vbi illum repereris, aſcende ſurſum per dies quinq;, has quinq; dicendo ſyllabas. Noua luna hic. & eo die, quo ceciderit, hic, ibi fiet luna. Exempli cauſa. Anno dñi. 1567. Aureus numerus fuit. 10. quẽ aureum numerum reperies in menſe Ianuario è regione. 19. cal. & .14. dierum. aſcẽde ſurſum per quinq; dies, & reperies, quòd. 4. idus, ideſt. 10. die facta fuit luna. & ſic facies per ſingulos menſes, cùm nouam lunam reperire voles. Sed nota ꝙ eccleſia ſemper ponit diem lunæ, quando eam videt in cælo.

Modus item facilis ad inueniendum per ſingulos annos feſta mobilia.

SCias aureum numerũ tui anni currentis, ſub quo ſtatim apparebit clauis feſtorum mobilium: eas cum illo numero clauium, ad has inferiores literas ſic ſignatas, & ab illa litera incipe numerare, donec ad finem numeri tui peruenias: quo cõpleto, ſtatim prima litera dominicalis, quæ tibi apparebit, erit dominica quam quæris. verbi gratia: Anno domini. 1567. aureus numerus fuit. 10. & numerus clauis qui ſub eo eſt aureo numero. 17. ingredere in menſem Ianuarij, & quære ibi primũ, g, & incipe numerare ab vno vſq; ad hunc numerum. 17. & videbis poſt illum numerum, ꝙ prima litera dñicalis, quæ tibi occurrerit, fuit dñica Septuageſimę, quę fuit. 26. Ianuarij. & prima dñica Quadrageſimæ: quæ fuit. 16. Februarij. & Paſcha fuit. 30. Martij. Rogationes. 4. Maij. Pentecoſte. 18. Maij. & ſic de cæteris eſt faciẽdum per ſingulos annos. Sed quando dictus numerus clauis finiret in litera dominicali, recurre ad ſequentem dominicam.

¶ Aureus numerus, cum numeris clauium.

10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
17.	36.	25.	14.	33.	22,	11.	30.	19.	38.	26.	15.	34.	23.	12.	31.	20.	39,	28.

Claues feſtorum mobilium.

Primum g Ianuarij eſt clauis ſeptuageſimæ.
Vltimum g Ianuarij eſt clauis primæ dñicæ quadrageſimæ.
Secundum g Martij eſt clauis paſchæ.
Tertium g Aprilis eſt clauis Rogationum.
Vltimum g Aprilis eſt clauis Penteconſtes.

SI vis per hanc ſequentem tabulam feſta mobilia inuenire, primò quære aureum numerum anni illius, in quo ſcire vis. deinde quære primam literam dominicalem ſubtus lineā ipſius aurei numeri: quo habito, reſpice in eadem linea tranſuerſali, in qua litera dominicalis eſt: & inuenies ſubtus quamlibet feſtiuitatem numerum in ipſa linea, in qua ipſa feſtiuitas ſcripta eſt, quota ſit in menſe quolibet. & quælibet dies, vel feſtiuitas habet mēſem in ſua linea ſcriptū. Si autem eo anno fuerit biſſextus, cinis & reliqua feſta inuenies ſub ea litera, quæ currit poſt feſtū ſancti Mathiæ. verbi gratia, Anno dñi. 1567. litera dominicalis fuit, e, & aureus numerus cucurrit. 10. & Septuageſima fuit. 26. Ianuarij. Cinis. 12. Februarij. Paſcha. 30. Martij. Aſcenſio. 8. Maij. Pentecoſtes. 18 Maij. corpus Chriſti. 29. Maij. Item: Anno domini. 1568. litera dominicalis fuit. d. c. & aureus numerus. 11. & ſeptuageſima fuit. 15. Februarij. propter biſſextum, aſcende ad ſuperiorem lineam vbi eſt. c. & inuenies diē cineris fuiſſe. 3. Martij. Paſcha. 18. Aprilis. Aſcenſionem. 27. Maij. Pentecoſten. 6. Iunij. Corpus domini. 17. Iunij. & ſic de reliquis. Quòd ſi aureus numerus venerit in dominica, recurre ad ſequentem dominicam.

Tabula feſtorum mobilium: iuxta vſum Romanæ Eccleſiæ.

Aur. nu.	Litera Do.	L X X. Ianuarij	Cinis. Febr.	Paſcha. Martij.	Aſcenſio. Aprilis.	Pentec. Maij.	Corp. Do. Maij.	Aduentus. Nouemb.
5	d	18	4	22	30	10	21	29
	e	19	5	23	1 Maij.	11	22	30
13	f	20	6	24	2	12	23	1 Decem.
2	g	21	7	25	3	13	24	2
	A	22	8	26	4	14	25	3
10	b	23	9	27	5	15	26	27 Noue.
	c	24	10	28	6	16	27	28
18	d	25	11	29	7	17	28	29
7	e	26	12	30	8	18	29	30
	f	27	13	31	9	19	30	1 Decem.
15	g	28	14	1 Apri.	10	20	31	2
4	A	29	15	2	11	21	1 Iunij.	3
	b	30	16	3	12	22	2	27 Noue.
12	c	31	17	4	13	23	3	28
1	d	1 Febr.	18	5	14	24	4	29
	e	2	19	6	15	25	5	30
9	f	3	20	7	16	26	6	1 Decem.
	g	4	21	8	17	27	7	2
17	A	5	22	9	18	28	8	3
6	b	6	23	10	19	29	9	27 Noue.
	c	7	24	11	20	30	10	28
14	d	8	25	12	21	31	11	29
3	e	9	26	13	22	1 Iunij.	12	30
	f	10	27	14	23	2	13	1 Decem.
11	g	11	28	15	24	3	14	2
	A	12	1 Mar.	16	25	4	15	3
19	b	13	2	17	26	5	16	27 Noue.
8	c	14	3	18	27	6	17	28
	d	15	4	19	28	7	18	29
	e	16	5	20	29	8	19	30
	f	17	6	21	30	9	20	1 Decem.
	g	18	7	22	31	10	21	2
	A	19	8	23	1 Iunij.	11	22	3
	b	20	9	24	2	12	23	27 Noue.
16	c	21	10	25	3	13	24	28

Index feſtorum mobilium ab anno 1568. vſq; ad annum 1600.

Nu. An.	Aur. nu.	Litt. Dñi	Septuageſimæ.	Cinis.	Paſchæ.	Rogatio.	Aſcenſio.	Pentecoſt.	Corpus Chriſti	Aduentus.
1568	11	d c	15. Febr.	3. Mart	18. Apri.	23. Maij.	27. Maij.	6. Iunij.	17. Iunij	28 Noué.
1569	12	b	6. Febr.	23. Febr.	10. Apri.	15. Maij	19. Maij.	29. Maij.	9. Iunij.	27. Nou.
1570	13	A	22. Ianua.	8. Febr.	26. Mart.	30. Apri.	4. Maij.	14. Maij	25. maij.	3. Decé.
1571	14	g	11. Febr.	28. Febr.	15. Apri.	20. Maij	24. Maij	3. Iunij.	14. Iunij.	2. Decé.
1572	15	f e	3. Febr.	20. Febr.	6. Apri.	11. Maij.	15. Maij.	25. Maij.	5. Iunij.	30. Noué
1573	16	d	18. Ianu.	4. Febr.	22. Mart.	26. Apri.	30. Apri.	10. Maij.	21. maij.	29 Noué.
1574	17	c	7. Febru.	24. Febr.	11. Apri.	16. Maij.	20. Maij.	30. Maij.	10. Iunij.	28 Noué.
1575	18	b	30. Ianu.	16. Febr.	3. Apri.	8. Maij.	12. Maij.	22. Maij.	2. Iunij.	27 Noué.
1576	19	A g	19. Febr.	7. Mart.	22. Apri.	27. Maij.	31. Maij.	10. Iunij.	21. Iunij.	2. Decé.
1677	1	f	3. Febru.	20. Febr.	7. Apri.	12. Maij.	16. Maij.	26. Maij.	6. Iunij.	1. Decé.
1578	2	e	26. Ianu.	12. Febr.	30. Mart.	4. Maij.	8. Maij.	18. Maij.	29. maij.	30 Noué.
1579	3	d	15. Febr.	4. Mart.	19. Apri.	24. Maij.	28. Maij.	7. Iunij.	18. Iunij.	29 Noué.
1580	4	c b	31. Ianu.	17. Febr.	3. Apri.	8. Maij.	12. Maij.	22. Maij.	2. Iunij.	27 Noué.
1581	5	A	22. Ianu.	8. Febr.	26. Mart.	30. Apri.	4. Maij.	14. Maij	25. maij.	3. Decé.
1582	6	g	11. Febr.	28. Febr.	15. Apri.	20. Maij.	24. Maij	3. Iunij.	14. Iunij	2. Decé.
1583	7	f	27. Ianu.	13. Febr.	31. Mart.	5. Maij.	9. Maij.	19. Maij.	30. maij.	1. Decé.
1584	8	e d	16. Febr.	4. Mart.	19. Apri.	24. Maij.	28. Maij.	7. Iunij.	18. Iunij.	29 Noué.
1585	9	c	7. Febru.	24. Febr.	11. Apri.	16. Maij.	20. Maij.	30. Maij.	10. Iunij.	28 Noué.
1586	10	b	30. Ianu.	16. Febr.	3. Apri.	8. Maij.	12. Maij.	22. Maij.	2. Iunij.	27 Noué.
1587	11	A	12. Febr.	1. Mart.	16. Apri.	21. Maij.	25. Maij.	4. Iunij.	15. Iunij	3. Decé.
1588	12	g f	4. Febr.	21. Febr.	7. Apri.	12. Maij.	16. Maij.	26. Maij.	6. Iunij	1. Decé.
1589	13	e	26. Ianu.	12. Febr.	30. Mart.	4. Maij.	8. Maij.	18. Maij.	29. maij	30. Nou.
1590	14	d	15. Febr.	4. Mart.	19. Apri.	24. Maij.	28. maij.	7. Iunij.	18. Iunij.	29 Noué.
1591	15	c	31. Ianu.	17. Febr.	4. Apri.	9. Maij.	13. Maij.	23. maij.	3. Iunij.	28. Nou.
1592	16	b A	23. Ianu.	9. Febru.	26. Mar.	30. Apri.	4. Maij.	14. maij.	25. maij.	3. Decé.
1593	17	g	11. Febr.	28. Febr.	15. Apri.	20. Maij.	24. Maij	3. Iunij.	14. Iunij.	2. Decé.
1594	18	f	27. Ianu.	13. Febr.	31. Mart.	5. Maij.	9. Maij.	19. maij.	30. maij.	1. Decé.
1595	19	e	16. Febr.	5. Martij	20. Apri.	25. Maij.	20. Maij.	8. Iunij.	19. Iunij.	30. Nou.
1596	1	d c	8. Febru.	25. Febr.	11. Apri.	16. Maij	25. Maij.	30. maij.	10. Iunij.	28. Nou.
1597	2	b	23. Ianua.	9. Febr.	27. Mart.	2. Maij.	20. Maij.	15. maij.	26. maij.	27. Nou.
1598	3	A	12. Febr.	1. Martij	16. Apri.	21. Maij.	25. Maij.	4. Iunij.	15. Iunij.	3. Decé.
1599	4	g	4. Febr.	21. Febr.	8. Apri.	13. Maij.	17. Maij.	27. maij.	7. Iunij.	2. Decé.
1600	5	f e	20. Ianu.	6. Febr.	23. Mar.	27. Maij.	1. Maij.	11. maij.	22. maij.	30 Decé.

τέλος καὶ τῷ θεῷ δόξα.

Modus inueniendi primum diem Lunæ per Epactam.

Aureu nume.	Epacta
1	11
2	22
3	3
4	14
5	25
6	6
7	17
8	28
9	9
10	20
11	1
12	12
13	23
14	4
15	15
16	26
17	7
18	18
19	29

EPacta nihil eſt aliud,niſi numerus vndecim dierũ, quia luna in anno communi ſolari facit. 12. coniunctiones cum ſole, &. 11. dies ſuperant tertiædecimæ, & hi. 11. dies ſunt Epacta. Cuius ordo ſic procedit. Quando aureus numerus currit.1. Epacta eſt. 11. ſecundo anno adde.11.& faciunt. 22. Tertio anno adde.11.& faciunt. 33.qui ſuperant vnam lunationem, è quibus demptis. 30.remanent.tres. & ſic ſemper procede à capite cum. 11.vt potes hc in tabella videre. Hoc etiam modo Epactam facilè poteris inuenire. Habeas aureum numerum tui anni currentis,& multiplica per.vndecim.& quod remanet diuide per. 30. & quod ſupereſt,eſt Epacta illius anni. Sed aureus numerus calendis Ianuarij mutatur. Epacta verò ſecundum vulgi conſuetudinem calendis martij. Quòd ſi vis ſcire quot dies habeat luna, ſic facias. Accipe numerum Epactæ tui anni, qui annus incipit calendis Martij:cui numero epactæ, adde tot dies, quot menſes à calendis Martij tranſiere,videlicet duorum, vel trium, vel quatuor m enſium præteritorum, vſque ad menſem in quo es. Adde præterea tot numeros, quot ſunt dies illius menſis,cuius vis ſcire diem lunæ,& numerum vnum amplius, & computatis omnibus numeris ſimul, inuenies quot dies habeat luna. Quòd ſi numerus trãſiret. 30.abijce.30. & quod ſupereſt, ſunt dies lunæ.

¶ Annus habet menſes. xij. hebdomadas. lij. & diem vnum: & dies ccclxv. &. vj. horas. & quando currit biſſextus: qui intrat ſingulis.iiij. annis,ſuperat per vnum diem tantùm: & habet tunc dies. ccclxvj. Longitudo dierum anni in.vj.climate ab ortu ad occaſum ſolis.

Ianuarius habet dies. xxxj. Luna. xxx.

Aur.nu.					
iij	A	Calẽ. Ianu.	1	Circunciſio domini. iiij. in cap. priua.
	b	iiij Nonas.	2	Octaua ſancti Stephani protomar. xij. lectio.
xj	c	iij no.	3	Octa. ſancti Ioan. apoſt. & euange. xij. lectio.
	d	Prid. no.	4	Oct. ſanctorum Innocentium. xij. lectio.
xix	e	Nonis.	5	Vigilia Epiphaniæ. Non eſt ſub præcepto.
viij	f	viij Idus.	6	Epiphania domini. iiij. in cap. princi.
	g	vij id.	7	Iuliani & Baſiliſſæ mar. xij. lectio.
				¶ Claues ſeptuageſimæ.
xvj	A	vj id.	8	
v	b	v id.	9	
	c	iiij id.	10	
xiij	d	iij id.	11	
ij	e	Prid. id.	12	Hilarij epiſcopi & doctoris. ij. in cap. & Victoriani Abb. ordi. noſtri. commemo.
	f	Idibus.	13	Octaua Epiphaniæ domini. ij. in cap.
x	g	xix cal.	14	Februarij. Felicis in Pincis mar. iij. lect.
	A	xviij cal.	15	Mauri Abb. ordi. noſtri. ij. in cap.
				¶ Sol in Aquario.
xviij	b	xvij cal.	16	Marcelli papæ & marty. ij. in cap.
vij	c	xvj cal.	17	Antonij Abbatis. ij. in cap.
	d	xv cal.	18	Priſcæ virginis & marty. iij. lect.
xv	e	xiiij cal.	19	
iiij	f	xiij cal.	20	Fabiani & Sebaſtiani marty. ij. in cap.
	g	xij cal.	21	Agnetis virginis & martyris. ij. in cap. Fructuoſi & Augurij & Eulogij. commemo.
xij	A	xj cal.	22	Vincentij marty. ij. in cap.
i	b	x cal.	23	Alfonſi qui & Ileſonſi epiſco. & doctoris. ordi. noſtri. ij. in cap.
	c	ix cal.	24	Babilæ epiſcopi & triũ puerorũ mar. iij. lect.
ix	d	viij cal.	25	Conuerſio ſancti Pauli. ij. in cap.
	e	vij cal.	26	
xvij	f	vj cal.	27	Ioannis Chryſoſtomi epiſco. & docto. ij. in cap.
vj	g	v cal.	28	Thyrſi marty. xij. lect. Agnetis. ij. commemo.
				¶ Claues primæ domi. quadrageſi.
	A	iiij cal.	29	Baſilij epiſcopi & doctoris. ij. in cap.
xiiij	b	iij cal.	30	Adelelmi Abbatis. ordi. noſtri. ij. in cap.
iij	c	Prid. cal.	31	

Februarius habet dies. xxviij. luna vero xxix. & quādo eſt biſſextus habet dies. xxix. & luna. xxx.

Aure. nu.					
	d	Calē. Februa.		1	
xj	e	iiij	no.	2	Purificatio glorioſiſsimæ Mariæ virginis. iiij. in cap. principa.
xix	f	iij	no.	3	Blaſij epiſcopi & marty. ij. in cap.
viij	g	prid.	no.	4	De octaua purifica.
	A	Nonis.		5	Agathæ virginis & marty. xij. lect.
xvj	b	viij	id.	6	Dorotheæ virgi. & marty. comme.
v	c	vij	id.	7	De octaua.
	d	vj	id.	8	De octaua.
xiij	e	v	id.	9	Octaua purifica. beatæ Mariæ. ij. in cap.
ij	f	iiij	id.	10	Scolaſticæ virginis. ordinis noſtri. ij. in cap.
	g	iij	id.	11	
x	A	Prid.	id.	12	Eulaliæ Barchinonenſ. virginis & mart. xij. lectio.
	b	Idibus.		13	
xviij	c	xvj	cal.	14	Martij. Valentini marty. iij. lectio.
vij	d	xv	cal.	15	
	e	xiiij	cal.	16	Iulianæ virginis & marty. iij. lect. ¶ Sol in piſce.
xv	f	xiij	cal.	17	
iiij	g	xij	cal.	18	
	A	xj	cal.	19	
xij	b	x	cal.	20	
j	c	ix	cal.	21	¶ Ver oritur.
	d	viij	cal.	22	Cathedra ſancti Petri apoſtoli. ij. in cap.
ix	e	vij	cal.	23	Vigilia ſancti Mathiæ apoſtoli. ſub præcepto.
	f	vj	cal.	24	Mathiæ apoſtoli. iiij. in cap. priua. ¶ Locus biſſexti.
xvij	g	v	cal.	25	
vj	A	iiij	cal.	26	
	b	iij	cal.	27	
xiiij	c	prid.	cal.	28	

Biſſextum ſextæ Martis tenuere calendæ.
Poſteriore die celebrantur feſta Mathiæ.

Martius habet dies. xxxj. Luna. xxx.

Aur. nume.				
iij	d	Calẽdis Martij.	1	Rudeſindi epi & confeſſ. ordi. nri. ij. in cap.
	e	vj no.	2	
xj	f	v no.	3	Emeterij & Celedonij martyrũ. xij. lect.
	g	iiij no.	4	
xix	A	iij no.	5	
viij	b	prid. no.	6	
	c	nonis	7	Sancti Thomæ de Aquino confeſſ. & docto. ij. in cap.
xvj	d	viij id.	8	
v	e	vij id.	9	
	f	vj id.	10	
xiij	g	v id.	11	Vincentij abbatis & marty. ordi. noſtri. ij. in cap. ¶ Clauis paſchæ.
ij	A	iiij id.	12	Gregorij papæ & docto. ordi. noſtri ij. in cap.
	b	iij id.	13	Leandri epiſcopi & doctoris. ordi. noſtri. xij. lectio.
x	c	prid. id.	14	
	d	idibus.	15	¶ AEquinoctium vernale.
xviij	e	xvij calen.	16	Aprilis.
vij	f	xvj. calen.	17	
	g	xv calen.	18	Gabrielis archãgeli. ij. in capis. ¶ Sol in ariete.
xv	A	xiiij calen.	19	Ioſeph ſponſi virginis Mariæ. iiij. in cap. prin.
iiij	b	xiij calen.	20	
	c	xij calen.	21	Sancti patris noſtri Benedicti abbatis. iiij. in cap. princi.
xij	d	xj calen.	22	
j	e	x calen.	23	
	f	ix calen.	24	
ix	g	viij calen.	25	Annunciatio glorioſiſsimæ virginis Mariæ. iiij. in cap. princi.
	A	vij calen.	26	
xvij	b	vj calen.	27	
vj	c	v calen.	28	Octaua ſancti patris noſtri Benedicti. ij. in cap.
	d	iiij calen.	29	
xiiij	e	iij calen.	30	
iij	f	pridie calen.	31	Iſidori epiſcopi & doctoris. xij. lect.

Aprilis habet dies. xxx. Luna. xxix.

Aureus nu.				
	g	Calēdis Apri.	1	Octaua Annuntiationis virginis Mariæ. ij.in cap.
xj	A	iiij. no.	2	Mariæ AEgyptiacæ. xij.lect.
	b	iij no.	3	
xix	c	prid. no.	4	Ambroſij epiſcopi & doctoris. ij.in cap.
viij	d	Nonis.	5	
xvj	e	viij id.	6	
v	f	vij id.	7	
	g	vj id.	8	
xiij	A	v id.	9	
ij	b	iiij id.	10	
	c	iij id.	11	
x	d	prid. id.	12	
	e	Idibus.	13	
xviij	f	xviij cal.	14	Maij. Tyburtij & Valeriani & Maximi martyrum. iij.lect.
vij	g	xvij cal.	15	¶ Clauis rogationum.
	A	xvj cal.	16	Turibij epiſcopi & confeſſoris. ij.in cap.
xv	b	xv cal.	17	¶ Sol in tauro.
iiij	c	xiiij cal.	18	
	d	xiij cal.	19	
xij	e	xij cal.	20	
j	f	xj cal.	21	
	g	x cal.	22	
ix	A	ix cal.	23	Georgij & ſociorum eius martyrum. iij.lect.
	b	viij cal.	24	
xvij	c	vij cal.	25	Marci euangeliſtæ. iiij.in cap.priua. ¶ Litaniæ maiores.
vj	d	vj cal.	26	
	e	v cal.	27	
xiiij	f	iiij cal.	28	Prudentij epiſcopi & confeſſ. ij.in cap. & Vitalis marty. commemo.
iij	g	iij cal.	29	Petri martyris ordinis prædicatorū. ij.in cap. ¶ Clauis Pentecoſtes.
	A	prid. cal.	30	

Aure. num. Maius habet dies. xxxj. Luna. xxx.

xj	b	Calẽ. Maij	1	Philippi & Iacobi apoſtolorum. iiij. in cap. priu. Torquati & ſociorum eius marty. comme. Andeoli marty. commme.
	c	vj no.	2	
xix	d	v no.	3	Inuentio ſanctæ Crucis. ij. in cap.
viij	e	iiij no.	4	Alexandri, Euentij & Theodoli mar. ij. in cap. ſuit heri.
	f	iij no.	5	
xvj	g	Prid. no.	6	Ioannis ante portam Latinam. ij. in cap.
v	A	Nonis	7	
	b	viij id.	8	Apparitio ſancti Michaelis archãgeli ij. in cap.
xiij	c	vij id.	9	
ij	d	vj id.	10	Gordiani & Epimachi marty. iij. lect.
	e	v id.	11	
x	f	iiij id.	12	Nerei & Archilei & Pancratij marty. iij. lect.
	g	iij id.	13	
xviij	A	Prid. id.	14	Iſidori martyris. ij. in cap. Victoris & Coronæ marty. (commemo.
vij	b	Idibus.	15	
	c	xvij cal.	16	Iunij.
xv	d	xvj cal.	17	
iiij	e	xv cal.	18	¶ Sol in Geminis.
	f	xiiij cal.	19	Potentianæ virginis. iij. lect.
xij	g	xiij cal.	20	Bernardini confeſſoris. Commemo.
j	A	xij cal.	21	Mancij marty. ij. in cap.
	b	xj cal.	22	
ix	c	x cal.	23	¶ AEſtas incipit.
	d	ix cal.	24	
xvij	e	viij cal.	25	Vrbani papæ & marty. iij. lect.
vj	f	vij cal.	26	
	g	vj cal.	27	
xiiij	A	v cal.	28	
iij	b	iiij cal.	29	
	c	iij cal.	30	
xj	d	Prid. cal.	31	

Iunius habet dies. xxx. Luna, xxix.

Aure. nūme.				
	e	Calendis Iunij.	1	Eneconis Abbatis ordinis noſtri. ij. in cap. Nicomedis & Reueriani marty. cōmemoratio.
xix	f	iiij no.	2	Marcellini & Petri martyrum. iij. lectio.
viij	g	iij no.	3	
xvi	A	prid. no.	4	
v	b	nonis.	5	
	c	viij id.	6	Leonis papæ & doctoris. ij. in cap.
xiij	d	vij id.	7	
ij	e	vj id.	8	
	f	v id.	9	Primi & Feliciani marty. iij. lect.
x	g	iiij id.	10	
	A	iij id.	11	Barnabæ apoſtoli. iiij. in cap. priua.
xviij	b	Prid. id.	12	Baſilidis, Cirini, Naboris, & Nazarij martyrū. iij. lectionum.
vij	c	idibus	13	Antonij cōfeſſoris de ordine minorū. ij. in cap.
	d	xviij cal.	14	Iulij. Felicis marty. ordi. noſtri. ij. in cap. ¶ Solſtitium æſtiuale.
xv	e	xvij cal.	15	
iiij	f	xvj cal.	16	Quirici & Iulitæ marty. iij. lect.
	g	xv cal.	17	¶ Sol in cancro.
xij	A	xiiij cal.	18	Marci & Marcelliani marty. iij. lectio.
j	b	xiij cal.	19	Geruaſij & Protaſij marty. ij. in cap.
	c	xij cal.	20	Florentiæ virgi. & marty. iij. lect.
ix	d	xj cal.	21	Ioannis & Pauli marty. xij. lectio.
	e	x cal.	22	Conſortiæ virginis & martyris. iij. lect.
xvij	f	ix cal.	23	Vigilia ſancti Ioannis Baptiſtę. Sub præcepto.
vj	g	viij cal.	24	Natiuitas ſancti Ioannis Baptiſtæ. iiij. in cap. princi.
	A	vij cal.	25	
xiiij	b	vj cal.	26	Pelagij marty. ij. in cap. & Ioannis & Pauli marty. commemoratio.
iij	c	v cal.	27	Zoelli marty. ij. in cap.
	d	iiij cal.	28	Vigilia apoſto. Petri & Pauli. ſub præcepto.
xj	e	iij cal.	29	Petri & Pauli apoſtolorū. iiij in cap. princip.
	f	Prid. cal.	30	Commemoratio ſancti Pauli apoſt. ij. in cap.

Aur. num. Iulius habet dies. xxxj. Luna. xxx

xix	g	Cal. Iulij.	1	Octaua ſancti Ioannis baptiſtæ. ij.in cap.
viij	A	vj no.	2	Viſitatio glorioſiſsimæ virg. Mariæ.iiij.in cap. & Proceſsi & Martiniani marty. commemo.
	b	v no.	3	
xvj	c	iiij no.	4	Tranſlatio ſancti Martini epiſcopi. xij.lectio.
v	d	iij no.	5	
	e	Prid. no.	6	Octaua apoſtolorum Petri & Pauli. ij. in cap.
xiij	f	Nonis.	7	Martialis epiſcopi. ij.in cap.
ij	g	viij id.	8	
	A	vij id.	9	Octaua Viſitationis virgi.Mariæ.ij.in cap.
x	b	vj id.	10	Septem fratrum martyrum. iij.lect.
	c	v id.	11	Tranſlatio ſanctiſ. Patris noſtri Benedicti Abb. iiij.in cap.princi.
xviij	d	iiij id.	12	
vij	e	iij id.	13	
	f	Prid. id.	14	¶Incipiunt dies Caniculares.
xv	g	Idibus.	15	
iiij	A	xvij cal.	16	Auguſti.
	b	xvj cal.	17	Iuſtæ & Ruffinæ martyrum & virgi. xij.lect.
xij	c	xv cal.	18	Octaua ſancti Benedicti. ij. in cap. & Marinę virgi.& marty.
j	d	xiiij cal.	19	Hic celebratur ſancta Marina virgo martyr. ij.in capis. ¶Sol in Leone.
	e	xiij cal.	20	
ix	f	xij cal.	21	Praxedis virginis.iij.lectionum.
	g	xj cal.	22	Mariæ Magdalenæ.iiij.in cap.priua.
xvij	A	x cal.	23	Apollinaris epī & martyris.iij.lect.
vj	b	ix cal.	24	Chriſtinæ virginis.iij.lectionum.Et vigilia ſancti Iacobi apoſtoli ſub pręcepto.
	c	viij cal.	25	Iacobi apoſtoli.iiij.in cap.principa.
xiiij	d	vij cal.	26	Annæ matris Mariæ deiparæ virgi.iiij.in cap.
iij	e	vj cal.	27	Chriſtophori & Cucufati marty.xij.lect.
	f	v cal.	28	Nazarij,Celſi,& Pantaleonis marty. cōmemo.
xj	g	iiij cal.	29	Marthæ virginis.xij.lect. & Felicis Simplicij,& Beatricis. commemo.
xix	A	iij cal.	30	Abdon & Sennen. commemoratio.
	b	Prid. cal.	31	Germani epiſcopi.ij.in cap.

✠✠

Auguſtus habet dies. xxxj. Luna. xxx.

Au.nu.				
xiij	c	Cal. Auguſt.	1	Petri ad vincula. ij. in cap. Felicis martyris & octaua ſancti Iacobi. commemoratio.
xvj	d	iiij no.	2	Stephani papæ & martyris. iij. lectio.
v	e	iij no.	3	Inuētio ſancti Stephani protomarty. ij. in cap.
	f	Prid. no.	4	Dominici patris prædicatorum. ij. in cap.
xiij	g	Nonis.	5	Beatæ Mariæ ad Niues. iiij. in cap.
ij	A	viij id.	6	Transfiguratio dñi. iiij. in cap. princi. & Sixti. Feliciſsimi, Agapiti, Iuſti & paſtoris. cōm.
	b	vij id.	7	Mametis martyris. commemoratio.
x	c	vj id.	8	Cyriaci, Largi & Smaragdi martyrũ. comme.
	d	v id.	9	Vigilia ſancti Laurentij. ſub præcepto.
xviij	e	iiij id.	10	Laurentij martyris. iiij. in cap. priua.
vij	f	iij id.	11	Taurini epiſcopi & Tiburtij mart. cōmemo.
	g	Prid. id.	12	Claræ virginis. ij. in cap.
xv	A	Idibus.	13	Octaua transfigurationis. ij. in cap. & Hippolyti & ſociorum eius martyrum. comme.
iiij	b	xix cal.	14	Septēbris. De octa. ſ. Laurē. Euſebij cōf. cōm. & vigi. aſſumptio. b. Mariæ. ſub præcepto.
	c	xviij cal.	15	Aſſumptio glorioſiſ. virgi. Ma. iiij. in cap. prin.
xij	d	xvij cal.	16	Rochi confeſſoris. xij. lect.
j	e	xvj cal.	17	Octaua ſancti Laurentij. xij. lectio.
	f	xv cal.	18	Agapeti mart. cōmemo. ℂ Sol in virgine.
ix	g	xiiij cal.	19	Ludouici epiſcopi ordinis minorum. ij. in cap.
	A	xiij cal.	20	Bernardi abbat. ordinis noſtri. ij. in cap. Philiberti abb. ordi. noſtri. cōmemo.
xvij	b	xij cal.	21	
vj	c	xj cal.	22	Octaua aſſumptionis beatæ Mariæ. ij. in cap.
	d	x cal.	23	Vigilia ſancti Bartholomęi. ſub præcepto. & Timothei & Simphoriani mart. iij. lectio.
xiiij	e	ix cal.	24	Bartholomæi apoſtoli. iiij. in ca. priua.
iij	f	viij cal.	25	Geneſij martyris. iij. lectio.
	g	vij cal.	26	
xj	A	vj cal.	27	
xix	b	v cal.	28	Auguſtini epiſcopi & docto. ij. in cap. Iuliani & Hermetis. commemoratio.
	c	iiij cal.	29	Decollatio ſancti Ioan. Bapt. ij. in cap. Sabinæ virgi. commemoratio.
viij	d	iij cal.	30	Felicis & Audacti marty. iij. lectio.
	e	Prid. cal.	31	

Septẽber habet dies. xxx. Luna xxix.

Au.nu.				
xvj	f	Calẽd. Septẽ.	1	AEgidij abba. ordi. noſtri. xij. lectio.
v	g	iiij no.	2	Antonini martyris. xij. lectio.
	A	iij no.	3	
xiij	b	Prid. no.	4	Marcelli marty. iij. lect.
ij	c	Nonis.	5	¶ Finiuntur dies Caniculares.
	d	viij id.	6	
*	e	vij id.	7	
	f	vj id.	8	Natiuitas glorioſiſsimę virginis Marię. iiij. in cap. princi. & Adriani martyris. cõmemo.
xviij	g	v id.	9	Dorothei & Gorgonij martyrũ. cõmemora.
vij	A	iiij id.	10	
	b	iij id.	11	Proti & Hyacinthi martyrum. commemora.
xv	c	Prid. id.	12	
iiij	d	Idibus.	13	
	e	xviij cal.	14	Octobris. Exaltatio ſanctæ Crucis. ij. in cap. ¶ AEquinoctium autumnale.
xij	f	xvij cal.	15	Octaua natiuitatis b. Marię. ij. in cap. Nicomedis & Valeriani martyrũ. cõmemoratio.
j	g	xvj cal	16	Euphemiæ virgi. iij. lect. Lucię & Geminiani martyrum commemoratio.
	A	xv cal	17	Cornelij & Cypriani mart. & ponti. ij. in cap.
ix	b	xiiij cal	18	Damaſi papę & docto. ij. in cap. ¶ Sol in libra.
	c	xiij cal	19	
xvij	d	xij cal.	20	Vigilia ſancti Matthæi apoſto. ſub præcepto.
vj	e	xj cal.	21	Matthæi apoſto. & euangeli. iiij. in cap. priuã.
	f	x cal.	22	Mauricij & ſociorum eius marty. ij in cap.
xiiij	g	ix cal.	23	Cæſarij martyris. iij. lectio.
iij	A	viij cal.	24	
	b	vij cal.	25	Lauteni abbatis. ordi. noſtri. xij. lectio.
xj	c	vj cal.	26	
xix	d	v cal.	27	Coſmæ & Damiani mart. xij. lect.
	e	iiij cal.	28	Fũdatio monaſterij ſancti Bñdicti Valliſoleti.
viij	f	iij cal.	29	Dedicatio ſancti Michaelis archãg. iiij. in cap. principa.
	g	Prid. cal.	30	Hieronymi presbyteri & docto. ij. in cap.

October habet dies. xxxj. Luna. xxx.

Aure.nu.				
xvj	A	Calē. Octob.	1	Germani & Remigij epiſcoporum ordinis noſtri. iij.lectio.
v	b	vj no.	2	Leodegarij epiſcopi & martyris. ordinis noſtri. xij. lectio.
xiij	c	v no.	3	
ij	d	iiij no.	4	Franciſci confeſſoris. ij.in cap.
	e	iij no.	5	Placidi monachi & ſociorum eius martyrum. ordinis noſtri. ij.in cap.
x	f	Prid. no.	6	Angelorum cuſtodum.ij.in cap.
	g	Nonis.	7	Marci papæ & confeſſoris.iij.lectio.
xviij	A	viij id.	8	
vij	b	vij id.	9	Dionyſij Ruſtici & Eleutherij mart. ij.in cap.
	c	vj id.	10	
xv	d	v id.	11	
iiij	e	iiij id.	12	
	f	iij id.	13	Fauſti Ianuarij, Martialis martyrum.xij. lect. Geraldi confeſſoris. commemoratio.
xij	g	Prid. id.	14	Calixti papæ & martyris.iij.lectio.
j	A	Idibus.	15	
	b	xvij cal.	16	Nouembris. Agricolæ & Vitalis mar.xij. lect.
ix	c	xvj cal.	17	
	d	xv cal,	18	Lucæ euangeliſtæ.iiij.in cap.priua.
xvij	e	xiiij cal.	19	Aquilini epiſcopi & confeſſ. iij.lect. ¶ Sol in Scorpio.
vj	f	xiij cal.	20	
	g	xij cal.	21	Vndecim millium virginum.ij.in cap.
xiiij	A	xj cal.	22	
iij	b	x cal.	23	Seruandi & Germani marty.xij.lect.
	c	ix cal.	24	
xj	d	viij cal.	25	
xix	e	vij cal.	26	
	f	vj cal.	27	Vincētij Sabinæ & Chriſtetis mar.ij. in cap & Vigi.apoſto.Simonis & Iudę. ſub pręcepto.
viij	g	v cal.	28	Simonis & Iudæ apoſtolorū. iiij.in cap.priua.
	A	iiij cal.	29	
xvj	b	iij cal.	30	Claudij Luperci & Victorici marty. ij. in cap.
v	c	Prid. cal.	31	Vigilia omnium ſanctorum. ſub præcepto. & Quintini martyris. iij.lectionum.

Nouember habet dies. xxx.

Luna. xxix.

Aure.nu.

	d	Cal.Nouēb.	1	Feſtiuitas omnium ſanctorū. iiij.in cap.princi.
xiij	e	iiij no.	2	Commemoratio omniū fidelium defunctorū.
ij	f	iij no.	3	
	g	Prid. no.	4	
x	A	Nonis.	5	
	b	viij id.	6	
xviij	c	vij id.	7	
vij	d	vj id.	8	Octaua omnium ſanctorum. ij. in cap. Quatuor coronatorum mart. commemo.
	e	v id.	9	Theodori martyris. iij lectio.
xv	f	iiij id.	10	Mennæ martyris. iij.lectio.
iiij	g	iij id.	11	Martini epiſcopi & confeſſo. iiij. in cap. priua.
	A	Prid. id.	12	AEmiliani presbyteri. ij.in cap.
xij	b	Idibus.	13	Bricij epiſcopi & confeſſoris xij.lectio.
j	c	xviij cal.	14	Decembris.
	d	xvij cal.	15	Romani martyris. ij.in cap.
ix	e	xvj cal.	16	
	f	xv cal.	17	Aciſcli & Victoriæ. xij.lect. ¶ Sol in Sagittario.
xvij	g	xiiij cal.	18	Octaua ſancti Martini. ij.in cap.
vj	A	xiij cal.	19	Eliſabeth cōtinēs filia regis Vngariç. ij.in cap.
	b	xij cal.	20	Ceciliæ virginis & martyris. xij.lect.
xiiij	c	xj cal.	21	Præſentatio beatæ Mariæ in templum. iiij.in cap.priua.
iij	d	x cal.	22	
	e	ix cal.	23	Clementis papæ & martyris. ij. in cap. & Felicitatis martyris. commemora.
xj	f	viij cal.	24	Chryſogoni martyris. iij.lectio.
xix	g	vij cal.	25	Catharinæ virginis & martyris. ij.in cap.
	A	vj cal.	26	
viij	b	v cal.	27	Facundi & Primitiui martyrum. ij.in cap.
	c	iiij cal.	28	Anſelmi archiepiſcopi Cantuarien. ordinis. S. Benedicti. ij in cap.
xvj	d	iij cal.	29	Vigilia ſancti Andreæ apoſtoli. ſub præcepto. & Saturnini epiſcopi & marty. iij.lectio.
v	e	Prid. cal.	30	

Nota ꝙ in litera,g.duplex aureus numerus eſt ponendus:quia in.xix. annorum ſpacio bis Luna prima in eadem litera inuenitur: eo videlicet anno quo aureus numerus eſt.ij.& quo eſt. xiij.

Decēber habet dies. xxxj.Luna.xxx.

Au.nu.					
	f	Calē.Decē.	1	Chryſanthi & Dariæ marty. iij.lect.
xiij.ij.	g	iiij no.	2	
	A	iij no.	3	
x	b	Prid. no.	4	Barbaræ virginis & martyris. ij.in cap.
	c	Nonis.	5	
xviij	d	viij id.	6	Nicolai epiſcopi & confeſſoris. ij. in cap.
vij	e	vij id.	7	Octaua ſancti Andreæ. xij.lectio.
	f	vj id.	8	Cōceptio glorio.virgi.Marię.iiij.in cap.priua
xv	g	v id.	9	Leocadiæ virginis & martyris.xij.lectio.
iiij	A	iiij id.	10	Eulaliæ virginis & martyris. ij.in cap.
	b	iij id.	11	
xij	c	Prid. id.	12	
j	d	Idibus.	13	Luciæ virginis & martyris. xij.lectio.
	e	xix cal.	14	Ianuarij.
x	f	xviij cal.	15	¶ Solſtitium hyemale.
	g	xvij cal.	16	
xvij	A	xvj cal.	17	Hodie ad veſpos incipiuntur añæ O ſapiē.&c.
vj	b	xv cal.	18	Feſtiuitas beatæ Mariæ ante natalem. iiij. in cap.priua.
	c	xiiij cal.	19	
xiiij	d	xiij cal.	20	Vigilia ſancti Thomæ apoſtoli.ſub præcepto. & Dominici abbatis. ordi.noſtri. ij.in cap.
iij	e	xij cal.	21	Thomæ apoſtoli.iiij.in cap.priua.
	f	xj cal.	22	Tranſlatio ſancti Iſidori epiſcopi. ij.in cap.
xj	g	x cal.	23	
xix	A	ix cal.	24	Vigilia natiuitatis domini ſub præcepto.
	b	viij cal.	25	Natiuitas dñi nři Ieſu Chři.iiij. in cap.princip.
viij	c	vij cal.	26	Stephani protomartyris.iiij.in cap.principa.
	d	vj cal.	27	Ioannis apoſto.& euange. iiij.in cap.principa.
xvj	e	v cal.	28	Sanctorum Innocentum martyrum. ij.in cap.
v	f	iiij cal.	29	Thomæ epi Cãtuarieñ.marty. ij.in cap.
	g	iij cal.	30	Tranſlatio ſancti Iacobi apoſtoli. ij.in cap.
xiij	A	Prid.cal.	31	Sylueſtri papæ & confeſſoris, xij.lectio. & Columbæ virginis, commemoratio.

Infraſcripta tabula indicat incrementa: & diminutiones dierum, ac noctium in decimum quemq; diem cuiuſq; menſis per horas duntaxat integras, & quartas horæ partes citra rationem ſubtiliorem. Diem autem quantum attinet ad propoſitum appellamus ab ortu ſolis ad eius occaſum, reliquum verò totũ ſpatium appellamus noctem.

Menſe.	Die.	Dies. Horas.	Habet Quartas.	Nox Horas.	Habet Quartas.
Ianuarij.	1	9	1	14	3
	10	9	2	14	2
	20	9	3	14	1
Februarij.	1	10		14	
	10	10	2	13	2
	20	11		13	
Martij.	1	11	2	12	2
	10	12		12	
	20	12	2	11	2
Aprilis.	1	13		11	
	10	13	2	10	2
	20				
Maij.	1	14	1	9	3
	10	14	2	9	2
	20	14	3	9	1
Iunij.	1	15		9	
	10	15		9	
	20	15		9	
Iulij.	1	14	3	9	
	10	14	2	9	2
	20	14	1	9	3

Menſe.	Die.	Dies. Horas.	Habet Quartas	Nox Horas	Habet Quartas.
Auguſti.	1	14		10	
	10	13	2	10	2
	20	13		11	
Septembris.	1	12	2	11	2
	10	12		12	
	20	11	2	12	2
Octobris.	1	11			
	10	10	2	13	2
	20	10		14	
Nouẽbris.	1	9	3	14	1
	10	9	2	14	2
	20	9	1	14	3
Decembris.	1	9		15	
	10	9		15	
	20	9		15	
Martij.	10	Æquinoctia.			
Septẽbris.	13				
Iunij.	11	Solſtitia.			
Decẽbris.	11				

Incipit tabula alphabetica de omnibus officijs in miſſali contentis.

A

Abdon & Sennē. Fol.cccxj
Aciſcli & Victoriæ. ccclj
Adelelmi abbatis. cclx
Adriani martyris. cccxxviij
Agapiti martyris. cccxxij
Agathæ virginis. cclxvj
Agnetis primo. cclvj
Agnetis ſecundo. cclix
Agricolę & Vitalis. cccxlj
Alexādri, Euētij & Theodoli martyrum. cclxxxij
Ambroſij epiſcopi. cclxxvj
Andeoli. cclxxxj
Andreæ apoſtoli. ccxliiij
Angeli cuſtodis. cccxxxix
Annæ matris Mariæ. cccviij
Annuntiatio Mariæ. cclxxv
Antonij abbatis. cclv
Antonij confeſſoris de ordine minorum. cclxxxix
Antonini martyris. cccxxvij
Apparitio.S.Michae. cclxxxiij
Apollinaris epiſco. & mar. cccv
Aquilini epiſcopi. cccxlij
Aſcenſio domini. cxxxiiij
Aſſumptio b.Ma .cccxviij. cccxix
Auguſtini epiſcopi. cccxxv

B

Babyle & ſociorū eius. cclvij
Barbarę virginis. ccxlv
Barnabę apoſtoli. cclxxxviij
Bartholomęi apoſto. cccxxiiij
Baſilidis & ſociorū eius. cclxxxix
Baſilij epiſco.& docto. cclx
Benedicti abbatis. cclxxiiij
Bernardi abbatis. cccxxiij
Blaſij epiſcopi. cclxv
Bricij epiſcopi. cccl

C

Calixti papę. cccxlj
Cathedra ſancti Petri. cclxviij
Catharinæ virginis. cccliij.
Ceciliæ virginis. ccclij.
Ceſarij martyris. cccxxxvj
Circunciſio domini. xv
Ciriaci & ſociorū eius. cccxv
Clarę virginis. cccxvij
Claudij & ſociorum eius. cccxliiij
Clementis papæ. cccliij
Columbæ virginis cōme. cclij
Cōmemo.S.Pauli apo. ccxcviij
Commune ſanctorum. ccxxj
Cōe ſancto.tēpore reſur. ccxlij
Conceptio beatæ Mariæ. ccxlvj
Conſortiæ virginis. ccxcij
Conuerſio ſancti Pauli. cclviij
Cornelij & Cypriani. cccxxxiij
Corpus Chriſti. cliij
Coſmę & Damiani. cccxxxvj
Chryſoſtomi epiſco.& doct. cclix
Chriſtinæ virginis. cccvij
Chriſtofori & Cucufa. cccviij

D

Damaſi papæ. cccxxxiiij
Decol.S.Ioan.Baptiſt. cccxxvj
Dedi-

Dedicatio templi. cccliiij
Dionyſij & ſocio.eius. cccxl
Dominici abbatis. ccxlviij
Dominici confeſſoris patris prædi catorum. cccxiij
Dorotheæ virginis. cclxvj
Dorothei atque Gor. cccxxx

E

Egidij abbatis. cccxxvij
Eliſabeth Vngariæ. ccclj
Emetherij & Celedo. cclxx
Emiliani presbyteri. cccl
Enneconis abba. cclxxxvij
Epiphania domini. xvj
Eufemiæ virginis. cccxxxiij
Eulaliæ virginis. ccxlvj
Eulaliæ Barchinonen. cclxvij
Euſebij confeſſoris. cccxviij
Exaltatio ſanctę crucis. cccxxxj

F

Fabiani & Sebaſtiani. cclv
Facundi & Primitiui. cccliiij
Fauſti & Ianuarij. cccxlj
Felicis & Adaucti. cccxxvij
Felicis in Pincis. ccliiij
Felicis, Simplicij, & ſociorum eius. cccx.
Felicis marty. Carrionen. ccxc
Felicitatis. ccclij
Florentiæ virginis. ccxcj
Frãciſci patris minorũ. cccxxxviij
Fructuoſi & ſociorum eius. cclvj

G

Gabrielis archangeli. cclxxij
Geneſij martyris. cccxxiiij
Germani epiſcopi. cccxj
Germani & Remigij. cccxxxvij
Georgij Feli. cclxxviij
Geraldi confeſſoris. cccxl
Geruaſij & Prothaſij. ccxcj
Gordiani & Epima. cclxxxiiij
Gregorij papæ. cclxxj
Chryſanti & Dariæ. ccxlv
Griſogoni martyr. cccliij

H

Hylarij epiſcopi. ccliij
Hieronymi presby. cccxxxvij
Hippolyti & ſociorũ eius. cccxvij

I

Iacobi apoſtoli. cccvij
Ileſonſi epiſcopi. cclvij
Innocentium. ccl
Inuentio ſanctæ crucis. cclxxxj
Inuentio ſancti Stepha. cccxiij
Ioſeph nutri. ſalua. cclxxiij
Ioannis euangeliſtæ. ccl
Ioannis ante portam Latinam. cclxxxiij
Ioannis baptiſtæ. ccxciij
Ioannis & Pauli. ccxcij
Ioan. Chryſoſtomi. cclix
Iſidori epiſcopi. cclxxv
Iſidori martyris. cclxxxiiij
Iulianæ virginis. cclxviij
Iuliani & Baſiliſſæ. ccliij
Iuliani & Hermetis. cccxxv
Iuſtæ & Rufinæ. ccciiij

L

Laurentij marty. cccxv. cccxvj
Lauteni abbatis. cccxxxvj
Leandri epiſcopi. cclxxij
Leocadiæ virginis. ccxlvj
Leodegarij epiſcopi. cccxxxviij
Leonis papæ. cclxxxviij
Luciæ virginis. ccxlvij
Luciæ & Geminiani. cccxxxiij

Lucæ

Lucæ euangeliſtæ. cccxlij
Ludouici confeſſoris cccxxij
M
Mametis martyris. cccxv
Mancij martyris. cclxxxv
Marcelli papæ. ccliiij
Marcellini & Petri. cclxxxvij
Marcelli martyris. cccxxviij
Marci euangeliſtæ. cclxxviij
Marci & Marcel. ccxcj
Martialis epiſcopi. cccij
Marci papæ. cccxl
Mariæ Egyptiacæ. cclxxvj
Mariæ virginis de la O. ccxlvij
Mariæ Magdalenæ. cccvj
Mariæ ad Niues. cccxiij
Marinæ virginis. cccv
Marthæ virginis. cccx
Martini epiſcopi. cccxlviij
Matthæi apoſtoli. cccxxxv
Mathiæ apoſtoli. cclxix
Mauri abbatis. ccliiij
Mauricij cum ſocijs ſuis. cccxxxv
Mennæ martyris. cccxlviij
Michaelis archange. cccxxxvij
N
Natiuitas domini. xij
Natiuitas beatæ Mariæ. cccxxviij
Nazarij & ſociorum eius. cccx
Nerei & ſociorum eius. cclxxxiiij
Nicolai epiſcopi. ccxlvj
Nicomedis & Reue. cclxxxvj
Nicomedis & Valeria. cccxxxij
O
Omnium ſanctorum. cccxlvj
P
Pauli commemo. ccxcviij
Pelagij martyris. ccxcvj
Pentecoſtes. cxlj
Petri martyris de ordine prædicatorum. cclxxx
Petri & Pauli apoſtolorũ. ccxcvij
Philippi & Iacobi. cclxxxj
Placidi martyris. cccxxxix
Potentianæ virginis. cclxxxv
Praxedis virginis. cccv
Præſentatio beatæ Mariæ. ccclij
Primi & Feliciani. cclxxxviij
Priſcæ virginis. cclv
Proceſsi & Marti. ccc
Prothi & Iacinthi. cccxxxj
Prudentij epiſcopi. cclxxx
Purificatio beatæ Mariæ. cclxj. alias.cclxiiij.
Q
Quatuor corona. cccxlvij
Quintini martyris. cccxlv
Quirici & Iulitæ. ccxc
R
Reſurrectio domini. cxix
Rochi confeſſoris. cccxxj
Romani martyris. cccl
Rudeſindi. cclxx
S
Sabinæ virginis. cccxxvj
Saturnini epiſcopi. ccxliij
Scolaſticæ virginis. cclxvij
Sebaſtiani martyris. cclv
Septem fratrum. ccciij
Seruandi & Germa. cccxliij
Syluestri papæ. cclij
Simonis & Iudæ apoſto. cccxliiij
Sixti papæ. cccxiij

Stephani protomar. ccxlix
Stephani papæ. cccxj
T
Theodori marty. cccxlviij
Thomæ apoſtoli. ccxlviij
Thomæ archiepiſcopi. cclj
Thomæ de Aquino. cclxx
Tiburtij & Valeriani. cclxxvij
Tiburtij & Taurini. cccxvij
Timothei & Simpho. cccxxiiij.
Tyrſi martyris. cclx
Torquati & ſo. eius. cclxxxj
Transfiguratio domini. cccxiiij
Tranſlatio ſancti Iacobi. cclij.
Tranſlatio ſancti Iſidori. ccxlix
Tranſlatio ſancti Martini. cccj
Tranſlatio ſancti Benedicti. ccciij
Turibij epiſcopi. cclxxvij
V
Valentini martyris. cclxvij
Victoriani abbatis. ccliij
Victoris, & Coronæ. cclxxxiiij
Vincentij, Sabinæ & Chriſtetis. cccxliij.
Vincētij abbatis & mar. cclxxj
Vincentij martyris. cclvij
Vincula ſancti Petri. cccxij
Viſitatio beatæ Mariæ. ccc
Vitalis martyris. cclxxix
Vndecim millium virgi. cccxlij
Vrbani papæ & martyris. cclxxxvj
Z
Zoeli martyris. ccxcvj

Tabula de cōmuni ſanctorum.

IN in vigilia plurimorum apoſtolorum. ccxxj
In vigilia vnius apoſto. ccxxj
In natali vnius euange. ccxxj
In natali plurimorū apoſto. ccxxij.
In natali vnius apoſto. ccxxij.
In natali plurimorum martyrum pontificum. ccxxv
In natali martyrum non pontificum. ccxxv
In natali vnius martyris pontificis. ccxxxj.
In natali vnius non ponti. ccxxxj
In natali pontificum. ccxxxiij
Plurimorum cōfeſſorum. ccxxxiij
Plurimorum confeſſorum nō pontificum. ccxxxvij
In natali abbatum. ccxxxvij
In natali vnius doctoris. ccxxxviij
In natali plurimarum virginum. ccxxxix.
In natali vnius virginis. ccxl.

Tabula miſſarum votiuarum.

A
ANgelorum. ccclvj
Archangeli Raphaelis. ccclxix
B
Bonauenturæ. ccclxxiij
C
Captiuis vel in captione poſitis. ccclxxvj.
Cerca beatæ Mariæ. ccclxviij
Contra peſtem. ccclxxx
Congregatione. ccclxxvij
Corona domini. ccclxiiij
Cruce. ccclvij

D
Diſcipulorum domini. ccclxx.
F
Flagellis domini. ccclxij
G
Gaudijs beatæ Mariæ in præſenti vita. ccclxvj.
Gaudijs ſpiritualibus beatæ Mariæ. ccclxvij.
Gratiarum actione. ccclxxix.
H
Helenę matris Cōſtanti. ccclxxiiij
I
Iconia ſaluatoris. ccclxv
Infirmis. ccclxxv
Itinerantibus. ccclxxviij
L
Latronis ſancti. ccclxx
Lazari. ccclxxj
M
Mariæ virgi.iij.ſab. ccclviij
Marię Iacobi & Salome. ccclxxiiij
N
Nomine Ieſu. ccclxiiij
O
Onofrij confeſſoris. ccclxxiij
P
Pace. ccclxxv
Paſsionis domini. ccclxj
Patriarcharum. ccclxxiij
Perſecutione. ccclxxvj
Pluuia impetranda. ccclxxx
Q
Quinque plagis. ccclxij
S
Sancti ſpiritus. ccclvij
Simeonis. ccclxxij
T
Transfixio beatæ Mariæ. ccclxviij
Trinitate. ccclv
Tentationē patienti. ccclxxvij.
V
Vexatis à dęmonio. ccclxxviij

Explicit tabula miſſarum votiuarum. Incipit tabula commemorationum pro aliquibus neceſsitatibus.

A
Abbate vel pontifice. ccclxxxiij
Amicis ſpecialibus. ccclxxxiiij
Amicis peccatori. ccclxxxiiij
B
Birgitę virginis. ccclxxxij
C
Charitate poſtu. ccclxxxviij
Catharinę de Senis. ccclxxxij
Concordia fratrum. ccclxxxvj
Confitētibus peccata. ccclxxxv
Congregatione. ccclxxxiij
Contra raptores eccle. ccclxxxv
Contra aduerſita.eccle. ccclxxxvij
Contra tempeſtatē. ccclxxxvij
F
Facientibus eleemo. cccxc
Febricitantibus. ccclxxxvij
Fœmina viuente. ccclxxxiiij
Fide ſpe.chari po. ccclxxxix
G
Gratiarum actione. cccxc
Gratia ſancti ſpūs po. ccclxxxviij
H
Humilitate poſtu. ccclxxxviij
I
Ioan.bapti.& Ioan.euan. ccclxxxj

Ini

Inimicis. cccIxxxix
Iter agentibus. cccxc
L
Lachrymas poſtu. ccclxxxix
N
Nauigantibus. cccxcj
O
Omnium ſanctorum.
Ordo profeſsionis. cccxcviij
P
Patientia poſtu. ccclxxxvij
Peccatis. ccclxxxv
Pecoribus. ccclxxxv
Proximo morti. ccclxxxviij
R
Regibus Chriſtia. ccclxxxiij
Rege. ccclxxxiij
Remiſsione pecca. ccclxxxv
Renuntiantibus ſe. ccclxxxvj
Repellen.mal.cogi. ccclxxxvj
S
Sacerdote. ccclxxxij
Sanctorũ quorum re.ha. ccclxxxij
Sapientia poſtu. ccclxxxviij
Salute viuorum. cccxc
Seditione ſchiſma. cccxc
Serenitate poſtu. ccclxxxix
T
Tentatione quacũque. ccclxxxvij
Tentatione carnis. ccclxxxvj
Tribulatione. ccclxxxiiij
Tribulatione eccle. ccclxxxix
Tribulatione populi. ccclxxxvj
Trinitate incarna. ccclxxxj
V
Viro viuente. ccclxxxiij
Viuis & defunctis. cccxcj
Viuis & defunctis aliẽ. cccxcij

FINIS.

Regulæ generales ad miſſa le pertinentes.

IN celebratione miſſæ, (in qua verus ille agnus, qui abſtulit peccata mundi, memoratiuo ſacrificio immolatur, & quotidiana actione refertur, quod ſemel in ara crucis peractũ eſt) ſedulos miniſtros maximè nos exhibere oportet. Exigitur autem à nobis in hoc duplex ſedulitas, vna quidem: in pręparatione digna hominis interioris, quã ſacroſancta Tridentina ſynodus ſic docet omnes fideles. ſeſsi. xiij. c. vij. Si non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere niſi ſanctè, certè, quo magis ſanctitas, & diuinitas cęleſtis huius ſacramenti viro Chriſtiano cõperta eſt, eo diligentiùs cauere ille debet, ne abſque magna reuerentia & ſanctitate ad id percipiendũ accedat: præſertim cum illa plena formidinis verba apud apoſtolũ legamus: qui mãducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, nõ dijudicans corpus domini. Quare communicare volenti reuocandũ eſt in memoriam eius præceptum. Probet ſeipſum homo. Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati quantumuis ſibi contrarius videatur abſque præmiſſa ſacramentali confeſsione ad ſacram euchariſtiã accedere debeat: quod à Chriſtianis omnibus etiam ab ijs ſacerdotibus quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta ſynodus perpetuò ſeruandum eſſe decreuit, modò non deſit illis copia confeſſoris. quòd ſi neceſsitate vrgente ſacerdos abſque præuia confeſsione celebrauerit, quam primum confiteatur. Altera eſt in exteriore ornatu & miniſterio, vnde quando ſacerdos incipit ſe ſacris veſtibus induere ad immolandum diuinum ſacrificium capite amictu cooperto & genu flexo, indignum ſe iudicans qui vultui dei in altari appareat pro aliorum delictis, quique potiùs abſcondere ſe debuerat à facie domini ſicut Adam, eleuatis manibus deuotiſsimè dicat. Verſ. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fideliũ & tui amoris in eis ignem accende.

Dicẽda à ſacerdote dũ ad celebrationẽ miſſę ſacris veſtib⁹ induitur.

¶ Inde dicat hymnum.

VEni creator ſpiritus, mentes tuorum viſita, imple ſuperna gratia, quæ tu creaſti pectora. Qui paracletus diceris: donum dei altiſsimi, fons viuus ignis, charitas, & ſpiritalis vnctio. Tu ſeptiformis gratia, dextræ Dei, tu digitus, tu ritè promiſſum patris, ſermone ditans guttura. Accende lumen ſenſibus, infunde amorem cordibus, infirma noſtri corporis virtute firmãs perpeti. Hoſtem repellas lõgiùs, pacemq́ue dones protinus

tinus ductore ſic te præuio, vitemus omne noxium. Per te ſciamus da patrem, noſcamus atque filium, te vtriuſque ſpiritum, credamus omni tempore. Sit laus patri cũ filio: ſancto ſimul paracleto, nobiſque mittat filius: chariſma ſancti ſpũs. Amẽ.

Añа. Charitas dei. Pſalmus.

LEuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à domino: qui fecit cælum & terrã. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te. Ecce nõ dormitabit neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael. Dominus cuſtodit te, dominus protectio tua ſuper manũ dexteram tuam. Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem. Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuã dominus. Dñs cuſtodiat introitũ tuũ & exitũ tuũ: ex hoc nunc & vſque in ſeculũ. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorũ ſuorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominę ſuæ: ita oculi noſtri ad dominũ deum noſtrũ donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri domine miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione. Quia multum repleta eſt anima noſtra, opprobriũ abundãtibus, & deſpectio ſuperbis. Gloria patri. Añа. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos. Verſ. Saluũ fac ſeruum tuum. Reſp. Deus meus ſperãtem in te. Verſ. Mitte mihi auxiliũ de ſancto. Reſp. Et de Siõ tuere me. Verſ. Spiritus domini repleuit orbẽ terrarum. Reſp. Et hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Verſ. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. Reſp. Dei genitrix intercede pro me. Verſ. Orate pro me omnes ſancti dei. Reſp. Vt dignus efficiar promiſsionibus Chriſti. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

EXaudi quæſumus domine ſupplicum preces: & confitentium tibi parce peccatis, vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

DEus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos quæſumus domine deus: perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſsione: à præſenti liberari triſtitia: & æterna perfrui lætitia.

COncede quæſumus omnipotẽs deus: vt interceſsio nos ſanctæ dei genitricis Marię: ſanctarumque omnium cæleſtium virtutũ: & beatorum patriarcharum, prophetarũ, apo-

apoſtolorũ martyrum confeſſorũ atq; virginũ,& oĩm electorũ tuorum vbiq; lætificet: vt dum eorũ merita recolimus patrocinia ſentiamus. Per eundẽ dñm.

Induitur caſula.

¶ Poſt, cùm acceperit caſullã, dicat pſalmũ. Iudica me deus. Cũ ad altare peruenerit dicat capite humiliato hanc orationẽ. Oro.

Accedit ad altare.

DEus qui de indignis dignos, de peccatoribus iuſtos, de immundis mũdos facis: munda cor meũ & corpus meũ ab omni ſorde & contagione peccati, & fac me dignũ ac ſtrenuũ ſanctis altaribus tuis miniſtrũ, & præſta vt in hoc altari adqđ indignus accedo acceptabiles tibi hoſtias offeram pro peccatis & negligentijs & in numeris quotidianiſque meis exceſsibus: & pro ſalute omnium viuentium & fideliũ defunctorũ, & eorum qui ſe meis orationibus cõmendauerunt: & per eũ meum tibi ſit acceptabile votum qui ſe tibi deo patri obtulit ſacrificiũ, qui eſt omniũ opifex: & ſolus ſine macula põtifex Ieſus Chriſtus filius tuus dñs noſter: qui tecum viuit & regnat.

Cõfeſsio generalis.

Poſt hęc eleuat ſe: & ſignat ſe ſigno crucis. Et iterum ſe inclinat & dicit confeſsionem deuotè. Finita confeſsione & abſolutione dictoque verſu. Adiutorium noſtrum, & verſu. Sit nomẽ dñi benedictũ. oſculatoq; in primis altari, & deinde oſculata & adorata cruce, & poſt acceptam hoſtiã, vinũ, & modicã aquam, præmiſſo etiam crucis ſigno, incipit introitũ miſſæ. Vbi aduertendũ eſt ꝙ circa miſſæ introitum nullum eſt diſcrimẽ inter dies feriales & feſtiuos, ſemp enim dicto ſemel introitu & verſu dicitur Gloria patri, ac deinde repetitur introitus vſq; ad verſum. In miſſis tamen quæ ſunt quatuor in capis, poſt verſum repetitur introitus, ex integro quidẽ, ſi miſſa eſt de quatuor in cap. principalibus, ſi verò eſt de quatuor in cap. priuatis, repetitur introitus vſq; ad mediũ vel circiter, vbi conueniẽter clauſula aliqua terminetur, deinde dicitur Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. & repetitur introitus ſicut in alijs Miſsis. Et mox ſequitur Kyrie eleiſon. iij. Chriſte eleiſon. iij. kyrie eleiſon. iij. ac ſtatim Gloria in excelſis deo. &c. Sed notandũ ꝙ canticum iſtud angelorum ſcilicet Gloria in excelſis deo. dicitur per totum annũ in diebus dominicis, & omniũ ſanctorũ feſtiuitatibus, ſed non dicitur tẽpore Aduentus, & quadrageſimæ vſque ad vigiliam Paſchæ excluſiuè. Nam intra aduentum & ſeptuageſimam non dicitur Gloria in excelſis deo, in miſsis de temporibus illis, neque dicitur in miſsis trium lectionũ, neque ferialibus, neque votiuis, neque in vigilijs etiã principalibus quarũcunque feſtiuitatũ, exceptis vi-

Introitus miſſæ.

Kyrie eleiſ.

Gloria in excelſis.

✠✠✠ gilijs

gilijs Paſchæ & Pentecoſtes. Niſi vigilia inciderit die dominica extra aduentum & quadrageſimã, tunc enim Gloria in excelſis deo, dicitur ſicut & Alleluia. Poſtea verſa facie ad populũ dicit Dominus vobiſcũ, & orationẽ. In miſsis duodecim lect. & ſupra dicitur tantũ vna oratio, niſi aliud præcipiatur. Diebus verò iij. lect. & ferialibus dicũtur tres

Oratio oratiões. Prima ad officiũ ipſius diei pertinens. Secũda de neceſſitate tunc occurrenti, vel de ſancto, cuius nomini tẽplum ipſum dicatũ eſt. Tertia verò ſemper erit. Cõcede quęſumus omnipotens deus, prout habetur in fine

Epſ̄a. dñicalis. Deinde ſequitur Epiſto

℞m. Allſ̄a. la, Reſponſoriũ & Alleluia. Vbi etiam ſciendũ ꝙ in miſsis omnibus per totum annũ dicitur Alleluia, niſi à ſeptuageſima vſque ad vigiliam Paſchę excluſiuè, & exceptis etiam vigilijs omnibus præter vigilias paſchæ & pentecoſtes. In quatuor etiam temporũ officio: non dicitur Alleluia, exceptis illis quæ incidunt intra octauas pentecoſtes. In tempore autẽ, quod eſt intra ſeptuageſimam vſque ad paſcha, loco Alle

Tract° luia dicitur Tractus. Ac deinde expanſis corporalibus dicitur.

Euangeliũ. Euangeliũ, cum Dñs vobiſcum, (apud nos enim non eſt conſuetudinis dicere proſas.) Poſt Euãgelium mox dicendum eſt, Cre

Credo do in vnum deum. quod nõ ſemper dicitur, ſed tãtùm diebus dominicis & in natiuitate domini & tribus diebus ſequentibus. Et in reſurrectione cum tribus diebus ſequentibus. Et in pentecoſte cum tribus diebus ſequentibus.. Et in octauo die Aſcẽſionis & itẽ in octauo die corpo. Chriſti, & in feſtiuitatibus dñi & matris eius & omniũ apoſtolorũ & euangeliſtarum, & in natiuitate ſancti Ioannis baptiſtæ & in feſto ſancti Michaelis mẽſe ſeptẽbri, & in feſtiuitatibus ſancti patris noſtri Benedicti, & ſancti ad cuius nomen templum vel altare illud dicatum eſt, & omnium ſanctorum, & dedicationis templi, & ſanctæ crucis, & itẽ in miſſa feriæ quintæ in cœna domini & in omnibus feſtis .iiij. in capis, quæ obſeruari præcipiuntur ab eccleſia. Sed neque infra octauas, neque in octauo die alicuius feſtiuitatis (exceptis his quæ ſuperius notata ſunt) dicimus Credo in vnum deũ, niſi incidat die dñica. excepto etiam octauo die natiuitatis dominicæ. Cæteris verò diebus, mox dicto euangelio, dicitur Dominus vobiſcum Oremus & Offertorium. Com- Offertoriũ.

poſitis deinde hoſtia & calice ſuper Arã, in medio altaris, & ablutis manibus, cum verſibus, Lauabo inter innocẽtes manus meas. &c. oblationem hoſtiæ faciat ſacerdos eleuatis oculis & manibus in cælum, dicenſque. Suſcipe

ſancta

Suſcipe ſancta Trinitas

ſancta Trinitas.&c.In ſpũ humilitatis & in animo. &c. ac mox verſus ad populum petat pro ſe orari ab omnibus, qui pro omnibus intercedit,dicens. Orate fratres pro . &c. & præmiſsis verſibus Adiutorium noſtrum.Sit nomen domini . Domine exaudi orationem meam. dicat ſibi ſoli ſacram, vel ſacras orationes,quibus ſacrandam & ſanctificandã petit hoſtiam , quam deo offert, & concludens clara & intelligibili voce dicat,Per omnia ſecula ſeculorum . Dominus vobiſcũ. Surſum corda . Gratias agamus. & proſequatur præfationem.

Orate fratres

Præfatio.

Sunt autem multæ feſtiuitates, quę habẽt præfationes proprias, ſcilicet,omnes feſtiuitates domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatiſsimæ matris eius:apoſtolorum omnium & euangeliſtarum.Pentecoſtes,ſanctę Trinitatis,ſanctę Crucis, & quadrageſimæ, & in miſſa pro peſte . Dicitur igitur præfatio propria in prædictis feſtiuitatibus, & per earum octauas , & in omnibus miſsis B. Mariæ.Præfatione autẽ finita oportet ſacerdotẽ deuotiſsimè & attẽtiſsimè incipere antiquã illã& à ſpiritu ſancto eccleſiæ traditã actionem miſſæ,ac corde oculis & manibus ſurſum erectis incipere dicẽdo. Te igitur.& ſolicitè intẽdere, ne quid de ſignis cæteriſque in eccleſia catholica receptis cæremonijs,vel obmittat vel negligenter aut minus cautè & deuotè peragat, ſed in tota hac ſacroſancta actione ſupra hominem ſe exhibeat , quippe qui pluſquam angelicum exequitur miniſterium , & poſt conſecrationem viuentis hoſtiæ , adoret genu flexo quod cõſecrauit, & idem faciat poſt conſecrationem ſanguinis ſacroſancti. Neque miſcere præſumat aliarum eccleſiarum vel ordinum ritus, cum antiquiſsimis & ſimpliciſsimis noſtri ordinis inſtitutis ne contra euangelicã diſciplinam , in veteres vtres vinum nouum immittat , neque veteri veſtimento nouarum adinuentionum commiſſuras tentet aſſuere .

Te igitur. Signa.

Eleuatio hoſtiæ & calicis.

Peracta tandem totius ſacri canonis actione , & ardore fidei charitatiſque igne ſacrificio conſummato , infuſis vino & aqua & ablutis terſiſque digitis , gratias agat pro tanti muneris participatione. Et dicta communione , conuerſus ad populum precetur ſtantibus ſpiritualem communionis fructum dicens . Dominus vobiſcum , & orationem quæ ſemper hoc expetit . Qua finita , & iterum ad populum conuerſus (dicto Dominus vobiſcum) miſſam iam eſſe ad deum hoſtiam, & pręſentibus permiſſam abeũdi licentiã manifeſtat dicens. Ite miſſa eſt.

Cõmunio & ablutio

Oratio

Ite miſſa eſt.

Benedictio.

Ac mox ſubſequitur ſacerdotalis benedictio, qua ſanctæ Trinitatis nomine benedicti, recedãt, qui deuoti ſancto ſacrificio interfuerunt. Apud nos tamen antiquus mos inoleuit, vt ante ſacerdotalem benedictionem, matrem virginem ſalutemus cum Aña illa deuotiſsi. Salue regina. vt ſignificemus populo, quòd poſt deũ, illi acceptum ferimus, & ab ea mundus habuit corpus & ſanguinẽ Chriſti, quæ quotidie immolamus patri. Ab altari verò egreſſus ſacerdos impoſita Aña trium puerorũ, regreditur ſacrarium, & interim dicit canticũ Benedicite, & pſalmũ. Laudate dñm in ſanctis eius, ac mox exutus veſtibus ſacris, & poſt manuũ ablutionẽ, genibus flexis & diſcooperto capite corã crucifixo vel aliqua imagine Chriſti, gratias referat & fructũ percepti ſacramẽti poſtulet à deo per Ieſum Chriſtũ, dicendo Añam, verſus & orationes ſequentes.

Salue regina.

Gratiarum actiones.

Aña. Trium puerorũ cantemus hymnũ: quẽ cantabãt in camino ignis benedicentes dñm. kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos Verſ. Saluum me fac ſeruum tuum. Reſpon. Deus meus ſperantẽ in te. Ver. Mitte mihi dñe auxilium de ſancto. Reſp. Et de Sion tuere me. Ver. Domine exaudi orationẽ meã. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius propter aduentum filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti, vt me famulum tuum peccatorem, & indignum, non exurat flamma vitiorum. Per eundem dominum noſtrum. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, dirige actus meos in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti, merear bonis operibus abundare. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpũs ſancti deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ In miſsis defunctorũ neque dicitur Gloria patri ad introitum Miſſæ, neque Gloria in excelſis deo, neq; Alleluia, ſed Tractus: & ad Agnus dei dicitur pro miſerere nobis, dona eis requiem, & miſſa finitur dicendo. Requieſcant in pace. Cætera omnia fiũt vt in alijs miſsis viuorum.

¶ Nihil eſt autem omittendum vel paruipendendum ex omnibus ritibus & cæremonijs, quas per ſpiritũ ſanctũ eccleſia catholica inſtituit, & obſeruat. Omnia enim ad noſtram doctrinam & ædificationem inſtituta ſunt, nã Amictus albus quo primũ genibus flexis operimus caput, dum ſacris veſtibus induendis attendimus, mentis puritatẽ, qua ante omnia

Declaratio eorum, quæ aguntur in miſſæ celebratione.

Amictus.

omnia nitere oportet ſacerdotē adeuntem ſanctū altare Chriſti deſignat.

Alba. Alba deinde longa totius corporis exprimit mūdiciē & nitorē. Quæ ideo longiori & latiori forma conſtat, quia à nobis in eos omnes qui nos intuentur, & quibus exēplo ſumus, ſupereffluere & redundare oportet eiuſdē caſtitatis & puritatis inſigne, & quia abundantiori iuſtitia ornari deceat noui teſtamenti, quàm veteris ſacerdotes.

Cingulum. Cingulo deinde lumbos præcingimus iuxta præceptū euangelicū, in teſtimoniū, quòd omniū carnalium libidinum cōprimimus ſuggeſtiones & motus.

Manipulus. Manipulo deinde, quaſi ſcuto ſiniſtrū ornamus, & munimus brachium, ſcutum enim chriſtianorū teſte Paulo, fides eſt, qua munitus ſacerdos quicquid cōtra huius myſterij veritatē hoſtis ſuggeſſerit celebranti, ſcuto fidei excipiet, & retundet.

Stola. Poſtea verò ſtola collum circundat ſacerdos quaſi obedientiæ ſigno, quā deo & eius eccleſiæ profeſſus eſt, ſubijciens ceruicem cordis & corporis ſuauiſsimo iugo Chriſti, & libenti animo baiulans crucem eius.

Caſula. Tādem caſulam ſeu planetā induit, qua ſe vtriuſque teſtamēti doctrinā recipere, noſſe & eam alios docere profitetur. His maximè ornatus eſt ſummus pōtifex noſter Ieſus Chriſtus, cùm ſeipſum immolaturus, ſubijt crucem: quibus decenter ornatus ſacerdos apoſtolicū illud implet, induimini dñm Ieſum Chriſtū. His ergo ſanctis & inſignibus veſtibus ornatus chriſtianus ſacerdos decorus ad altare procedit in quo nōnulla obſeruat, quæ videntur ad veteris legis cæremonias pertinere,

Cæremoniæ. ſed ea ſacerdos catholicus, non quia olim in veteri teſtamento ſunt tradita, ſed quia modo in teſtamēto gratiæ ſunt decreta, & ordinata obſeruat, & peragit. Pleraque etiā ideo fiunt, vt ſigna, motus, & ritus, cum verbis conueniāt, & res verbis verbaque rebus reſpondeāt, vnde crucis ſignū quod in actione huius ſacrificij frequenter fit, iuxta numerum vel ſignificationem aliquot ſacrorū verborū multiplicātur: cū proferūtur. Huius enim ſacroſancti ſacramēti cōſecratio, & ſacrificij acceptatio, & fructus ex virtute crucis Chriſti eſt, & ideo hoc ſalutis ſigno frequenter vtitur in altari ſacerdos. Ante cōſecrationem quidem, ad benedicēdum, poſt conſecrationē verò ad cōmemorationem paſsionis Chriſti, & referēdum modum & formā redemptionis noſtræ. Quorum ſignorum myſteria multifariam & multis modis intellexerūt, & explicuerūt viri ſanctitate & doctrina celebres, & quia

in ijs quilibet poteſt in ſuo ſenſu abundare, & intra chriſtianę pietatis limites, pro ſuo captu mediocriter doctus ſic vel aliter applicare & coaptare, præſertim ſi paſsionis Chriſti myſteria prę oculis habeat. Et in eis mediocriter ſit exercitus. Ideo nullius ſententiam duximus, hic aſſerendam vel deſerendam, ſed docti & deuoti ſacerdotis iudicio hãc applicationem relinquimus, vt quod vniuſcuiuſque ſenſui & deuotioni magis arriſerit, id intelligat & meditetͤ, modò ineptias fugiat, & à fidei veritate nõ deuiet, ſed rationabilia & deo digna cogitet. Quòd autẽ ſurſum eleuatur hoſtia conſecrata, eleuationem ſeu exaltationẽ Chriſti in cruce repreſentat. Quòd verò ſanguis ſeorſum conſecratur, & eleuatur, ideo fit, vt ſanguis ipſe effuſus ſignificetur, & à corpore in paſsione ſeparatus, propter quod ipſe dominus ſeorſum conſecraſſe legitur corpus, & ſeorſum ſanguinem. Ad reuerentiam autẽ pertinet ſacramenti quòd poſt cõſecrationem pollicem indici iungimus, neque eo tempore eos diſiungimus, vſque ad conſecrationem ſacrificij, vt cum eis aliquid aliud contingamus. Secunda autẽ eleuatio corporis Chriſti vbi calice eductũ non omnibus ſed aliquibus oſtẽdimus, reſurrectionem eius ſignificat, qua prodiẽs de ſepulchro paucis tantùm, id eſt teſtibus præordinatis à deo viſus eſt. Fractio verò hoſtiæ diſtinctionem myſtici corporis Chriſti quod eſt eccleſia ſignificat. Quę tribus partibus conſtat, vna ſcilicet militante adhuc in corpore mortis huius. Alia iam in cælis regnante & triumphante, & alia loco purgatorio inter medios fines agẽte, pœnis quidem peccata expiante, ſpe autem gaudẽte, ſola tamen tertia hoſtiæ particula immergitur calici, quia ſola tertia eccleſiæ pars, quæ in hoc mundo peregrinatur, calicẽ paſſionum & tribulationum huius vitæ adhuc bibit, & in eo verſatur, reliquis duabus eiuſdem eccleſiæ partibus ab huius vitæ miſerijs iam exemptis. Vertit autẽ ſe ſacerdos quinquies ad populũ ſalutandum, & alloquendũ, quia quinquies Chriſtus in die reſurrectionis legitur apparuiſſe ſuis: ſepties autem populum ſalutat ſacerdos, ſcilicet quinquies quibus ſe ad populum vertit (vt dictum eſt) & bis non ſe conuertẽdo od populum, ſcilicet cum ante præfationem dicit Dominus vobiſcum, & cum dicit. Pax domini ſit ſemper vobiſcũ, ad deſignandam ſeptiformem ſpiritus ſancti gratiam. Cætera manifeſtiora ſunt, quàm quæ vlla indigeant admonitione.

Eleuatio hoſtiæ. Seorſũ conſecratio ſanguinis. Pollicis & indicis coniunctio. Secunda eleuatio hoſtię. Fractione hoſtiæ. Quinqui[es] conuert[it] ſacerdos populum. Septies [po]pulũ ſalu[tat].

¶ In

¶In miſsis maioribus conſueuit noſtra congregatio in fine orationis(ſi vna eſt oratio) vel vltimæ (ſi plures ſunt) ſuperaddere preces pro papa Regibus & pro le regia:paceque & ſalute populi chr̃iani, & pro occurrẽti quauis alia neceſsitate. Ideo aduertendum duximus, quòd omnes orationes poſſunt quadrupliciter terminari. Quæ enim ad perſonam patris diriguntur, terminantur tripliciter, vel dicendo. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ. &c.& hoc fit,quando in oratione illa nulla mentio de Ieſu Chriſto facta eſt, vel dicendo. Per eũdem dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.& hoc fit,quãdo in principio vel circa medium orationis,fit mentio de Chriſto,vel dicendo. Qui tecum viuit & regnat in vnitate. &c. & hoc fit, quando in fine orationis nominatur Chriſtus, vnde ſi nihil ſuperaddendum ſit tali orationi, rectè concludas dicendo.Qui tecũ viuit.ſed cum additio illa tot verborum augmẽto augeat orationem,quod erat finis ſine additione, per additionem fit medium.ac perinde non eſt cur in talibus orationibus cum populi ſcãdalo vel admiratione ob ignoratam omiſsionis cauſam omittatur additio, ſed concludendũ ac ſi mentio de Chriſto facta eſſet in orationis medio, ſcilicet. Per eundem dominum. Nunquam enim oramus patrem niſi obſecrando per filium,edocti ab ipſo filio dicente. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.Multæ etiam orationes dirigũtur ad filij perſonam. Conſueuit enim eccleſia catholica ad ſolas illas diuinas perſonas preces dirigere,ex quibus aliqua diuina perſona ꝓcedit,quaſi harum ſit dare quarum eſt producere,quanuis ex totius ſanctæ Trinitatis munere ſit, quidquid à deo accipimus. In orationibus ergo quæ ad filium diriguntur, quantacunque addideris,vel interpoſueris:ſemper concludendum eſt dicẽdo. Qui viuis & regnas cum deo patre.

Preces pro principibus & pace.

Terminatio orationum.

Regulæ generales.

VIgiliæ in quibus dicitur miſſa de quatuor in capis priuatis ſunt ſequentes. ¶ Vigilia natiuitatis domini. Reſurrectionis. Pentecoſtes. Ioannis baptiſtæ. Apoſtolorum Petri & Pauli. Iacobi apoſtoli. Aſſumptionis beatæ Mariæ. Omnium ſanctorũ.

Vigilię quatuor in cap.

¶Vigilię in quibus dicitur miſſa vt trium lecti. ſunt ſequentes. Vigilia Epiphaniæ. Aſcenſionis do-

Vigilię trium lectio.

dñi. Sāɫti Andreæ. Sanɫti Matthei. Simonis & Iudæ. Sāɫti Laurentij.

Feſta habentia octauas. ¶ Feſta habētia octauas ſunt. Natiuitas dñi. Paſcha. Pētecoſtes. Epiphania. Aſcenſio dñi. Corpus Chriſti. Purificatio. Viſitatio. Aſſumptio. & Natiuitas beatæ Mariæ virginis. Transfiguratio domini. Natiuitas ſancti Ioānis baptiſtæ. Feſtiuitas apoſtolorum Petri & Pauli menſe Iunio. Sācti Iacobi mēſe Iulio. Omniū ſanctorū. Tranſlatio beatiſsimi patris noſtri Benedicti, & tranſitus beati Martini.

¶ Et ſi feſtū habens octauas mutetur, vt contingit in feſto Purificationis, octauæ incipiūt à die vnde feſtum mutatur.

¶ In omnibus diebus octauarū miſſa de octaua agitur vt duodecim lectionum.

Miſſa matu. ¶ Quodlibet feſtū trium lectionum incidens in die dominica, vel cum feſto duodecim lectionum vel ſupra, habet miſſam matutinalem, niſi aliud ſpecialiter præcipiatur, & ſimiliter, ſi venerit in vigilia præcipua, vel non præcipua, vel in quatuor temporibus, vel intra octauas alicuius feſtiuitatis, ſemperque miſſa matutinalis erit quæ eſſet maior ceſſante feſtiuitate, cuius eſt miſſa maior, & in ea fiunt commemorationes concurrentium feſtiuitatum, ſi quæ concurrerint, ſuo ordine ſeruato, ſcilicet vt dignior præcedat.

Feſtis ſolennibus induēdi. ¶ In omnibus feſtiuitatibus principalibus in quibus fieri debet proceſsio abbas ſeu ſacerdos maiorē miſſam celebraturus, & miniſtri altaris, ſacris veſtibus induti, ſint in Tertia, & ſimiliter qui capis induendi ſunt, & acolyti, & poſt Tertiam fiat proceſsio, & proceſsionem ſequatur miſſa.

Tertia miſſa dieb⁹ poſt natale, paſcha & pentecoſten. ¶ Notandum quòd in tribus diebus poſt Natiuitatē domini dicitur miſſa de quatuor in capis priuatis, & ſimiliter fit in tribus diebus poſt Paſcha & Pentecoſten.

Ite miſſa eſt & Benedicamus dño. ¶ Item notandum: quòd quando in miſſa dicitur. Gloria in excelſis deo. in fine miſſæ dicitur. Ite miſſa eſt. Quando verò non dicitur, Gloria in excelſis deo. non dicitur. Ite miſſa eſt, ſed Benedicamus domino. Ad miſſam verò de Requiem: ſemper dicitur, Requieſcāt in pace, vt dictū eſt.

¶ Aduentus domini vbicunque dñicus dies venerit inter quintū calendas Decembris, & tertium nonas eiuſdem menſis, id eſt ea dominica, quæ ſancti Andreæ feſto vicinior eſt, celebratur.

¶ Feria quarta proxima poſt feſtum ſanctæ Luciæ: cinerum: Pēntecoſtes: & Exaltationis ſanctæ crucis, ſemper quatuor tempora celebrantur.

¶ Finis regularum generalium.

De

De benedictione ſacerdotalium ve ſtimentorum in genere Rubrica.

¶ Indumẽtorum ſacerdotaliũ benedictio in genere hoc modo fit. Dictis in primis. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit cælum & terram. &c. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Quæ ſemper dici debẽt ad benedictiones oẽs quarũcũq; rerũ & cum orario ad collum dicat orõnem Oremus. Orõ.

OMnipotẽs ſempiterne deꝰ, qui per famulũ tuũ Moyſen pontificalia ſeu ſacerdotalia atq; leuitica veſtimenta ad explendum miniſterium eorum in conſpectu tuo: & ad honorem & decorẽ tui nominis fieri decreuiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris: & hæc indumenta ſacerdotalia atq; leuitica, deſuper irrigãte gratia tua, ingẽti benedictione per noſtræ humilitatis ſeruitutem puri ✠ ficare & conſe ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus ſacriſq; myſterijs apta & benedicta exiſtant: hiſq; ſacris veſtibus põtifices, ſacerdotes, ſeu leuitæ tui induti, ab omnibus impulſionibus ſeu tentationibus malignorum ſpirituũ muniti & defenſi eſſe mereantur: tuiſq; myſterijs aptè & condignè ſeruire & inhærere: atq; in his placidè & deuotè perſeuerare concede. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Alia oratio.

DEus inuictæ virtutis author & omnium rerum creator ac ſanctificator: intende propitius preces noſtras: & has Planetas ſiue Dalmaticas, Tunicellas ſeu ſtolas quas leuiticæ & ſacerdotalis gloriæ miniſtris tuis fruẽdas tuo proprio ore iuſsiſti: bene ✠ dicere & ſan cti ✠ ficare & conſe ✠ crare digneris: omneſq; eis vtentes tuis miniſterijs aptos, & tibi in eis deuotè & laudabiliter ſeruientes, gratos efficere dignare. Per Chriſtum dominum noſtrũ.

¶ Alia oratio.

OMnipotẽs dñe deus:qui veſtimenta põtificibus, ſacerdotibus & leuitis in vſum tabernaculi fœderis neceſſaria Moyſen famulum tuum agere iuſsiſti:eũq; ſpiritu ſapientię ad id peragendũ repleuiſti:hęc veſtiméta in vſum & cultum miniſterij tui ſancti ✠ ficare,bene ✠ dicere & cõſe ✠ crare digneris: atq; miniſtros altaris tui ea qui induerint,ſeptiformis ſpiritus ſancti gratia dignanter repleri:atq; caſtitatis ſtola & zona facias cum bonorũ fructu operũ miniſterij cõgruẽtis immortalitate veſtiri.Per. Itẽ alia oratio quam aliqui dicunt.

DOmine deus pater omnipotens,rex & magnificus triũphator: qui ſanctos patres noſtros, quiq; tibi in ſacerdotali ordine placuere diuerſi generis ornaméta & veſtiméta ſacerdotalia facere:& his ornari ſacerdotes tibi ſeruientes iuſsiſti:exaudi propitius orationem noſtram: & hanc planetã ſeu poderẽ,albam, cingulum, ſtolam ſiue orarium, manipulum,pluuiale,dextera tua ſancta bene ✠ dicere conſe ✠ crare & ſancti ✠ ficare purifi ✠ careq; digneris: quatinus hęc veſtimenta miniſtris tuis pontificibus, ſacerdotibus, & leuitis, ad diuinum cultum ornãdum explendũq; proficiãt: ſanctiſq; altaribus tuis mundi & ornati in his ſacris veſtibus miniſtrantium irreprehenſibiles in actu & victu interiùs exteriuſq; appareãt: tibiq; ſoli deo puro corde & mũdo corpore omnibus diebus vitæ ſuæ irreprehenſibiliter ſanctorum patrum exempla ſequentes ſeruire valeant: hiſq; ſacris miniſterijs ſecũdũ voluntatem tuam quando tibi placuerit expletis: cœleſtis regni gloriam cum omnibus vobis ſibiq; commiſsis percipere mereantur. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Deinde aſpergat ea aqua bñdicta,& facto ſigno crucis dicat.

BEnedictio dei omnipotẽtis pa ✠ tris & fi ✠ lij & ſpiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper has veſtes vel ſuper hanc planetam, & maneat ſemper. ℟. Amen.

¶ Specia-

¶ Specialis benedictio cuiuſlibet indumenti ſiquis ea vti velit. Dictis in primis. Adiutoriū noſtrū in nomine. &c. Dicat ſequentem orationem.

DEus omnipotens bonarum virtutum dator: & omnium benedictionum largus infuſor: ſupplices te rogamus: vt manibus noſtris opem tuæ benedictionis infundas: vt hunc amictum vel albam, cinctorium, ſtolam, manipulum, tunicellam, vel dalmaticā, planetam vel pluuiale, diuino cultui præparatum, virtute ſuperna bene ✠ dicere ſancti ✠ ficare & conſe ✠ crare digneris: & omnibus eis vtētibus gratiam ſanctificationis ſacri miniſterij tui benignus concede: vt in cōſpectu tuo ſancti & immaculati atq; irreprehenſibiles appareant: & donum tuæ miſericordiæ acquirant. Per Chriſtum.

¶ Benedictio amictus.

DEus immenſe, cui queq; grauia facilia ſunt: hoc genus linteaaminis ſuper caput ponendum ſancti ✠ fica: & præſta vt quicunq; eo vſi fuerint: nullo mētis & corporis pōdere prægrauentur. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Hîc & in fine quarumlibet benedictionū aſpergatur quodcunq, benedicetur, aqua benedicta: & facto ſigno crucis dicatur. Benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper hunc amictū, vel hos amictus, vel ſuper hanc tunicam, ſeu tunicas, cingulum, &c.

¶ Benedictio tunicæ.

DEus qui per Moyſen famulum tuum Aaron & filios eius ad celebrādum pro humana ſalute ſacrificij myſterium tunicis indui præcepiſti, hanc tunicam vel tunicas tuæ immolationis myſterio dicatam vel dicatas ſanctifica ✠ virtute tuæ bene ✠ dictionis, vt quiſquis eam vel eas indutus ſalutiferam hoſtiā tibi immolaturus ante conſpectum diuinæ maieſtatis tuæ venerit ſentiat in ſe ſalutis effectum, & iuſtitiæ incrementum, quatenus laſciuia carnis edomita, omnium officio membrorum

tibi

tibi placere valeat. Per dn̄m.

¶ Benedictio cinguli.

DEus qui nobis per tui euã gelij præconium lũbos corporis typicè ſuccingere prę cepiſti, expectando Chriſtum à nuptijs reuerſurũ, ſancti ✠ fica, quæſumus tuæ virtutis potẽtia hoc cingulum, vel hęc cingula noſtrum corpus in tuis officijs aſtricturũ ſeu aſtrictura, vt ardore libidinis extincto, caſto corpore & corde tibi valeamus miniſtrare omnipotenti deo. Qui viuis & regnas in vnitate eiuſdẽ ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum.

¶ Benedictio manipuli.

DEuotionis infuſor, quæſumus bene ✠ dicere dignare manipulum iſtum: vt remiſsionem macularum ſuarũ ſuſcipiãt in huius muneris collatione præuenti, & fiduciam: vt quæ poſtulanda ſunt, poſtulent: & faciliùs impetrent populis poſtulata. Per Chriſtum.

¶ Benedictio ſtolæ.

DEus qui ſolis prædicatoribus collum & pectus orario muniri conceſsiſti exaudi nos propitius: vt quicunque tuorum ſacerdotũ colla huic ſtolæ ſubiecerint: quidquid boni ore protulerint: opere adimplere feſtinent. Per Chriſtũ dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ Benedictio planetæ.

DEus fons bonitatis & iuſtitiæ: qui tui operis miniſtros ad extremũ veſtimẽto caſulæ cuius munimine interiùs omnia tegerentur, veſtiri iuſsiſti: concede petitionibus noſtris: vt omnes hac planeta induti, enumeratis intus virtutum ornamentis, vinculũ perfectę charitatis ſuper omnia habeant: quo perficere valeãt quę deſiderant. Per Chriſtum.

Vltimò aſpergantur aqua benedicta. &c. vt ſupra.

¶ Benedictio mapparum ſeu linteaminũ. Adiutorium noſtrum. &c. Deinde. Oratio.

EXaudi domine preces noſtras: & hæc linteamina ſacri altaris vſui præparata bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟ Amen.

¶ Alia oratio.

D omi-

DOmine deus oṗs: qui or namēta & linteamina facere Moyſen famulum tuū per quadraginta dies docuiſti: quę etiam Maria texuit & fecit in vſum miniſterij tabernaculi fœderis: ſancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conſe ✠ crare digneris hæc linteamina ad tegendū inuoluēdūq; altare glorioſiſsimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum viuit & regnat Deus. Vltimò aſpergātur aqua benedicta. ¶ Ad corporalia benedicēda hic modus ſeruetur. Dici debet in primis. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiſcum. Oratio.

CLementiſsime domine: cuius inenarrabilis virtus: cuius myſteria arcanis mirabilibus celebrant: tribue quęſumus: vt hoc linteamen tuæ propitiationis vbertate bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris ad conſecrandū ſuper illud corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia. ℟. Amen. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: bene ✠ dicere, ſancti ✠ ficare, & cōſe ✠ crare digneris linteamen iſtud ad tegēdum & inuoluendum corpus & ſanguinē domini noſtri Ieſu Chriſti. Per eundem Chriſtū dominum noſtrum. ℟. Amen.

Alia oratio.

OMnipotens Deus, manibus noſtris opē tuæ benedictionis infunde: vt per noſtram bene ✠ dictionem hoc linteamen ſancti ✠ ficetur ac corporis & ſanguinis redēptoris noſtri nouum ſudariū, ſancti ſpiritus gratia perficiatur. Per eundem dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit. ℟. Amen. Vltimò aſpergantur aqua benedicta, &c. ¶ De agni benedictione & aliarum carniū in paſcha benedicendarum. Inprimis. ℣. Adiutorium. vt ſupra. Deinde dicatur ſequens. Orō.

DEus vniuerſæ carnis: qui Noe & filijs eius de mūdis animalibus præcepta dediſti: quiq; ſicut olera herbarum huma-

humano generi quadrupedia munda edere permiſiſti: qui agnum in Ægypto Moyſi & populo tuo in vigilia paſchæ comedere præcepiſti in figurā agni dn̄i noſtri Ieſu Chriſti: cuius ſanguine oīa primogenita tibi cum mundo redemiſti: & angelo in nocte illa omne primogenitū in Ægypto percutere pręcepiſti: ſeruans populum tuū agni ſanguine prænotatū: dignare quæſumus dn̄e deus omnipotens bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare has ouium ſiue hœdorū vel auiū mūdarū carnes: vt quicunq; de tuis fidelibus populis ex eis comederint omni bene ✠ dictione cœleſti & tua repleti perenni gratia ſatientur. Per Chriſtū. Et aſpergat aqua bn̄dicta. Itē alia Orō.

Deus qui per famulū tuū Moyſen in liberatione populi tui de Ægypto agnum occidi iuſsiſti in ſimilitudinē dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti: & vtroſq; poſtes domorum de ſanguine huius agni perungi præcepiſti: ita bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris hāc creaturā carnis: quā famuli tui ad laudē tuā ſumere deſiderant. Per reſurrectionē dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum. vi. & reg. ¶ Benedictio carniū ouium vel auium.

Dignare dn̄e deus omnipotens bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare has ouium ſiue auiū carnes: vt quicunq; ex populis tuis fidelibus de eis comederint: omni benedictione cū gratia ſaturati repleantur bonis. Per Chriſtū. ¶ Benedictio caſei & ouorū. ℣. Adiutoriū noſtrum. ℟. Qui. Oratio.

Deus creator & conſeruator generis humani: dator gratiæ ſpiritualis: largitor æternæ ſalutis: dn̄e effunde bene ✠ dictionem tuā ſuper hāc creaturā caſei & ouorū: vt armata cœleſti defenſione, quicunq; ex ea guſtauerint: proficiant ad ęternam ſalutem. Per.

¶ Benedictio panis. ℣. Adiutorium noſtrum. ℟. Qui fecit. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Domine ſancte pater omnipotens ęterne deus: bene ✠ dicere digneris hūc panem

nem tua ſancta & ſpirituali be
nedictione: vt ſit omnibus ſu-
mentibus ſalus mẽtis & corpo
ris:atq; contra oẽs morbos: &
vniuerſas inimicorũ inſidias
tutamẽ. Per dominum noſtrũ
Ieſum Chriſtum filium tuum,
panem qui de cælo deſcendit:
& dat vitam & ſalutem mun-
do:& tecũ viuit & regnat deus
per oĩa ſecula ſeculorum. ℟.
Amẽ. ¶ Bñdictio ouorũ. Orõ.

SVbueniat quæſumus dñe
tuæ bene ✠ dictionis gra-
tia huic ouorum creaturæ: de
qua pullos gallinarũ procrea-
re dignatus es: vt cibus ſalubris
fiat fidelibus tuis in tuarũ gra-
tiarum actione ſumẽtibus. Per
Chriſtum. ¶ Benedictio gene
ralis nouorum fructuum. ℣.
Adiutorium noſtrum in nomine.
&c. vt ſupra. Oratio.

BEne ✠ dic domine hunc
nouum fructum arborũ:
& pręſta: vt qui ex eo in tuo ſan
cto nomine veſcetur: corporis
& animæ ſalute potiatur. Per.
¶ Benedictio vuæ vel ficuum.
℣. Adiutorium noſtrum in nomi-
ne. &c. vt ſupra. Oratio.

BEne ✠ dic domine hos
fructus nouos vuæ ſiue fi
cuum: quæ tu domine per ro-
rem cæli, & inundantiam plu-
uiarum, & tempora ſerena at-
que trãquilla, ad maturitatem
perducere dignatus es: ad per-
cipiendum nobis cum gratia-
rum actione. Per Chriſtum.
¶ Benedictio ad quæcunque
volueris. Oratio.

BEne ✠ dic domine crea-
turam iſtam. N. vel. N.
vt ſit remedium ſalutare gene-
ri humano: & præſta per inuo-
cationem tui ſancti nominis:
vt quicunq; ex ea ſumpſerint
vel guſtauerint: corporis ſani-
tatem & animæ tutelam acci-
piãt. Per Chriſtum dominum
noſtrum. ℟. Amen.
¶ Orationes dicendæ pro gra-
tiarum actione in die circun-
ciſionis domini. ℣. Puer natus
eſt nobis. ℣. Sit nomen domini be
nedictum. ℣. Poſt partum virgo
inuiolata permanſiſti. ℣. Os iuſti
meditabitur ſapientiam. ℣. Sal-
uos fac ſeruos tuos & ancillas tuas.
℣. A porta inferi. ℣. Orate pro no
bis omnes ſancti dei. ℣. Dominus
vobiſcũ

vobiſcum. Oratio.

DEus qui nobis nati ſaluatoris diem celebrare cócedis octauum:fac nos quæſumus eius perpetua diuinitate muniri:cuius ſumus carnali cómercio reparati. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui es omniũ dubitantium certitudo:errãtium rectitudo, & in te ſperantium fortitudo: adeſto propitius inuocationibus noſtris,& quia ſine te nihil poteſt noſtra fragilitas:necnon &mortalis infirmitas,præſta auxilium gratię tuæ: vt in exequendis mãdatis tuis, & in cunctis immenſis beneficijs tuis receptis & recipiendis cum gratiarum actione illa recipiamus: & voluntate tibi & actione placeamus. Oratio.

DEus qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcũda humano generi præmia p̃ſtitiſti,tribue quæſumus: vt ipſam ꝓ nobis intercedere ſentiamus: per quã meruimus auctoré vitæ ſuſcipere. Oratio.

INterceſsio nos quæſumus domine beati Benedicti abbatis commendet, vt quod nõſtris meritis non valemus: eius patrocinio aſſequamur. Oro.

DEus qui poſt baptiſmi ſacramentum ſecundam ablutionem peccatorum eleemoſynis indidiſti, reſpice propitius ſuper famulos tuos & ancillas:pro quorum operibus tibi gratiæ referuntur, fac eos primò beatos: vt recipiant pro paruis magna , pro terrenis cæleſtia : pro temporalibus ſempiterna. Oratio.

INclina domine aurẽ tuã ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur:vt animas famulorũ famularũq; tuarũ quas de hoc ſeculo migrare iuſsiſti,in pacis ac lucis regione conſtituas, & ſanctorum tuorum iubeas eſſe conſortes. Oratio.

INiquitates noſtras ne reſpicias omnipotens deus, ſed per interceſsioné omniũ ſanctorũ tuorũ:ſemper miſericordia tua nobis proſit indignis. Per dominum noſtrum.

¶ Benedictio panis in die ſancti Blaſij. ℣. Adiutorium noſtrũ

in

in nomine domini.&c. Oratio.

DOmine ſancte pater omnipotens ęterne deus, bene✠dicere digneris hunc panem tua ſancta & ſpirituali benedictione: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mētis & corporis, atq; contra oēs morbos & vniuerſas inimicorū inſidias tutamen. Per dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū filium tuū panem qui de cælo deſcēdit, & dat vitam & ſalutem mūdo, & tecū viuit & regnat deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Incipit benedictio ſalis & aquæ diebus dominicis. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cælum & terrā.

EXorcizo te creatura ſalis per deū ✠ viuū: per deū✠ verum: per deū✠ ſanctum: per deum qui te per Heliſæū prophetam in aquā mitti iuſsit: vt ſanaretur ſterilitas aquæ: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutē credentiū: vt ſis omnibus te ſumentibus ſanitas animę & corporis: & effugiat atq; diſcedat ab eo loco quo aſperſum fueris omnis fantaſia atq; nequitia vel verſutia diabolicæ fraudis omniſq; immūdus ſpiritus adiuratus. Per eū qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos: & ſeculum per ignem. Oremus.

IMmenſam clemētiā tuam omnipotēs æterne deus humiliter imploramus: vt hanc creaturā ſalis quā in vſum generis humani tribuiſti: bene✠dicere: & ſanctifi✠care tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mētis & corporis: vt quicquid ex eo tactū vel reſperſum fuerit: careat omni immūdicia: omniq; impugnatione ſpiritalis nequitiæ. Per d.

¶ Exorciſmus aquæ.

EXorcizo te creatura aquę in nomine dei patris✠ omnipotentis: & in nomine Ieſu✠Chriſti filij eius dn̄i noſtri: & in virtute ſpiritus✠ ſancti. vt fias aqua exorcizata ad effugādam omnem tempeſtatem inimici: & ipſum inimicū eradicare & explātare cum angelis ſuis apoſtaticis: per virtutem eiuſdem dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos: & ſeculum

per ignem. Oremus

DEus qui ad ſalutem humani generis maxima queq; ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris: & elemento huic multimodis purificationibus præparato virtutem tuæ benedictio✠nis infunde: vt creatura myſterij tui tibi ſeruiens: ad abijciendos dæmones: morboſq; pellendos: diuinę gratię ſumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda reſperſerit: careat omni immundicia: liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens: non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici: & ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aſperſione huius aquæ effugiat: vt ſalubritas per inuocationem nominis tui expetita: ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritu ſancti deus. &c. Hic mittatur ſal in aquam ita dicendo.

COmmixtio ſalis & aquæ ſit pariter benedicta: in nomine pa✠tris & fi✠lij: & ſpiritus ✠ ſancti. Amen. Dominus vobiſcum. Oratio.

DEus inuictæ virtutis auctor: & inſuperabilis imperij rex: ac ſemper magnificus triumphator: qui aduerſæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potens expugnas: te domine trementes ac ſupplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam ſalis & aquæ dignāter accipias: benignus illuſtres: pietatis tuæ more ſancti✠fices: vt vbicunq; fuerit aſperſa: per inuocationē ſancti tui nominis omnis infeſtatio immūdi ſpiritus abijciatur: terrorq; venenoſi ſerpentis procul pellatur: & præſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuam poſcētibus vbiq; adeſſe dignetur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū. Qui tecū viuit & regnat. ¶ Hoc expleto: cantor imponit Añam.

A ſper-

ASperges me domine hyſſopo & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. ℣. Miſerere mei deus ſecundùm magnam miſericordiam tuã. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio & nunc & ſemp & in ſecula ſeculorũ. Amẽ Et repetitur aña Aſperges me domine. Supradicta aña prędicto modo dicatur in aſpſione aquę benedictæ in dominicis per totum annum: excepto ꝙ in dominica de paſsione & in dominica palmarũ non dicitur Gloria patri. Sed poſt verſum Miſerere mei deus. repetatur immediatè. Aña. Aſperges me domine. Excepto etiam tempore paſchali, ſcilicet à dominica reſurrectionis vſq; ad Penteco ſten, quo tempore cantatur cõmuniter. Aña. Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro alleluia: & omnes ad quos peruenite aqua iſta: ſalui facti ſunt: & dicent alleluia alleluia. ℣. Hæc dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. Gloria patri. Et reiteratur aña Vidi aquam. In octaua verò pentecoſtes reſumitur Aña. Aſperges me domine.

¶ Et dum cantatur: ſacerdos accipit hyſſopum cum aqua benedicta: & facit tres cruces in terra ad pedes altaris maiores aſpergendo. Tunc redit & aſpergit crucem & miniſtros deinde conuẽtum ſingillatim. Poſtea fit proceſsio per clauſtrum. Finita proceſsione & aña, vel Reſponſo. In reſurrectione dicitur. ℣. Dicite in nationibus. In alio tempore. ℣. Oſtẽde nobis domine miſericordiam tuam. Deinde dicitur. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos inducas. Sed libera nos à malo. ℣. Poſt partum virgo inuiolata. In aduentu. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℣. Lætamini in domino. In reſurrectione dicatur cum Alleluia. Oratio.

VIa ſanctorum omnium domine IeſuChriſte: qui ad teuenientibus claritatis gaudia contuliſti: aditum templi iſtius ſpirituſſancti luce perfunde: qui locum iſtum in honore

rum fundaſti: præſta omnipotens vt omnes iſti in te credentes obtineant veniam pro delictis: ab omnibus liberentur angustijs: impetrent quicquid petierint pro neceſsitatib⁹ ſuis: placere ſemper præualeant coram oculis tuis: quatenus per te eiuſdem

& omnium ſanctorum interceſsionibus muniti: aulam paradiſi mereantur introire. Qui cum patre & eodem ſpiritu ſancto in trinitate perfecta viuis & gloriaris deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ In reſurrectione dicitur ſequens oratio cum prædicta: ita q̃ ſequens dicatur primùm, deinde ſequatur prædicta. Orõ.

SOlita quæſumus dñe quos ſaluaſti pietate cuſtodi: vt qui tua ſunt redẽpti paſsione lętẽtur etiam tua reſurrectione. Qui viuis & regnas cũ deo prẽ in vnitate ſpũs ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amẽ.

¶ Sequitur bñdictio lectoris. Lector dicit ter. Dñe labia mea aperies. &c. Et cõuentus reſpõdit ijſdẽ verbis totidẽ. Deinde dicit ſacerdos. ℣. Saluũ fac ſeruũ tuũ. ℟. Deus meus ſperantẽ in te. Et ſtatim dicatur orõ infraſcripta ſine Oremus. & ſine Dñs vobiſcũ. & ſine Per Chriſtum. Nec Per dominum noſtrum.

DOminus cuſtodiat introitum tuum & exitũ tuum: & auferat à te ſpiritum elationis. Amen.

¶ Hoc

¶Hoc opus S,Bonauentura cardinalis cõpilaſſe dicitur:in quo ſacerdotes incautè & minus circũſpectè celebrantes, quæ ſeruare debeant,ſolicitè docet.

Intentionis diſcuſsio.	Ne	Propter vanam gloriam. Propter verecundiam. Propter timorem. Ex conſuetudine.	Celebret.
Generalis contritio.	Super	Omiſsis quæ fieri oportuit. Cõmiſsis quę fieri nõ licuit. Cõſuetis & ſępe confeſsis.	Corde, ore, & opere.
Pura confeſsio.	Sed	Notabilium. Communium. Ignoratorum.	Criminum.
Quid intendas conſequi principaliter.	An	Augmentum dilectionis. In ſeparabilitatem vnionis. Accelerationem viſionis.	Dei.
Quid intẽdas facere in miſſa.	Vtrũ	Deum per lachrymas placare. Mortẽ Chr̃i & charitatẽ. Totã eccleſiã adiuuare.	Rememorari.
In canone habe tria hæc		Diligentiam ad conficiẽdum. Reuerentiã ad tãgendũ Deuotionẽ ad ſumẽdũ.	Corpus chriſti.
Quia fiunt ibi virtutes iſtæ.		Magna verbis. Maiora ſignis. Maxima intentione.	Miſſæ.
Propter continuationem,	ſcilicet	Tam excellentis corporis. Excellentioris animæ. Excellentiſsimæ diuinitatis.	Chriſti.

Præparatio ſacerdotis ante miſſæ celebrationem.

QVotiēs decreueris celebrare: priùs præpara te ipſum diligenter. Nullus enim ad tam excellentiſsimum myſteriū celebrandū imparatus accedere debet. Nā paratum reficit imparatum interficit. Itaque probēt ſeipſum homo, vt inquit apoſtolus, & ſic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui enim mā ducat & bibit indignè: iudicium ſibi manducat & bibit. ¶ Quum primum prodis è Cellula dic Añ. Dirige domine deus meus in conſpectu tuo viam meam. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor. &c. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, dirige greſſus meos in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui merear bonus operibus abundare. Per eundem Chriſtum dominū noſtrū. Amē. Quū deponis cucullā.

EXue me domine veterē hominem cum actibus ſuis: & indue me nouum hominem: qui ſecundū deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Per dominum.

¶ Dum lauas manus.

LArgire ſenſibus noſtris omnipotēs pater: vt ſicut hic exteriùs abluuntur inquinamenta manuū: ita à te interiùs mūdentur pollutiones mentis & corporis. Per Chriſtum dominū. Dum tergis manus.

DA dñe virtutem manibus meis, ad extergendā omnem maculā immundā: vt ſine pollutione mētis & corporis, dignè tibi valeā famulari. Per Chriſtum. Deinde dū præparas miſſale & calicē, & expectas ſeruitorē, dic infraſcriptos pſalmos ſub Aña. Ne reminiſcaris domine. &c. p̃s. Quàm dilecta tabernacula tua dñe virtutum. p̃s. Benedixiſti dñe terram tuā. p̃s. Inclina dñe aurem tuam & exaudi me. p̃s. Credidi propter quod locutus ſum p̃s. De profundis clamaui ad te dñe. Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel parentum noſtrorū, neque vindictā ſumas de peccatis noſtris deus noſter. Deinde kyrie eleiſon. Pater noſter. Verſ. Et ne nos. Reſpō. Sed libera. Verſ. Ego dixi dñe miſerere mei. Reſpo Sana animam meam quia peccaui tibi. Verſ. Cōuertere dñe vſquequo. Reſp. Et deprecabilis eſto. Ver. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos. Reſp. Quemadmodū ſperauimus in te. Ver. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. Reſp. Et ſancti. Verſus. Ab ocultis meis munda me dñe. Reſpō. Et ab alienis parce ſeruo tuo. Verſ. Domine exaudi orationē meā. Reſp. Et clamor meus. Oremus. Oratio,

AVres tuę pietatis mitiſsime de⁹ inclina precibus meis: & gratia ſancti ſpiritus illumina cor meū: vt tuis myſterijs dignè miniſtrare: teq; ęterna charitate diligere merear.

Dum ſacerdos induit ſacras veſtes.

DEus cui omne cor patet: & oĩs voluntas loquitur: & quẽ nullum latet ſecretum: purifica per infuſionem ſancti ſpiritus cogitationes cordis mei: vt te perfectè diligere: & dignè laudare merear.

VReigne ſanctiſpiritus renes noſtras & cor noſtrũ dñe: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus.

MEntes noſtras quæſumus dñe paracletus qui à te procedit illuminet: & inducat in omnẽ ſicut tuus promiſit filius veritatem.

ADſit nobis queſumus dñe virtus ſpiritus ſancti: quæ & corda noſtra clemẽter expurget: & ab omnibus tueatur aduerſis,

DEus qui corda fideliũ ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodẽ ſpũ recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COnſcientias noſtras queſumus dñe viſitãdo purifica: vt veniẽs Ieſus Chriſtus filius tuus dñs noſter cum omnibus ſanctis paratam ſibi inueniãt manſionẽ. Qui tecum viuit & regnat deus. Ad amictum.

POne dñe galeam ſalutis in capite meo: ad expugnandas omnes diabolicas fraudes: inimicorum omnium ſeuitias ſuperãdo. Per Chriſtum. Ad camiſiam ſiue albam.

INdue me dñe indumento ſalutis & veſtimento lætitiæ: & tunica iuſtitiæ circunda me ſemper: ad extinguendas & ſuperãdas omnes diabolicas fraudes. Per. Ad cingulum.

PRæcinge me domine cingulo fidei, & veritate caſtitatis lumbos meos, & extingue in eis humorẽ libidinis: vt maneat in eis vigor totius caſtitatis. Amẽ. Ad manipulũ.

MErear precor dñe manipulum portare mẽte flebili: vt cũ exultatione portionem accipiam cũ iuſtis. Amen. Ad ſtolam.

REdde mihi domine obſecro ſtolã immortalitatis, quã perdidi in præuaricatione primi parẽtis: & quia cum ornamento: quãuis indignus, ad altare tuũ accedã: præſta vt in eodẽ in perpetuũ merear delectari. Per Chriſtum. Ad planetam.

INdue me dñe ornamento humilitatis & charitatis: & protege ſeruũ tuũ cõtra hoſtẽ inſidiatorem: vt puro corde & caſto corpore tibi debitas laudes exoluam. Per Chriſtũ.

¶Quum è ſacrario procedit.

DEduc me dñe in viã mãdatorũ tuorũ: vt ingrediar in virtute tua. Lætetur cor meũ vt timeat nomẽ tuũ. Volũtariè ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo dñe quoniã bonũ eſt. Itẽ oratio S. Thomæ.

OMnipotẽs ſempiterne deus: ecce accedo ad ſacrificiũ vnigeniti filij tui dñi noſtri Ieſu Chriſti. Accedo, inquã, infirmus ad medicũ vitæ: nudus ad regẽ gloriæ: immundus ad fontẽ miſericordiæ: cęcus ad lumẽ claritatis ęternæ. Rogo ergo tuę largitatis abundantiã: quatinus per tuã miſericordiã digneris meã ſanare infirmitatem: lauare fœditatem:

tē:illuminare cæcitatē:ditare paupertatem: veſtire nuditatem: vt te panem angelorum dominum dominãtium, tãta ſuſcipiam reuerentia & timore: tanta contritione & deuotione:tanta puritate & fide:tali propoſito & humilitate:ſicut expedit animæ meæ. Da mihi quæſo corporis tui non ſolũ ſumere ſacramentum:ſed & virtutem ſacramēti. Mitiſsime deus da mihi ſuſcipere corpus Chriſti filij tui, quod de virgine pura traxit: vt corpori ſuo myſtico merear incorporari:ac inter eius membra connumerari. Cõcede pie pater dilectum filium tuũ: quem velatum accidentibus ſuſcipio:reuelata facie cõtemplari. Qui tecum. Dum ad altaris gradus perueneris:inclinãs te ante illud dices.

TVam crucem adoramus domine: tuam glorioſam recolimus paſsionem: miſerere noſtri qui paſſus es pro nobis Ieſu Chriſte ſaluator mũdi, rex æternę gloriæ:qui cũ deo patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas deus per omnia ſęcula ſeculorum. Amen. ¶ Poſt miſſam exuēs ſe ſacerdos veſtibus ſacerdotalibus dicat Añam. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cãtabant in camino ignis ardētis: laudantes & benedicentes deum. Cantic. Benedicite omnia opera domini domino. Et dicitur totũ. ps. Laudate dominum in ſanctis eius cum Gloria patri & Sicut erat. Iteratur Aña. Trium puerorum. &c. kyrie eleiſon. Pater noſter. Verſ. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Reſp. Et ſancti tui benedicant tibi. Verſ. Exultabunt ſancti in gloria. Reſp. Et lætabuntur in cubilibus ſuis. Verſ. Non nobis domine non nobis. Reſp. Sed nomini tuo da gloriam. Verſ. Domine exaudi orationem meã Reſp. Et clamor. Oremus. Oratio.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum.

ACtiones noſtras quæſumus domine aſpirando præueni & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat:& per te cœpta finiatur.

DEus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſsionis tuæ memoriã reliquiſti: tribue quæſumus:ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

FINIS.

¶ In no-

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI: BEATISSImæq́; virginis Mariæ. Incipit ordo miſſalis ſecundùm conſuetudinem monachorum congregationis ſancti Benedicti Valliſoletani.

Dominica prima Aduentus. Officium.

AD te leuaui animã meã, Deꝰ meus in te confido, non erubeſcã. Neq; irrideãt me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant nõ confundẽtur. ℣. Vias tuas dñe notas fac mihi: & ſemitas tuas édoce me. Gloria in excelſis. Non dicitur per totum Aduentum in miſsis de Aduentu. Oratio.

EXcita domine quęſumus potentiam tuam & veni: vt ab imminẽtibus peccatorũ noſtrorum periculis: te mereamur protegente eripi: te liberã te ſaluari. Qui viuis.

¶ Ad Romanos. Cap.xiij.

FRatres: Scientes quia hora eſt: iã nos de ſomno ſurgere. Nũc enim propior eſt noſtra ſalus: quã cùm credidimus. Nox præceſsit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ: & induamur arma lucis: ſicut in die honeſtè ambulemus. Non in comeſſationibus & ebrietatibus: nõ in cubilibꝰ & impudicitijs. Nõ in cõtentione & æmulatione: ſed induimini dñm Ieſum Chriſtũ. ℟. Vniuerſi qui te expectant nõ confundẽtur. ℣. Vias tuas domine notas fac mihi: & ſemitas

tuas édoce me. A llã. ℣. Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine dñi. A llã. quæ ſequuntur: dicãtur per hebdomadam viciſsim. A llã. ℣. Oſtende nobis dñe miſericordiam tuã: & ſalutare tuum da nobis. A llã. ℣. Ecce virgo cõcipiet & pariet filium Ieſum Chriſtũ. A llã. ℣. Spiritus ſanctus in te deſcẽdet Maria: Dei genitrix intercede pro nobis. ¶ Euãgeliũ ſecundùm Matthęum. Ca. xxj.



IN illo tẽpore: Cũ appropinquaſſent Ieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montẽ Oliueti: tunc dñs Ieſus miſit duos diſcipulos dicens eis. Ite in caſtellum quod contra vos eſt: & ſtatim inuenietis aſinam alligatã: & pullum cũ ea: ſoluite: & adducite mihi. Et ſiquis vobis aliquid dixerit: dicite, quia dominus his opus habet: & cõfeſtim dimittet eos. Hoc autem totũ factũ eſt: vt adimpleretur quod dictũ eſt per prophetã dicentẽ. Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi mãſuetus: ſedens ſuper aſinam: & pullũ filium ſubiugalis. Eũtes autẽ diſcipuli: fecerunt ſicut pręcepit illis Ieſus: & adduxerũt aſinam & pullũ: & impoſuerunt ſuper eos veſtimẽta ſua: & eum déſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimẽta ſua in via: alij autem cædebãt ramos de arborib⁹: & ſternebãt in via. Turbę autem quæ pręcedebãt & quæ ſequebantur: clamabãt dicentes. Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. ¶ Initiũ ſancti euangelij ſecundum Marcũ. Cap. j. Hoc dicitur per hebdomadã.

INitiũ euangelij Ieſu Chriſti filij Dei: ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia propheta. Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuã: qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamãtis in deſerto: parate viã dñi: rectas facite ſemitas eius. Fuit Ioãnes in deſerto baptizãs: & prædicãs baptiſmũ pœnitẽtię: in remiſsionem peccatorũ. Et egrediebatur ad illum omnis Iudæę regio: & Ieroſolymitę vniuerſi: & baptizabãtur ab illo in Iordanis flumine:

ne:confitentes peccata ſua. Et erat Ioãnes veſtitus pilis camelorũ: & zona pellicea circa lũbos eius. Et locuſtas & mel ſylueſtre edebat: & prędicabat dicẽs. Venit fortior me poſt me: cuius non ſum dignus procũbẽs ſoluere corrigiã calceamẽtorum eius. Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit vos ſpiritu ſancto. Credo. Offert. Ad te leuaui animam meam: Deus meus in te confido nõ erubeſcam: neq; irrideant me inimici meï: etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. Sacra.

HÆc ſacra nos dñe potenti virtute mundatos: ad ſuũ puriores faciãt venire principiũ. Per dñm. Cõmu. Dñs dabit benignitatẽ: & terra noſtra dabit fructum ſuum. Poſt commu.

SVſcipiamus domine miſericordiã tuã in medio templi tui: vt reparationis noſtrę vẽtura ſolẽnia: cõgruis honorib⁹ præcedamus. Per. ¶ In diebus ferialibus per totum Aduentũ dicitur officiũ dominicæ præcedentis. Sed ſi venerit feſtum xij. vel. iij. lect. miſſa matuti. ſit de Aduẽ. & fiat cõme. de feſto. ¶ In ſabbatis ferialibus: dicatur miſſa de beata Maria: cum officio. Rorate cęli. vt. iiij. in cap. niſi venerit feſtum. xij. lectio. vel in quatuor temporibus.

¶ Feria. iiij. Lectio epiſtolę beati Iacobi apoſtoli. Cap. v.

PAtiẽtes eſtote fratres: vſq; ad aduentum domini. Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ: patiẽter ferens: donec accipiat temporaneum & ſerotinũ. Patiẽtes igitur eſtote & vos: & confirmate corda veſtra: quoniam aduentus dñi appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce iudex: ante ianuam aſsiſtit. Exemplum accipite fratres laboris & patientiæ: prophetas qui locuti ſunt: in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti. ¶ Euangeliũ ſecundùm Matthæũ. ca. iij.

IN illo tempore: Venit Ioannes baptiſta prædicãs in deſerto Iudææ: & dicens. Pœnitẽtiam agite: appropinquauit regnum cælorũ. Hic eſt enim de quo dictum eſt: per Eſaiã pro-

phetam dicentem. Vox clamã
tis in deſerto: parate viã domi-
ni: rectas facite ſemitas eius.
Ipſe autem Ioãnes habebat ve
ſtimentum de pilis camelorũ:
& zonam pelliceã circa lũbos
ſuos. Eſca autem eius: erat locu
ſta & mel ſylueſtre. Tũc exibat
ad eũ Ieroſolyma & omnis Iu-
dæa: & omnis regio circa Iorda
nẽ. Et baptizabantur in Iorda
ne ab eo: cõfitẽtes peccata ſua.

¶ Feria.vj. Secundũ Lucã. iij.

IN illo tẽpore: Di
cebat Ioannes ad
turbasquę exibãt:
vt baptizarentur
ab ipſo. Genimina viperarum:
quis oſtẽdit vobis fugere à ven
tura ira? Facite ergo fructus di-
gnos pœnitentię: & ne cœperi
tis dicere, patrẽ habemus Abra
hã. Dico enim vobis: quia po-
tẽs eſt Deus de lapidibꝰ iſtis ſu-
ſcitare filios Abrahæ. Iã enim
ſecuris: ad radices arboris poſi-
ta eſt. Omnis ergo arbor nõ fa
ciens fructũ bonũ: excidetur,
& in ignem mittetur. Et inter-
rogabant eum turbę: dicentes.
Quid ergo faciemus? Reſpon-
dens autẽ: dicebat illis. Qui ha
bet duas tunicas: det vnã non
habẽti: & qui habet eſcas: ſimi-
liter faciat. Venerunt autem &
publicani: vt baptizarẽtur: & di
xerũt ad illũ. Magiſter: quid fa
ciemus? At ille dixit ad eos. Ni
hil amplius: q̃ quod conſtitutũ
eſt vobis faciatis. Interrogabãt
autem eum & milites: dicen-
tes. Quid faciemus & nos? Et
ait illis. Neminem concutiatis:
neque calumniam faciatis: &
contẽti eſtote ſtipẽdijs veſtris.
Exiſtimante autem populo: &
cogitantibus omnibus in cor-
dibus ſuis de Ioanne: ne fortè
ipſe eſſet Chriſtus: reſpõdit Ioã
nes dicens omnibus. Ego qui-
dem aqua baptizo vos: venit
autẽ fortior me: cuius non ſum
dignus corrigiã calceamento-
rũ eius ſoluere. Ipſe vos bapti-
zabit in ſpiritu ſancto & igni.
Cuius vẽtilabrũ in manu eius:
& purgabit aream ſuam. Et cõ
gregabit triticum in horreum
ſuum: paleas autem comburet
igni inextinguibili. Multa qui
dem & alia exhortans: euan-
gelizabat populo.

Dñica. ij. Officiũ.

POpulus Sion ecce dñs veniet ad ſaluandas gentes: & auditã faciet dñs gloriã vocis ſuæ: in lætitia cord is noſtri. ℣. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph. Oratio.

EXcita domine corda noſtra ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduẽtũ, purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum vi.

¶ Ad Romanos. Cap. xv.

FRatres: Quæcunq; ſcripta ſunt: ad noſtrã doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiã & cõſolationẽ ſcripturarũ: ſpem habeamus. Deꝰ autẽ patiẽtię & ſolatij: det vobis idipſum ſapere in alterutrũ, ſecundũ Ieſum Chriſtũ: vt vnanimes vno ore honorificetis Deũ: & patrẽ dñi noſtri Ieſu Chri. Propter quod ſuſcipite inuicẽ: ſicut & Chrus ſuſcepit vos: in honorem Dei. Dico enim, Chriſtũ Ieſum: miniſtrũ fuiſſe circũciſionis: propter veritatẽ Dei: ad confirmãdas promiſſiones patrũ: gẽtes autẽ ſuper miſericordia honorare Deũ: ſicut ſcriptũ eſt. Propterea cõfitebor tibi in gẽtibus dñe: & nomini tuo cãtabo. Et iterũ dicit. Lætamini gẽtes cũ plebe eiꝰ. Et iterũ. Laudate oẽs gẽtes dñm: & magnificate eũ oẽs populi. Et rurſum Eſaias ait Et erit radix Ieſſe: & qui exurget regere gẽtes in eũ gẽtes ſperabunt. Deus autẽ ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credẽdo: vt abũdetis in ſpe: & virtute ſpũs ſancti. ℟. Ex Siõ ſpecies decoris eiꝰ: deus manifeſtè veniet. ℣. Cõgregate illi ſanctos eius: qui ordinauerũt teſtamentũ eius ſuper ſacrificia. Allła. ℣. Virtutes cælorũ mouebũtur: & tũc videbũt filiũ hominis venientẽ de cælo in nubibus: cũ poteſtate magna & maieſtate. Allła. ℣. Lętatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domũ dñi ibimus ℣. Stãtes erãt pedes nři: in atrijs tuis Ieruſalẽ. ¶ Euãg. ſcđm Lucã. xxj



IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis:

lis: & in terris preſſura gentiũ: præ cõfuſione ſonitus maris & fluctuũ. Areſcẽtibus hominibus præ timore & expectatione: quæ ſuperueniẽt vniuerſo orbi. Nam virtutes cælorũ mouebũtur: & tũc videbunt filiũ hominis veniẽtem in nube: cũ poteſtate magna & maieſtate. His autẽ fieri incipientibus: reſpicite & leuate capita veſtra: quia appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinẽ. Videte ficulneã & omnes arbores: cũ producũt iam ex ſe fructum: ſcitis quia propè eſt æſtas: ita & vos cũ videritis hęc fieri: ſcitote quoniã propè eſt regnũ dei. Amẽ dico vobis: quia non præteribit generatio hæc: donec omnia fiãt. Cælũ & terra tranſibũt: verba autem mea nõ tranſibunt. Credo. Offert. Deus tu cõuertens viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te: oſtẽde nobis dñe miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis. Sacra.

Placare quæſumus domine humilitatis noſtræ precib⁹ & hoſtijs: & vbi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorũ: tuis nobis ſuccurre præſidijs. Per. Communio. Ieruſalem ſurge & ſta in excelſo: & vide iucunditatẽ: quæ venit tibi à Deo tuo. Poſt cõ.

Repleti cibo ſpiritalis alimonię: ſupplices te domine deprecamur, vt huius participatione myſterij: doceas nos terrena deſpicere: & amare cæleſtia. Per dominum noſtrum.

¶ Feria quarta. Lectio Malachiæ prophetæ. Cap. iij.

HÆc dicit dñs. Ecce ego mitto angelum meum: qui pręparabit viã ante faciem meã. Et ſtatim veniet ad tẽplũ ſanctum ſuũ dominator quẽ vos quæritis: & angelus teſtamẽti quẽ vos vultis. Ecce venit: dicit dñs exercituũ. Et quis poterit cogitare diẽ aduẽtus eius? Et quis ſtabit ad videndum eũ? Ipſe enim quaſi ignis conflãs: & quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans, & emũdans argentum: & purgabit filios Leui. Et conflabit eos quaſi aurũ & quaſi argentum: & erunt domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit domino ſacrificium Iuda & Ieruſalem ſicut dies

dies ſeculi: & ſicut anni antiqui. Dicit dñs omnipotens.

¶ Euange.ſcđm Matthæũ. xj.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: non ſurrexit inter natos mulierũ: maior Ioanne baptiſta. Qui autem minor eſt in regno cælorum: maior eſt illo. A diebus autẽ Ioannis baptiſtę vſq; nunc: regnum cęlorũ vim patitur: & violẽti rapiũt illud. Omnes enim prophetæ & lex: vſq; ad Ioannem prophetauerũt. Et ſi vultis recipere: ipſe eſt Helias qui venturus eſt. Qui habet aures audiendi audiat.

Dominica. iij.

Statio ad S.Petrum. Officium.

GAudete in dño ſemp: iterũ dico gaudete: modeſtia vr̃a nota ſit omnib⁹ hominibus: dñs propè eſt. Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni or̃one petitiones vr̃æ innoteſcãt apud deũ. ℣. Et pax dei quę exuperat omnẽ ſenſum cuſtodiat corda vr̃a & intelligẽtias vr̃as. Or̃o

AVrem tuam quæſumus domine precib⁹ noſtris accommoda: & mentis noſtrę tenebras, gratia tuę viſitationis illuſtra. Qui viuis & regnas.

¶ Ad Corinthios. j. Capit.iiij.

FRatres: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti: & diſpenſatores myſteriorũ dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores: vt fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ pro minimo eſt: vt à vobis iudicer: aut ab humano die: ſed neq; meipſum iudico: nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me: domin⁹ eſt. Itaq; nolite ante tempus iudicare: quoaduſq; veniat dominus: qui & illuminabit abſcondita tenebrarum: & manifeſtabit cõſilia cordiũ. Et tũc laus erit: vnicuiq; à deo. ℟. Qui ſedes dñe ſuper cherubin: excita potentiam tuam & veni. ℣. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouẽ Ioſeph. Allł'a. ℣. Rex noſter adueniet Chriſtus: quẽ Ioannes prædicauit agnum eſſe venturum. Alleluia. ℣. Excita domine potentiam tuam & veni vt ſaluos facias nos. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Capit.xj.



IN illo tempore:Cùm audiſſet Ioãnes in vinculis opera Chriſti: mittens duos de diſcipulis ſuis: ait illi. Tu es qui vẽturus es: an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus:ait illis.Euntes renũtiate Ioanni:quę audiſtis & vidiſtis. Cæci vident: claudi ambulant:leproſi mundantur:ſurdi audiũt:mortui reſurgũt:pauperes euãgelizantur. Et beatus eſt qui non fuerit ſcãdalizatus in me. Illis autem abeuntibus: cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vẽto agitatam?Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiũtur:in domibus regũ ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetã? Etiam dico vobis:& pluſquam prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt.Ecce ego mitto angelum meum ante faciẽ tuam:qui præparabit viam tuã ante te. Offertorium. Benedixiſti domine terrã tuam:auertiſti captiuitatem Iacob:remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. Sacra.

DEuotionis nr̃æ tibi quæſumus domine hoſtia iugiter immoletur: quæ & ſacri peragat inſtituta myſterij.& ſalutare tuum nobis mirabiliter operetur.Per.Cõmu. Dicite puſillanimis: confortamini, & nolite timere:ecce Deus noſter veniet & ſaluabit nos. Poſt commu.

IMploramus domine clemẽtiam tuã: vt hæc diuina ſubſidia a vitijs expiatos, ad feſta ventura nos præparent. Per.

¶ Feria quarta in quatuor temporibus.Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Officium.

ROrate cæli déſuper, & nubes pluãt iuſtũ: aperiat terra, & germinet ſaluatorẽ. ℣. Et iuſtitia oriatur ſimul: ego dominus creaui eum. Hic dicatur Dominus vobiſcum. Oratio.

PRęſta quæſumus omnipotens Deus: vt redemptionis noſtræ ventura ſolennitas: & pręſentis nobis vitæ ſubſidia cõferat:& æternæ beatitudinis pręmia largiatur.Per dominũ.

¶ Le

¶ Lectio Eſaiæ prophetę.ij.ca.
IN diebus illis: Dixit Eſaias
ꝓpheta. Erit in nouiſsimis
diebus præparatus mons do-
mus dñi in vertice mõtium:&
eleuabitur ſuper colles:& fluẽt
ad eum omnes gentes: & ibũt
populi multi & dicent. Venite
aſcendamus ad montem dñi:
& ad domum dei Iacob:& do
cebit nos dominus vias ſuas:&
ambulabimus in ſemitis eius:
quia de Sion exibit lex: & ver-
bum domini de Ieruſalem. Et
iudicabit gentes: & arguet po
pulos multos. Et cõflabũt gla-
dios ſuos in vomeres:& lãceas
ſuas in falces. Nõ leuabit gens
contra gentẽ gladiũ:nec exer-
cebuntur vltra ad prę́lium. Do
mus Iacob: venite & ambule-
mus in lumine domini dei nõ
ſtri. ℞. Tollite portas principes ve
ſtras:& eleuamini portę ęternales:
& introibit rex glorię. ℣. Quis aſcẽ
det in montem domini:aut quis ſta
bit in loco ſancto eius?innocens ma
nibus & mundo corde. Hic dica-
tur Oremus. Oratio.
FEſtina quæſumus dñe ne
tardaueris:& auxilium no
bis ſupernæ virtutis impende,
vt aduentus tui conſolationi-
bus ſubleuentur: qui in tua pie
tate confidunt. Qui viuis & re.
¶ Lectio Eſaię prophetę.vij. c.
IN diebus illis: Locutus eſt
dominus ad Achaz dicens.
Pete tibi ſignũ à dño deo tuo
in profundũ inferni:ſiue in ex-
celſum ſupra. Et dixit Achaz.
Non petam: & non tẽtabo do
minum. Et dixit. Audite ergo
domus Dauid. Nunquid parũ
eſt vobis moleſtos eſſe homini
bus: quia moleſti eſtis & deo
meo? Propter hoc,dabit domi
nus ipſe vobis ſignũ. Ecce vir-
go concipiet, & pariet filium:
& vocabitur nomen eius Ema
nuel. Butyrũ & mel comedet:
vt ſciat reprobare malũ: & eli-
gere bonũ. ℞. Prope eſt domi-
nus omnibus inuocantibus eum:o-
mnibus qui inuocant eum in veri-
tate. ℣. Laudem domini loquetur
os meum: & benedicat omnis ca-
ro nomen ſanctũ eius. ¶ Euãgeliũ
ſecundum Lucam. Capit.j.
IN illo tẽpore:Miſſus eſt an-
gelus Gabriel a deo in ciui-
tatem Galilęæ: cui nomen Na

 zareth:

zareth: ad virginem deſponſatam viro cui nomē erat Ioſeph de domo Dauid: & nomē virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena: dominus tecū. Benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audiſſet turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud deū. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomē eius Ieſum. Hic erit magnus: & filius altiſsimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eiꝰ: & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelū. Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctū: vocabitur filius dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua: & ipſa cōcepit filiū in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis: quia nō erit impoſſibile apud deū omne verbū. Dixit autē Maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſecundum verbū tuum. Offert. Confortamini: & iam nolite timere: ecce enim deus noſter retribuet iudicium: ipſe veniet & ſaluos nos faciet. Sacra.

ACcepta ſint tibi quæſumus dñe nr̄a ieiunia: quę & expiādo nos, tua gr̄a dignos efficiāt, & ad ſempiterna ꝑmiſſa ꝑducāt. Per. Cōmu. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū: & vocabit̄ nomē eiꝰ Emanuel. Poſt cōm.

SAlutaris tui dñe munere ſatiati: ſupplices te deprecamur: vt cuiꝰ lætamur guſtu: renouemur effectu. Per dominum. ¶ Feria ſexta in quatuor temporibus. Officium.

PRopè es tu dñe, & omnes viæ tuæ veritas: initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in æternum tu es. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

EXcita quęſumus dñe potētiam tuam & veni: vt hi qui in tua pietate cōfidunt: ab

omni citiùs aduerſitate liberē-
tur. Qui viuis & regnas. ¶ Lectio Eſaiæ prophetę. Capit. xj.

HÆc dicit dñs. Egredietur virga de radice Ieſſe: & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eũ ſpiritus dñi: ſpiritus ſapientiæ & intellectus: ſpiritus cõſilij & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ & pietatis: & replebit eũ ſpiritus timoris dñi. Non ſecũdum viſionē oculorum iudicabit: neq; ſecũdum auditum aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes: & arguet in æquitate pro mãſuetis terrę. Et percutiet terrã virga oris ſui: & ſpiritu labiorũ ſuorum interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulũ lumborum eius: & fides cinctoriũ renum eius. ℞. Oſtende nobis dñe miſericordiam tuã: & ſalutare tuũ da nobis. ℣. Benedixiſti dñe terrã tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. ¶ Euangeliũ ſecũdũ Lucã. c. j.

IN illo tempore: Exurgens Maria abijt in montana cũ feſtinatiõe, in ciuitatē Iuda: & introiuit in domũ Zachariæ: & ſalutauit Eliſabeth. Et factũ eſt vt audiuit ſalutationē Mariæ Eliſabeth: exultauit in gaudio infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpũ ſancto Eliſabeth: & exclamauit voce magna: & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ credidiſti: quoniã perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à dño. Et ait Maria. Magnificat aĩa mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Offert. Deus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te: oſtēde nobis domine miſericordiam tuã: & ſalutare tuum da nobis. Sacra.

MVneribus noſtris quæſumus dñe precibuſq; ſuſceptis: & cæleſtibus nos mũda myſterijs, & clemēter exaudi. Per. Cõmu. Ecce dominus veniet, & omnes ſancti eius cũ eo: & erit in die illa lux magna. Poſt cõ.

TVi nos domine ſacramēti libatio ſancta reſtauret:

& à

& à vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris faciat trãſire cõſortiũ. Qui viuis. ¶ Sabbato in quatuor tẽporibus. Officium.

VEni & oſtende nobis faciẽ tuam dñe: qui ſedes ſuper cherubin, & ſalui erim⁹. ℣. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph. ¶ In omnibus ſabbatis quatuor temporum: non dicitur Dominus vobiſcum: vſq; ad vltimã orationem: ſed tantùm Oremus. ¶ Si feſtum .xij. lecti. aut ſupra in aliquo ſabbato quatuor temporum venerit: miſſa eiuſdẽ feſti cantabitur à conuentu poſt primam: & poſt ſextam miſſa de Ieiunio. Oratio.

DEus qui cõſpicis quia ex nr̃a prauitate affligimur concede propitius, vt ex tua viſitatione cõſolemur. Qui viuis & regnas cum Deo. ¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. xviij. capit.

IN diebus illis. Clamabũt ad dñm à facie tribulantis: & mittet eis ſaluatorem: & propugnatorẽ qui liberet eos. Et cognoſcetur dñs ab Ægypto: & cognoſcẽt Ægyptij dñm in die illa: & colẽt eum in hoſtijs & muneribus: & vota vouebunt dño & ſoluent. Et percutiet dñs Ægyptum plaga: & ſanabit eam. Et conuertẽtur ad dñm: & placabitur eis: & ſanabit eos: dominus Deus noſter. ℟. A ſummo cælo egreſsio eius: & occurſus eius vſq; ad ſummũ eius. ℣. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Oratio.

COncede quęſumus omnipotẽs Deus: vt qui ſub peccati iugo ex vetuſta ſeruitute deprimimur, expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecũ vi. & reg. ¶ Lectio Eſaię ꝓphetę. xxxv. c.

HÆc dicit dñs Deus. Lætabit͛ deſerta & inuia: & exultabit ſolitudo: & florebit quaſi liliũ. Germinãs germinabit: & exultabit lætabunda & laudãs. Gl̃ia Libani data eſt ei: & decor Carmeli & Sarõ. Ipſi videbũt gl̃iã dñi: & decorẽ dei nr̃i. Cõfortate man⁹ diſſolutas: & genua debilia roborate. Dicite puſillanimis. Confortamini: &

ni:& nolite timere. Ecce Deus veſter vltionem adducet retributiōis: Deus ipſe veniet: & ſaluabit vos. Tunc aperiētur oculi cęcorum: & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: & aperta erit lingua mutorū. Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquę: & torrentes in ſolitudine. Et quæ erat arida in ſtagnū: & ſitiens in fontes aquarū: ait dominus omnipotens. ℟. In ſole poſuit tabernaculū ſuū: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. ℣. A ſummo cælo egreſsio eius: & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Oratio.

INdignos nos quęſumus domine famulos tuos quos actionis ꝓpriæ culpa contriſtat: vnigeniti filij tui aduentu lætifica. Qui tecū viuit & regnat.

¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. c. xl.

HÆc dicit dominus. Super mōtē excelſum aſcēde tu qui euāgelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam: qui euangelizas Ieruſalē. Exalta noli timere: dic ciuitatib⁹ Iudæ. Ecce Deus veſter. Ecce dominus in fortitudine veniet: & brachiū eius dominabitur. Ecce merces eius cū eo: & opus illius corā ipſo. Sicut paſtor gregem ſuū paſcet: & in brachio ſuo cōgregabit agnos: & in ſinu ſuo leuabit: dn̄s Deus noſter. ℟. Excita dn̄e potentiam tuā & veni: vt ſaluos facias nos. ℣. Qui regis Iſrael intēde: qui deducis velut ouē Ioſeph: qui ſedes ſuper cherubin: appare coram Ephraim Beniamin & Manaſſe. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens Deus: vt filij tui ventura ſolennitas, & præſentis vitæ nobis remedia conferat: & pręmia ęterna cōcedat. Per eū.

¶ Lectio Eſaię prophetę. c. xlv.

HÆc dicit dominus Chriſto meo Cyro: cuius apprehēdi dexterā: vt ſubijciam ante faciē eius gentes: & dorſa regum vertā. Et aperiam corā eo ianuas: & portę nō claudēt̄. Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas conterā: & vectes ferreos confringā. Et dabo tibi theſauros abſconditos: & arcana ſecretorum: vt ſcias quia ego dn̄s: qui voco nomen tuū, Deus Iſrael:

propter

propter ſeruum meum Iacob: & Iſrael electum meum. Et vocaui te nomine tuo: aſsimilaui te: & non cognouiſti me. Ego dominus & nõ eſt amplius: extra me non eſt Deus. Accinxi te & nõ cognouiſti me: vt ſciãt hi qui ab ortu ſolis: & qui ab occidente: quoniã abſq; me non eſt Deus. Ego dominus & nõ eſt alter: formans lucẽ, & creãs tenebras: faciẽs pacẽ, & creans malum. Ego dominus: faciens omnia hæc. Rorate cæli déſuper: & nubes pluant iuſtũ: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul: ego dominus creaui eũ. ℟. Domine Deus virtutum cõuerte nos: & oſtende faciem tuam & ſalui erimus. ℣. Excita dñe potentiã tuam & veni: vt ſaluos facias nos. Oro.

PReces populi tui queſum⁹ dñe clementer exaudi: vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur. pietatis tuæ viſitatione cõſolemur. Qui vi. ¶ Lectio Danielis prophetæ. Cap. iij.

IN diebus illis. Angelus domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacẽ: & excuſsit flãmã ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis: quaſi ventũ roris flantẽ. Flamma autẽ diffuſa eſt ſuper fornacẽ: cubitis quadragintanouem: & incẽdit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis miniſtros regis: qui eã incendebãt. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis: neque cõtriſtauit: nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore hymnũ dicebãt: & magnificabãt Deũ in fornace dicentes. Benedictiones.

BEnedictus es dñe Deus patrũ noſtrorũ. Et laudabilis. Et glorioſus in ſecula. ℣. Et benedictum nomẽ gloriæ tuæ. ꝑ. Et laudabilis. ℣. Bñdictus es in tẽplo ſancto gloriæ tuæ. ꝑ. Et glorioſus. ℣. Bñdictus es qui ſedes ſuper thronũ deitatis tuę. ꝑ. Et laudabilis. ℣. Benedictus es qui ſedes ſuper ſedẽ ſanctã diuinitatis tuæ. ꝑ. Et glorioſus. ℣. Bñdictus es qui ſedes ſuper ſceptrũ regni tui. ꝑ Et laudabilis. ℣. Bñdictus es qui ſedes ſuper cherubin intuens abyſſos. ꝑ. Et glorioſus. ℣. Bñdicãt te oẽs angeli & ſancti tui. ꝑ. Et laudabilis. ℣. Bñdictus es qui ambulas ſuper pẽnas vẽtorũ: & ſuper

per

per vndas maris. ꝑ. Et glorioſus. ℣. Bñdicāt te cęli & terræ:maria& oīa quæ in eis ſunt. ꝑ. Et laudabilis. ℣. Gloria pr̄i & filio: & ſpiritui ſc̄tõ. Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum amen. ℣. Benedictus es dñe Deus patrum noſtrorũ. Et laudabilis: & glorioſus in ſecula. Hic dicatur Dominus vobiſcum. Oratio.

DEus qui trib⁹ pueris mitigaſti flãmas igniũ: cõcede ꝓpitius aduenięte filio tuo dño nr̄o: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vitiorũ. Qui te.¶ Lectio epiſtolę b. Pauli apoſtoli. Ad Theſſaloni.ij.ca.ij.

FRatres. Rogamus vos per aduentum dñi noſtri Ieſu Chriſti: & noſtræ cõgregationis in ipſum: vt nõ citò moueamini à vr̄o ſenſu:neq; terreamini:neq; per ſpiritũ:neq; per ſermoné: neq; per epiſtolã tãquã per nos miſsã: quaſi inſtet dies dñi: ne quis vos ſeducat vllo modo. Quoniã niſi venerit diſceſsio primũ: & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis:qui aduerſatur: & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus: aut quod colitur: ita vt in tẽplo Dei ſedeat:oſtẽdens ſe tanquã ſit Deus. Nõ retinetis: quòd cùm adhuc eſſem apud vos:hęc dicebã vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tẽpore. Nam myſteriũ iã operatur iniquitatis. Tãtũ vt qui tenet nũc,teneat: donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus:quẽ dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Et deſtruet: illuſtratione aduẽtus ſui. Tractus. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph. ℣. Qui ſedes ſuper cherubin: appare corã Ephraim Bẽiamin & Manaſſe. ℣. Excita dñe potentiam tuam & veni: vt ſaluos facias nos.

¶ Euãgel. ſecundũ Lucã.iij.ca.

ANno quintodecimo imperij Tiberij Cęſaris:procurãte Põtio Pilato Iudęam:tetrarcha autẽ Galilęæ Herode: Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Ituręæ & Trachonitidis regionis:& Lyſania Abilinæ tetrarcha: ſub principibus ſacerdotũ Anna & Caipha: factũ eſt verbum domini ſuper Ioãnem Zachariæ filiũ in deſerto.

Et

Et venit in omnem regionem Iordanis: prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſsionẽ peccatorũ: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ. Vox clamãtis in deſerto: parate viam domini: rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa: & aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro: ſalutare Dei. Offertoriũ Exulta ſatis filia Sion: prædica filia Ieruſalem: ecce rex tuus venit tibi ſanctus & ſaluator. Sacra.

SAcrificijs præſentibus quę ſumus domine intẽde placatus: vt & deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti. Per. Communio. Exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cęlo egreſſio eius: & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Poſt cõmunio.

QVęſumus dñe Deus noſter: vt ſacroſancta myſteria quæ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti, & præſens nobis remediũ eſſe facias & futurũ. Per dominum noſtrum.

Dominica quarta

Aduẽtus. Statio ad ſanctos.xij. apoſtolos. Officium.

MEmẽto noſtri domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo: ad videndum in bonitate electorum tuorum, in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua. ℣. Peccauimus cũ patribus noſtris: iniuſtè egimus: iniquitatem fecimus. Oratio.

EXcita domine quęſumus potentiam tuam & veni: & magna nobis virtute ſuccurre, vt per auxilium gratiæ tuæ: quod nr̃a peccata præpediunt, indulgentia tuę propitiationis acceleret. Qui viuis & regnas.

Ad Philippenſes. Cap.iiij.

FRatres. Gaudete in domino ſemper: iterũ dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hominibus: dñs eñ prope eſt. Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione: cum gratiarum actione petitiones veſtrę innoteſcãt apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat

rat omnem ſenſum: cuſtodiat corda veſtra: & intelligentias veſtras: In Chriſto Ieſu domino noſtro. ℟. Prope eſt dñs omnibus inuocãtibus eũ: omnibus qui inuocant eũ in veritate. ℣. Laudẽ dñi loquetur os meũ: & benedicat omnis caro nomẽ ſanctũ eiꝰ. Alla. ℣. Veni dñe & noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ. Alla. ℣. Excita dñe potentiam tuam & veni: vt ſaluos facias nos. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Cap. j.



IN illo tẽpore. Miſerũt Iudęi ab Ieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannẽ: vt interrogarẽt eũ. Tu quis es? Et confeſſus eſt: & nõ negauit. Et confeſſus eſt: q̄a nõ ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eũ. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Nõ ſum. Propheta es tu? Et reſpondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es: vt reſponſum demus his qui miſerunt nos? Quid dicis de teipſo? Ait. Ego vox clamantis in deſerto: dirigite viam dñi: ſicut dixit Eſaias propheta. Et qui miſſi fuerant: erant ex phariſęis: & interrogauerunt eum: & dixerũt ei. Quid ergo baptizas: ſi tu non es Chriſtus: neq; Helias neq; propheta? Reſpondit eis Ioãnes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrũ ſtetit: quẽ vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt: qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus: vt ſoluã eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanẽ: vbi erat Ioãnes baptizans. Credo. Offer. Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Sacra.

SAcrificijs præſentibus quę ſumus domine placatus intende: vt & deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti. Per dominum. Commu. Ecce virgo concipiet & pariet filium: & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Poſt cõ.

SVmptis muneribus domine quæſumus: vt cum frequentatione myſterij, creſcat noſtræ ſalutis effectus. Per dominũ. ¶ In vigilia natalis dñi: fiat vt. iiij. in cap. priuatis.

¶Si vigil. hæc in dñica venerit: miſſa matuti. erit de dñica. Statio ad ſanctam Mariã maiorem. Ad miſſam. Officium.

HOdie ſcietis quia veniet dominus, & ſaluabit nos: & manè videbitis gloriã ei⁹. ℣. Domini eſt terra & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo. Oratio.

DEus qui nos redẽptionis noſtræ annua expectatione lætificas: præſta vt vnigenitũ tuũ quẽ redẽptorẽ læti ſuſcipimus, veniẽtẽ quoq; iudicẽ ſecuri videamus, dñm noſtrũ.

¶Lectio Eſaiæ prophetæ. lxij.

HÆc dicit dominus. Propter Sion nõ tacebo, & propter Ieruſalem nõ quieſcã: donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius: & ſaluator eius vt lãpas accendatur. Et videbunt gentes iuſtum tuum: & cuncti reges inclytum tuũ. Et vocabitur tibi nomen nouũ: quod os domini nominauit. Et eris corona gloriæ in manu domini: & diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis vltrà derelicta: & terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitabitur. Quia cõplacuit domino in te.

¶Ad Romanos. Cap. j.

FRatres. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus apoſtolus: ſegregatus in euangelium Dei: quod antè promiſerat per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid: ſecũdum carnem. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute: ſecundum ſpiritum ſanctificationis: ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri. Per quẽ accepimus gratiam & apoſtolatum: ad obediẽdum fidei in omnibus gentibus: pro nomine eius. In quibus eſtis & vos vocati: Ieſu Chriſti dñi noſtri.

℟. Hodie ſcietis quia veniet dñs, & ſaluabit nos: & manè videbitis gloriã eius. ℣. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph: qui ſedes ſuper cherubin apparere corã Ephraim, Beniamin & Manaſſe. Si dñica fuerit. Alleluia. ℣. Hodie ſcietis quia veniet domi

nus

nus : & manè videbitis gloriam eius. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Capite. j.



CVm eſſet deſponſata mater dñi Ieſu Maria Ioſeph: antequam cõuenirẽt: inuẽta eſt in vtero habens de ſpirituſancto. Ioſeph autem vir eius cũ eſſet iuſtus: & nollet eã traducere: voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitãte: ecce angelus domini apparuit in ſomnis ei dicens. Ioſeph fili Dauid: noli timere accipere Mariam coniugem tuã: quod enim in ea natum eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autẽ filiũ: & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum: à peccatis eorum. Offer. Tollite portas principes veſtras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Sacra.

DA nobis quæſumus omnipotens Deus: vt ſicut adoranda filij tui natalicia præuenimus: ſic eiꝰ capiamus ſempiterna munera gaudẽtes. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Communio. Reuelabitur gloria domini: & videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Poſt commu.

DA nobis quæſumus domine vnigeniti filij tui recenſita natiuitate reſpirare: cuius cæleſti myſterio paſcimur & potamur. Per eundem dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶ In natiuitate domini in prima miſſa. Statio ad ſanctã Mariam maiorem ad præſepe. Omnes tres miſſæ ſolenniter decantãdæ ſunt. Sacerdos plures eo die miſſas celebraturus quamlibet miſſam incipiat cũ ſolita confeſſione: & in vltima tantùm perfuſionem accipiat. Secunda aut tertia miſſa ante auroram nullo modo celebretur. Officium.

DOMINVS dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerunt gentes: & populi medita-

ti ſunt inania? Gloria in ex. Orõ.

DEus qui hanc ſacratiſsimã noctẽ veri luminis illuſtratione clareſcere feciſti: da quęſumus, vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eius quoq; gaudijs in cælo perfruamur. Qui tecũ viuit & regnat.

¶Lectio Eſaię prophe. Ca. viij.

HÆc dicit domin⁹. Populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam. Habitantibus in regione vmbræ mortis: lux orta eſt eis. Paruulus enim natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerũ eius: & vocabitur nomen eius admirabilis: Cõſiliarius: Deus: Fortis: Pater futuri ſeculi: Princeps pacis. Multiplicabitur ei⁹ imperiũ: & pacis nõ erit finis. Super ſoliũ Dauid, & ſuper regnũ eius ſedebit: vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia: amodo & vſque in ſempiternũ. ¶ Ad Titũ. Ca. ij.

CHariſsime: Apparuit gratia Dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus erudiẽs nos: vt abnegãtes impietatem & ſecularia deſideria: ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatam ſpẽ: & aduentũ gloriæ magni Dei: & ſaluatoris nr̃i Ieſu Chriſti. Qui dedit ſemetipſum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret ſibi populum acceptabilem: ſectatorem bonorum operũ. Hæc loquere: & exhortare. In Chriſto Ieſu: dño noſtro. ℟. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferũ genui te. ℣. Dixit dominus dño meo: ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum. Alleluia. ℣. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. ¶ Euangeliũ ſecundùm Lucam. Capite. ij.



IN illo tẽpore: Exijt edictum à Cæſare Auguſto: vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes: vt profiterentur ſinguli in ſuã ciuitatem. Aſcendit autẽ & Io

ſeph

ſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth: in Iudæam ciuitatẽ Dauid: quę vocatur Bethleem: eo ꝙ eſſet de domo & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnãte. Factum eſt autem cùm eſſet ibi: impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum: & pãnis eum inuoluit: & reclinauit eũ in præſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erãt in regione eadem: vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis: ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos: & claritas dei circũfulſit illos. Et timuerunt timore magno: & dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluator: qui eſt Chriſtus dominus: in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignũ. Inuenietis infantem pãnis inuolutum: & poſitum in præſepio. Et ſubitò facta eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis: laudantium deum & dicentium. Gloria in altiſsimis deo: & in terra pax hominibus: bonę voluntatis. Offerto. Lætentur cæli & exultet terra: ante faciem domini quoniam venit. Sacra.

ACcepta tibi ſit dñe quæſumus hodiernę feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiẽte, per hæc ſacroſancta cõmercia: in illius inueniamur forma, in quo tecũ eſt noſtra ſubſtantia. Qui te. Præfatio.

QVia per incarnati verbi myſterium, noua mentis noſtræ oculis, lux tuæ claritatis infulſit. Vt dum viſibiliter deũ cognoſcimus, per hũc in inuiſibiliũ amorẽ rapiamur. Et ideo. Infra actionem.

COmmunicantes, & noctem ſacratiſsimam celebrantes: in qua beatæ Mariæ intemerata virginitas: huic mundo edidit ſaluatorẽ. Sed & memoriam venerantes, in primis eiuſdẽ glorioſæ ſemperq; virginis Mariæ: genitricis eiuſdẽ dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorum. Cõm. In ſplendoribus ſanctorũ: ex vtero ante luciferum genui te. Poſt cõm.

DA nobis quæſumus domine deus noſter: vt qui natiuitatem domini noſtri Ieſu Chriſti nos frequentare gaudemus: dignis conuerſationibus ad eius mereamur pertingere conſortium. Qui tecum viuit & regnat. ¶ Ad miſſam de luce: fiat vt. iiij. in cap. priuatis. ¶ Statio ad ſanctã Anaſtaſiam. Officium.

LVX fulgebit hodie ſuper nos: quia natus eſt nobis dominus: & vocabitur Admirabilis, Deus, Princeps pacis, Pater futuri ſeculi: cuius regni non erit finis. ℣. Dominus regnauit: decorē indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem: & præcinxit ſe. Gloria in excelſis Deo. Oratio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt qui noua incarnati verbi luce perfundimur, hoc in noſtro reſplēdeat opere: quod per fidem fulget in mente. Per eundem dominum noſtrum. ¶ De ſancta Anaſtaſia. Oratio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt qui beatæ Anaſtaſiæ martyris tuæ ſolennia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per. Non tamen dicantur ſub vno. Per dominum. ¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. Cap. lxj. lxij.

HÆc dicit dominus. Spiritus domini ſuper me: eo ꝙ vnxerit me: ad annunciādum mãſuetis miſit me: vt mederer contritis corde: & prædicarem captiuis indulgentiam: & clauſis apertionem. Vt prædicarem annum placabilē domino: & diem vltionis deo noſtro. Vt conſolarer omnes lugentes: & ponerem fortitudinem lugentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere: oleum gaudij pro luctu: pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Et vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ: plantatio domini ad glorificandum. Ecce dominus auditum fecit in extremis terræ. Dicite filiæ Sion. Ecce ſaluator tuus venit: ecce merces eius cum eo: & opus illius coram ipſo. Et vocabunt eos, populus ſanctus: redempti à domino. ¶ Ad Titum. Cap. iij.

Cha-

CHariſsime: Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei:nõ ex operibus iuſtitiæ quę fecimus nos: ſed ſecũdùm miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis & renouatiõis ſpiritus ſancti:quem effudit in nos abundè: per Ieſum Chriſtum ſaluatoré noſtrũ. Vt iuſtificati gratia ipſius: hæredes ſimus ſecũdũ ſpem vitæ ęternæ. In Chriſto Ieſu dño noſtro. ℟. Benedictus qui venit in nomine dñi:deus dominus & illuxit nobis. ℣. A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Allʃa. ℣. Dominus regnauit: decorem induit:induit dominus fortitudinem: & præcinxit ſe virtute. Alleluia. ℣. Fulgebit lux vera ſicut ſol ſuper nos:& tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. ¶ Euangelium ſecundum Lucam. ca.ij.



IN illo tempore.Paſtores loquebantur adinuicem: dicentes. Trãſeamus vſq; Bethleem: & videamus hoc verbum quod factũ eſt:quod fecit dñs:& oſtendit nobis. Et venerunt feſtinãtes: & inuenerunt Mariam & Ioſeph: & infanté poſitum in præſepio. Vidẽtes auté:cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt:mirati ſunt & de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos.Maria autem cõſeruabat omnia verba hæc: conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glorificãtes & laudãtes deum: in omnibus quæ audierant, & viderant: ſicut dictum eſt ad illos. Offert. Deus enim firmauit orbẽ terrę qui non cõmouebitur: parata ſedes tua ex tunc à ſeculo tu es. Sacra.

MVnera noſtra quæſum' domine natiuitatis hodiernæ myſterijs apta proueniant: vt ſicut homo genitus idẽ refulſit deus: ſic nobis hæc terrena ſubſtãtia cõferat quod diuinum eſt. Per eundem dominum noſtrum. Alia ſacra.

ACcipe queſum' dñe munera dignãter oblata:& beatæ Anaſtaſiæ ſuffragantibus meritis, ad noſtræ ſalutis

auxilium prouenire concede. Per. Præfatio. Quia per incarnati. fol. xj. Infra actionẽ. Cõmunicantes & diem. fo. xj. Cõmu. Exulta ſatis filia Sion: lauda filia Ieruſalẽ: ecce rex tuus venit ſanctus & ſaluator mũdi. Poſt cõm.

HVius nos domine ſacramẽti ſemper nouitas natalis inſtauret: cuius natiuitas ſingularis humanã repulit vetuſtatem. Qui tecum. Alia.

SAtiaſti domine familiam tuã muneribus ſacris: eius quæſumus ſemper interuentione nos rẽfoue, cuius ſolennia celebramus. Per dominũ.



In die natalis domini. Ad miſſam maiorẽ Officium. Statio ad ſanctam Mariam maiorem.

PVER natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: cuius imperium ſuper humerũ eius: & vocabitur nomẽ eius, magni cõſilij angelus. ℣. Multiplicabitur eius imperium: & pacis non erit finis. Gloria in excelſis. Oratio.

COncede quęſumus omnipotẽs Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eũdem dominũ noſtrum.

¶ Lectio Eſaiæ prophetę. c. lij.

HÆc dicit dominus. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar ecce adſum. Quàm pulchri ſuper mõtes pedes annũtiãtis & prędicãtis pacẽ: annuntiantis bonum: prædicantis ſalutẽ: dicentis Siõ, regnabit deus tuus. Vox ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocem: ſimul laudabunt: quia oculo ad oculũ videbunt: cùm conuerterit dominus Sion. Gaudete & laudate ſimul deſerta Ieruſalẽ: quia conſo-

conſolatus eſt dominus populum ſuum:redemit Ieruſalem. Parauit dominus brachiũ ſanctum ſuum:in oculisomnium gentium . Et videbunt omnes fines terræ : ſalutare dei noſtri.

¶ Ad Hebræos. Capit.j.

FRatres:Multifariè multiſque modis olim deus loquẽs patribus in prophetis: nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit hæredem vniuerſorũ : per quẽ fecit & ſecula.Qui cùm ſit ſplẽdor gloriæ:& figura ſubſtantię eius:portáſq; omnia verbo virtutis ſuæ: purgationem peccatorũ faciẽs : ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.Tãtò melior angelis effectus : quãtò differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelorũ filius meus es tu: ego hodie genui te? Et rurſum. Ego ero illi in patrẽ: & ipſe erit mihi in filium. Et cũ iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit. Et adorent eũ omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus:& miniſtros ſuos flammam ignis . Ad filiũ autem . Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi: virga æquitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ: propter ea vnxit te deus deus tuus:oleo exultationis præ participibus tuis.Et tu domine in principio terram fundaſti : & opera manuum tuarũ ſunt cæli .Ipſi peribunt,tu autem permanebis: & omnes vt veſtimentum veteraſcent.Et velut amictum mutabis eos:& mutabuntur.Tu autem idẽ ipſe es: & anni tui non deficient. ℞. Viderunt omnes fines terrę ſalutare dei noſtri:iubilate deo omnis terra. ℣. Notũ fecit dñs ſalutare ſuum : ante conſpectũ gentiũ reuelauit iuſtitiã ſuã. A llľa. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gentes & adorate dominũ: quia hodie deſcendit lux magna ſuper terrã. Ortus eſt ſicut ſol ſaluator mundi:& deſcẽdit in vterũ virginis ſicut imber ſuper gramẽ. A lleluia. ℣. Multifariè multiſq; modis olim deus loquens patribus in prophetis:nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo.¶ Initiũ ſancti euange.ſcđm Ioan.ca.j.

BIBLIOTEKA OSSOLINEUM



IN principio erat verbum: & verbum erat apud deũ: & deꝰ erat verbũ. Hoc erat in principio apud deũ. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factũ eſt: in ipſo vita erat. Et vita erat lux hominũ. Et lux in tenebris lucet: & tenebrę eã non comprehenderũt. Fuit homo miſſus à deo: cui nomen erat Ioãnes. Hic venit in teſtimoniũ: vt teſtimoniũ perhiberet de lumine: vt oẽs crederẽt per illũ. Nõ erat ille lux: ſed vt teſtimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera: quæ illuminat omnẽ hominem veniẽtem in hunc mundũ. In mũdo erat: & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eũ non cognouit. In propria venit: & ſui eũ nõ receperũt. Quotquot autẽ receperunt eũ: dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus: neq; ex voluntate carnis: neq; ex volũtate viri: ſed ex deo nati ſunt. Et verbũ caro factũ eſt: & habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eiꝰ: gloriã quaſi vnigeniti à patre: plenũ gratiæ & veritatis. Credo. Offer. Tui ſunt cæli & tua eſt terra: orbem terrarum: & plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia & iudiciũ præparatio ſedis tuæ. Sacra.

OBlata tibi dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſq; à peccatorũ noſtrorũ maculis emunda. Per eundẽ. Pręfatio. Quia per incar. fo. xj. Infra actionẽ.

COmmunicãtes, & diẽ ſacratiſsimum celebrãtes: quo beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mũdo edidit ſaluatorem. Sed & memoriã venerãtes: in primis eiuſdem glorioſæ ſemperq́ue virginis Mariæ: genitricis eiuſdẽ dei, & dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorũ. Cõio. Viderũt omnes fines terræ: ſalutare dei noſtri. Poſt cõ.

PRęſta quæſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mũdi, ſicut diuinę nobis generationis eſt auctor: ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit.

¶Per octa.nati. ad miſſam matu.officium. Puer natus. fo. xij. Aliud. Dñs dixit. fo. x. Gloria in excelſis. Orõ. Cócede. fol. xiiij.cũ ſua ſacra,& poſt cómu. Prima có.de feſto. xij.lectio.ſecũda de feſto. iij.lecti. quando ſimul euenerint.Quod accidit in ſolo die ſancti Sylueſtri, & ſanctæ Colũbæ. Epiſtola,℟ia, Allꝰæ, Euãgelia, Offertoria, & communiones ſicut in vna ex miſsis diei natiuita. ordine ſeruato.Præfatio dicitur per octa. ſicut in regulis generalibus habetur. Communicantes, dicitur primis tribus diebus tantũ.

¶ Si in iſtis diebus qui ſunt inter natiui.& Circuncisio.Dum medium ſilẽtium. oportuerit cãtari: miſſa matutina. erit de dominica,cum commemoratione feſtorum occurrentium.

Dñica.j. poſt natiuita.domini. Officium.

DVm medium ſilentiũ tenerent omnia: & nox in ſuo curſu medium iter haberet:omnipotens ſermo tuus domine de cælis à regalibus ſedibus venit. ℣. Dominus regnauit: decorẽ indutus eſt:indutus eſt dominus fortitudinẽ:& præcinxit ſe. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: dirige actus nr̃os in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui: mereamur bonis operibus abundare.Qui tecum viuit. ¶ Lectio epiſtolæ ad Galatas. Capit.iiij.

FRatres. Quanto tempore hæres paruulus eſt: nihil differt à ſeruo:cùm ſit dñs omniũ:ſed ſub tutoribus & actoribus eſt: vſq; ad præfinitũ tẽpus à patre.Ita & nos cùm eſſemus paruuli: ſub elementis mundi eramus ſeruiẽtes. At vbi venit plenitudo tẽporis: miſit deus filium ſuum factum de muliere: factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erãt redimeret:vt adoptionem filiorũ reciperemus. Quoniã autem eſtis filij dei:miſit deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra:clamantem,abba pater. Itaq; iam non eſt ſeruus: ſed filius. Quòd ſi filius:& hęres per deũ. ℟.Specioſus forma præ filijs hominũ:diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis.

℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Alleluia. ℣. Tolle puerum & matrem eius: & vade in terram Iudæ. ¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capit.ij.



IN illo tẽpore: Erant Ioſeph, & Maria mater domini Ieſu mirantes: ſuper his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrẽ eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinam: & in reſurrectionẽ multorũ in Iſrael: & in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius: vt reuelẽtur ex multis cordib⁹ cogitationes. Et erat Anna ꝑphetiſſa filia Phanuel de tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis: & vixerat cũ viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua erat vſq; ad annos octogintaquatuor: quæ nõ diſcedebat de templo: ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Et hæc ipſa hora ſuperueniens confitebatur domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionẽ Iſrael. Et vt perfecerunt omnia ſecundùm legẽ domini: reuerſi ſunt in Galilæam: in ciuitatem ſuam Nazareth. Puer autẽ creſcebat & confortabatur: plenus ſapiẽtia. Et gratia dei: erat in illo. Offer. Deus enim firmauit orbẽ terrę qui non cõmouebitur: parata ſedes tua deus ex tunc à ſeculo tu es. Sacra.

COncede quæſum⁹ omnipotẽs deus: vt oculis tuæ maieſtatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat: & effectum beatæ perẽnitatis acquirat. Per dominũ. Communio. Tolle puerum & matrem eius: & vade in terrã Iudæ: defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri. Poſt cõmu.

PEr huius domine operationẽ myſterij: & vitia noſtra curentur, & iuſta deſideria compleantur. Per dominum.

¶ In

❧ In die circunciſionis domini:ad miſſam matutinalem. Officium.



VLtum tuum domine deprecabũtur omnes diuites plebis: adducẽtur regi virgines poſt eam:proximæ eius adducentur tibi in lætitia & exultatione.℣.Eructauit cor meũ verbum bonũ:dico ego opera mea regi. Oratio.

DEusqui ſalutiſ ęternę beatę Mariæ virginitate fœcũda humano generi præmia præſtitiſti:tribue quæſumus,vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quã meruimus auctorem vitę ſuſcipere.Dñm noſtrũ. Epiſtola. Apparuit gratia. fo.x. ℟. Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis:propterea benedixit te de⁹ in ęternũ.℣.Propter veritatẽ& mãſuetudinẽ & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alľa.℣. Specie tua & pulchritudine tua:intende proſperè,procede & regna.

¶ Euange.ſcd̃m Lucam.Ca.ij.



IN illo tẽpore: Poſtq̃ conſummati ſunt dies octo: vt circuncideretur puer vocatũ eſt nomẽ eius Ieſus. Quod vocatum eſt ab angelo:priuſquã in vtero cõciperetur. Offer. Offerẽtur regi virgines:proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione:adducẽtur in tẽplo regi dño. Sacra.

MVneribus noſtris quæſumus dñe precibuſq; ſuſceptis: & cæleſtibus nos mũda myſterijs, & clementer exaudi.Per. Præfatio.Quia per incarna. fo. xj. Cõio. Simile eſt regnũ cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: inuen

ta vna

ta vna pretioſa margarita:dedit oĩa ſua & comparauit eã. Poſt com.

HÆc noſcommunio dñe purget à crimine: & intercedente pro nobis beata & glorioſa ſemperq; virgine Dei genitrice Maria,cęleſtis remedij faciat eſſe cõſortes.Per eun.

¶ Si dies circũciſionis in dñica venerit:miſſa matutina.erit de Dum medium ſilentiũ. & fiat. j. cõme. de miſſa maio. Ad miſſam maio.Statio ad ſanctã Mariam trans Tyberim. Officiũ.

PVer natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis: cuius imperiũ ſuper humerũ eius: & vocabitur nomen eius magni conſilij angelus. ℣. Multiplicabitur eiꝰ imperium: & pacis non erit finis. Gloria in excelſis. Oratio.

COncede quæſumꝰ omnipotẽs deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet.Per.

Epſa. Apparuit gr̃a. fo. x. ℟. Viderũt oẽs fines terrę ſalutare dei nr̃i iubilate deo oĩs terra. ℣. Notũ fecit dñs ſalutare ſuũ:ante conſpectũ gentiũ reuelauit iuſtitiã ſuã. Alľa. ℣. Multifariè multiſq; modis olim deus loquẽs patribꝰ in prophetis: nouiſsimè diebꝰ iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo. Euãgel. Poſtq̃ cõſu. fol. xv. Credo. Offer. Tui ſunt cęli & tua eſt terra:orbẽ terrarũ & plenitudinẽ eius tu fundaſti:iuſtitia & iudiciũ p̃paratio ſedis tuę. Sacra.

OBlata tibi dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſq; à peccatorum noſtrorũ maculis ęmũda. Per eundẽ. Præfatio. Quia per incar. fo xj. Cõmunicãtes nõ dicitur. Cõ. Viderũt oẽs fines terræ ſalutare dei noſtri. Poſt cõ.

PRæſta quęſumus omnipotẽs deus: vt natus hodie ſaluator mũdi, ſicut diuinę nobis generationis eſt auctor: ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecũ. ¶ In vigilia Epiphaniæ. Si hæc vigilia in dominica venerit:miſſa matu.erit de ea.j. comme.de dominica,& miſſa maior de dominic. Officium.

DOminus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerũt gẽtes:

tes:& populi meditati ſunt inania? Gloria patri & filio. Oratio.

C Orda nr̃a quęſumus dñe vẽturę feſtiuitatis ſplẽdor illuſtret: quo mũdi huius tenebris carere valeamus, & peruenire ad patriã claritatis æternę. Per. Epl̃a. Apparuit be. fo. xij. ℟ Benedict⁹ qui venit in nomine dñi deus dñs & illuxit nobis. ℣. A dño factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis nr̃is. A ll'a. ℣. Dñs dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie genui te. ¶ Euãge. ſcd̃m Matthæũ. ij.



I Nillo tẽpore: Defuncto Herode: ecce angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph, in Ægypto dicẽs. Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius: & vade in terrã Iſrael: defuncti ſunt enim: qui quęrebãt animã pueri. Qui conſurgens: accepit puerũ & matrẽ eius: & venit in terrã Iſrael. Audiẽs autẽ ꝙ Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo: timuit illò ire. Et admonitus in ſomnis: ſeceſsit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate quę vocat' Nazareth: vt adimpleretur quod dictũ eſt ꝑ prophetas: quoniã Nazaræus vocabitur.

Offer. Lętẽtur cęli & exultet terra: ante faciẽ dñi quoniã venit. Sacra.

T Ribue quæſumus dñe vt eum præſentibus immolemus hoſtijs & ſumamus, quẽ venturæ ſolennitatis pia munera præloquũtur. Dñm noſtrũ.

Cõmu. Exulta filia Sion: lauda filia Ieruſalem: ecce rex tuus venit: ſanctus & ſaluator mũdi. Poſt cõ.

I Llumina quęſumus dñe populũ tuum: & ſplẽdore gratię tuę cor eius ſemper accẽde, vt ſaluatorẽ ſuũ & inceſſanter agnoſcat: & veraciter apprehẽdat. Dominum noſtrum.

In die Epiphanię.

¶ Ad miſſam matuti. officium & cætera omnia fiant ſicut in miſſa maiori: excepta epiſtola quæ erit Surge illuminare. & A ll'a dicit' tantũ cũ primo. ℣. ſ. Vidimus ſtellam. Et poſt cõ. erit Præſta quæſumus ſola. Sed ſi dies Epiphaniæ in dominica venerit

veneri:miſſa matu.dicatur de dominica,& fiat.j.cõ. de miſſa maiori. Statio ad ſanctũ Petrũ. Ad miſſam maiorem. Officiũ.



ECCE aduenit dominator dñs: & regnũ in manu eius & poteſtas & imperium. ℣. Deus iudicium tuum regi da:& iuſtitiam tuam filio regis. Oratio.

DEus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: concede propitius,vt qui iam te ex fide cognouimus:vſq; ad cõtẽplandã ſpeciẽ tuæ celſitudinis perducamur. Per eũ. ¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. Cap.xl.

SVrge illuminare Ieruſalẽ: quia venit lumẽ tuũ:& gloria dñi ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebrę operient terram: & caligo populos. Super te autem orietur dominus:& gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & reges in ſplẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & vide: oẽs iſti cõgregati ſunt: venerunt tibi. Filij tui de longe veniẽt:& filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc videbis & afflues: & mirabitur & dilatabitur cor tuum:quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij Madian & Epha. Omnes de Saba venient aurũ & thus deferẽtes: & laudẽ domino annuntiantes. Epiſtola. Apparuit beni. fo.xij. ℟. Oẽs de Saba venient aurum & thus deferentes:& laudem domino annũtiãtes. ℣. Surge illuminare Ieruſalẽ: quia gloria dñi ſuper te orta eſt. Alla. ℣. Vidimus ſtellam eius in oriente: & venimus cũ muneribus adorare dñm. Alius. ℣. Audiens autẽ Herodes rex turbatus eſt: & omnis Ieroſolyma cum eo. Ambo iſti duo ℣ ſus dicunt hodie.

¶ Euã-

¶Euange.ſcd̄m Matth.Cap.ij.

CVm natus eſſet dominus Ieſus in Bethleem Iudę: in diebus Herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt Ieroſolymā dicentes. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriēte: & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus eſt: & omnis Ieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotū & ſcribas populi: ſciſcitabatur ab eis: vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerūt ei. In Bethleem Iudæ: ſic enim ſcriptū eſt per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda: nequaquā minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meum Iſrael. Tunc Herodes clàm vocatis Magis: diligēter didicit ab eis tempus ſtellę: quę apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem: dixit. Ite: & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renūtiate mihi: vt & ego veniens adorem eum. Qui cùm audiſſent regē: abierunt. Et ecce ſtella quam viderant in oriente: antecedebat eos: vſque dum veniens ſtaret ſuprà vbi erat puer. Videntes autem ſtellam: gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrātes domum: inuenerunt puerū cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis: obtulerūt ei munera: aurum thus & myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis: ne redirent ad Herodem: per aliā viam reuerſi ſunt: in regionem ſuam. Credo. Offertorium. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabūt eum omnes reges terræ: oēs gentes ſeruient ei. Sacra.

ECcleſiæ tuę quęſumus domine dona propitius intuere: quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur, ſed quod iiſdem muneribus declaratur, immolatur & ſumitur Ieſus Chriſtus dn̄s. Prȩfatio.

QVia cū vnigenitus tuus in ſubſtātia noſtrę mortalitatis apparuit, in noua nos immortalitatis ſuę luce reparauit. Et ideo. Infra actio.

COmmunicãtes & diem ſacratiſsimũ celebrãtes: quo vnigenitus tuus in tua tecũ gloria coæternus: in veritate carnis nr̃æ viſibiliter apparuit. Sed & memoriã. Cõmu. Vidimus ſtellã ei⁹ in oriente: & venimus cũ munerib⁹ adorare dñm. ¶ Iſtæ duæ collectæ quæ ſequũtur: dicantur hodie poſt commu. ad miſſam, & nõ amplius. Non tamen dicantur ſub vno. Per dominum. Poſt commu.

PRæſta queſumus omnipotens deus: vt quæ ſolẽni celebramus officio, purificatę mẽtis intelligẽtia conſequamur. Per dominum. Alia.

DEus illuminator omniũ gẽtium: da populis tuis perpetua pace gaudere: & illud lumen ſplendidũ infunde cordibus noſtris, quod triũ magorũ mentibus aſpiraſti Dominum noſtrũ. Per octa. Epipha. Officiũ. Ecce aduenit. fol. xvj. Or̃o. Deus qui hodierna. fol. xvj. Epiſtola. Surge illumina. fol. xvj. ℟. Omnes de Saba. fol. xvj. Allr̃a. ℣. Interrogabat. vide inferius. Aliud Alleluia. ℣. Stella quã. require dominica infra octa. Epiphaniæ. Aliud Allr̃a. ℣. Vidimus ſtellã. fo. xvj. Aliud Allr̃a. ℣. Audiens autem. fo. xvj. Cætera dicantur ſicut in die. Et poſt cõ. erit Præſta quæſumus. ſola. Dominica infra octa. Miſſa matuti. erit de octa. Epipha. Ad miſſam. Officiũ. Ecce aduenit. fo. xvj. Or̃o. Deus qui hodier. fo. xvj. Epl̃a. Surge illu. fo. xvj. ℟. Omnes de Saba. fol. xvj. Allr̃a. ℣. Interrogabat Magos Herodes, quod ſignum vidiſtis ſuper natum regem? ſtellam vidimus fulgentem: cuius ſplendor illuminat mundũ. Hac die & per octa. Euange. ſcd̃m Matthæũ. c. iij.

IN illo tempore: Venit dominus Ieſus à Galilęa in Iordanem ad Ioannem: vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens. Ego à te debeo baptizari: & tu venis ad me? Reſpondens autem Ieſus: dixit ei. Sine modò: ſic em̃ decet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum. Baptizatus autem Ieſus: cõfeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt cæli: & vidit ſpiritũ dei deſcẽ-

deſcẽdentẽ ſicut columbam: & veniẽtem ſuper ſe. Et ecce vox de cælo dicens. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Offerto. & Cõ. ſicut in die. Poſt cõmu. Præſta quæſumus. vt ſupra.

¶ Dñica intra octa. Epiphanię. Ad miſſam maiorem. Officiũ.

IN excelſo throno vidi ſedere virũ: quẽ adorãt multitudo angelorum: pſallentes in vnum. Ecce cuius imperium permanet in æternũ. ℣. Iubilate deo omnis terra: pſalmũ dicite nomini eius: date gloriã laudi eius. Oro.

VOta quæſumus domine ſupplicantis populi cæleſti pietate proſequere: vt & quę agẽda ſunt videãt, & adimplẽda quæ viderint conualeſcant. Per dominum noſtrum.

¶ Ad Romanos. Cap. xij.

FRatres: Obſecro vos per miſericordiã dei: vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem: ſanctam, deo placẽtẽ: rationabile obſequiũ veſtrũ. Et nolite cõformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis quę ſit voluntas dei: bona & beneplacẽs, & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi omnibus qui ſunt inter vos: non plus ſapere quàm oportet ſapere: ſed ſapere ab ſobrietatem. Et vnicuique ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autem mẽbra non eundem actũ habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Singuli autem: alter alterius membra. In Chriſto Ieſu: domino noſtro. ℟. Benedictus dominus deus Iſrael: qui facit mirabilia magna ſolus à ſeculo. ℣. Suſcipiant montes pacem populo tuo: & colles iuſtitiam. Allã. ℣. Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in lætitia.

¶ Euange. ſecundũ Lucã. c. ij.

IN illo tẽpore: Cùm factus eſſet dominus Ieſus annorũ duodecim: aſcẽdentibꝰ illis Ieroſolymã, ſecũdũ cõſuetudinẽ diei feſti: cõſummatiſq; diebus cũ redirẽt: remãſit puer Ieſus in Ieruſalẽ: & nõ cognouerũt parentes eius. Exiſtimantes autẽ

illũ eſſe in comitatu: venerunt iter diei: & requirebant eũ inter cognatos & notos. Et nõ inuenientes: regreſsi ſunt in Ieruſalem: requirentes eum. Et factum eſt poſt triduum: inuenerunt illum in templo ſedẽtem in medio doctorum: audientẽ eos: & interrogantem illos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant: ſuper prudentia & reſponſis eius. Et videntes: admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili: quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego: dolentes quęrebamus te. Et ait ad illos. Et quid eſt ꝙ me quęrebatis? Neſciebatis: quia in his quæ patris mei ſunt: oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerũt verbum: quod locutus eſt ad illos. Et deſcẽdit cũ eis: & venit Nazareth: & erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc: conferens in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia ætate & gratia: apud deum & homines. Offer. Iubilate deo omnis terra: ſeruite dño in lætitia: intrate in conſpectu eius in exultatione: quia dñs ipſe eſt de⁹. Sacra.

OBlatum tibi domine ſacrificium: viuificet nos ſemper & muniat. Per. Cõio. Fili: qui feciſti nobis ſic? pater tuus & ego dolentes quęrebamus te: & quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis: quia in his quę patris mei ſunt: oportet me eſſe? Poſt cõmu.

SVpplices te rogam⁹ omnipotẽs deus: vt quos tuis reficis ſacramẽtis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominum.

¶ In octauo die Epiphanię. Ad miſſam matu. Officiũ. Ecce aduenit. cum omnibus ad ſe pertinentibus ſicut in die. ¶ Sed ſi octa. dies Epiphaniæ in dñica venerit: miſſa matu. erit de dñica: & .j. cõm. de miſſa maio. Ad miſſam maiorẽ. Officiũ. Ecce aduenit dominator. fo. xvj. Orõ.

DEus cuius vnigenitus in ſubſtantia noſtræ carnis apparuit: præſta quæſumus, vt per eum quem ſimilem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Per eundem.

¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. c. xij.

DOmine deus me⁹ honorificabo te: laudẽ tribuã nomi-

nomini tuo: qui facis mirabiles res. Conſilium tuum antiquũ: verum fiat. Domine excelſum eſt brachium tuum: deus ſabbaoth: corona ſpei quæ ornata eſt gloria. Exultet deſertum: & exultent ſolitudines Iordanis. Et populus meus videbit altitudinem domini & maieſtatẽ dei: & erit congregatus & redẽptus per deũ. Et veniet in Sion cum lætitia: & lætitia ſempiterna ſuper caput eius: & laus & exultatio. Et aperiam in montib⁹ flumina: & in medijs campis fontes dirumpam: & terrã ſine aqua confundã. Ecce puer meus exaltabit & eleuabitur: & ſublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: & dicetis in illa die confitemini domino: & inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius: cantate dño quia mirabilia fecit: annuntiate hęc in vniuerſa terra. Dicit dñs: omnipotens. ℟. Oẽs de ſaba venient aurũ & thus deferentes, & laudem dño annũtiantes ℣. Surge illuminare Ieruſalẽ, quia gloria dñi ſuper te orta eſt. Alla.

℣. Stella quam viderant Magi in oriente: antecedebat eos: vſq; dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer.

¶ Euange. ſecundùm Ioan. c. j.

IN illo tẽpore: Vidit Ioãnes dñm Ieſum veniẽtem ad ſe: & ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Hic eſt de quo dixi. Poſt me venit vir: qui ante me factus eſt: qa prior me erat. Et ego neſciebã eum: ſed vt manifeſtaretur in Iſrael: propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimoniũ perhibuit Ioannes dicens. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo: & manſit ſuper eũ. Et ego neſciebã eũ: ſed qui miſit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritũ deſcẽdentẽ: & manentẽ ſuper eum: hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi: & teſtimonium perhibui: quia hic eſt filius dei. Offer. Reges Tharſis & inſulæ munera offẽrẽt. Reges Arabũ & Saba dona adducẽt. Et adorabũt eũ oẽs reges terræ, omnes gentes ſeruiẽt ei. Sacra.

HOſtias tibi dñe pro nati filij tui apparitione deferimus:

rimus:ſuppliciter exorantes,vt ſicut ipſe noſtrorum eſt auctor munerũ:ita ſit miſericorsſuſce ptor Ieſus Chriſtus dñs noſter. Præfatio. Quia cùm vnigenitus. fo.xvij.Cõio. Vidimus ſtellã eius in oriente: & venimus cũ mu neribus adorare dñm .Poſt com.

CÆleſti lumine quęſum⁹ dñe ſemper & vbiq; nos præueni:vt myſteriũ cuius nos participes eſſe voluiſti:& puro cernamus intuitu:&digno per cipiamus effectu. Per eũdem.

¶ Feria iiij. de dñica. In excelſo throno. ¶ Ad Romanos. c.iij.

FRatres: Scimus quoniam quæcunq; lex loquitur:his qui in lege ſunt loquit᷑: vt omne os obſtruatur: & fiat omnis mundus ſubditus deo:quia nõ ex operibus legis iuſtificabitur omnis caro corã illo. Per legẽ enim cognitio peccati. Nunc autẽ ſine lege iuſtitia dei mani feſtata eſt: teſtificata à lege & prophetis. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti: in omnes & ſuper omnes qui credũt in eum. Non enim eſt diſtinctio:omnes enim peccauerũt: & egent gloria dei: iuſtificati gratis per gratiam ipſius:per re demptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.Quem propoſuit deus propitiatorem per fidẽ,in ſanguine ipſius:ad oſtẽſionem iuſtitiæ ſuæ: propter remiſsionẽ præcedentium delictorũ:in ſu ſtentatione dei: ad oſtenſionẽ iuſtitię eius in hoc tẽpore.Vt ſit ipſe iuſtus:& iuſtificans eũ qui ex fide eſt Ieſu Chriſti:domini noſtri. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Cap.iiij.

IN illo tempore: Cùm audiſ ſet dominus Ieſus quòd Ioã nes traditus eſſet:ſeceſsit in Galilæam. Et relicta ciuitate Nazareth:venit & habitauit in ci uitate Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Neptalim: vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetã dicentem.Terra Zabulõ & ter ra Neptalim: via maris trans Iordanem Galilęæ gentiũ:populus qui ambulabat in tenebris:vidit lucem magnã. Et ſedẽtib⁹ in regione vmbræ mor tis:lux orta eſt eis. Exinde cœpit Ieſus prædicare: & dicere.

Pœ-

Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnũ cælorum.

Dominica.ij.poſt Epiphaniam. Officium.

OMnis terra adoret te deus: & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo altiſsimè. ℣. Iubilate Deo omnis terra: ſeruite domino in lætitia. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui cæleſtia ſimul & terrena moderaris, ſupplicationes populi tui clemẽter exaudi: & pacem tuã noſtris cõcede temporibus. Per dominũ.

¶ Ad Romanos. Cap.xij.

FRatres: Habẽtes donationes ſecundùm gratiã quæ data eſt nobis differentes: ſiue prophetiam ſecundùm rationem fidei: ſiue miniſterium in miniſtrando: ſiue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in ſimplicitate: qui præeſt in ſolicitudine: qui miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatiõe. Odiẽtes malum: adhærentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem prçuenientes. Solicitudine non pigri: ſpiritu feruentes: domino ſeruientes. Spe gaudẽtes: in tribulatione patientes. Orationi inſtantes: neceſsitatibus ſanctorum cõmunicantes: hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite & nolite maledicere. Gaudere cum gaudẽtibus: flere cum flentibus: idipſum inuicem ſentientes. Non alta ſapiẽtes: ſed humilibus conſentientes. ℟. Miſit dominus verbũ ſuũ: & ſanauit eos: & eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteãtur dño miſericordiæ eiꝰ: & mirabilia eius filijs hominum. A lľa. ℣. Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat ibi Ieſus & mater eius. A lľa. ℣. Laudate deum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

¶ Euange. ſecundũ Ioan. ca.ij.

IN illo tempore: Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat mater domini Ieſu ibi. Vocatus eſt autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater Ieſu ad eum. Vinum non habent. Et di-

dicit ei Ieſus. Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcunq; dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapideę hydriæ ſex poſitæ: ſecundùm purificationem Iudæorum: capientes ſingulę metretas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Dicit eis Ieſus. Haurite nunc: & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factũ: & non ſciebat vnde eſſet: miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam: vocat ſponſum architriclinus: & dicit ei. Omnis homo primùm bonum vinũ ponit: & cũ inebriati fuerint: tũc id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bonum vinũ: vſq; adhuc. Hoc fecit initiũ ſignorum Ieſus in Cana Galilææ: & manifeſtauit gloriam ſuam. Et crediderunt in eum: diſcipuli eius. Offer. Iubilate deo vniuerſa terra: pſalmũ dicite nomini ei⁹. Venite & audite & narrabo vobis: omnes qui timetis deũ: quanta fecit dñs animæ meæ alleluia. Sacra.

OBlata tibi quæſumus domine munera ſanctifica: noſq; à peccatorum noſtrorũ maculis emunda. Per dñm.

Communio. Dicit dominus: implete hydrias aqua: & ferte architriclino: dum guſtaſſet architriclinus aquam vinum factum: dicit ſpõſo: ſeruaſti vinum bonum vſq; adhuc. Hoc ſignum fecit Ieſus primũ coram diſcipulis ſuis. Poſt commu.

AVgeatur in nobis domine quæſumus tuæ virtutis operatio: vt diuinis vegetati ſacramentis, ad eorum promiſſa capienda tuo munere præparemur. Per dominum.

¶Feria.iiij. Ad Coloſſenſes.c.j.

FRatres: Audiſtis diſpenſationẽ dei quæ data eſt mihi in vobis: vt impleam verbũ dei: myſterium quod abſconditũ eſt à ſeculis & generationibus. Nunc autem manifeſtũ eſt ſanctis eius: quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus: quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ: quem nos annunciamus. Corripientes omnem homi-

hominem: & docentes in omni ſapientia: vt exhibeamus omnẽ hominem perfectũ: in Chriſto Ieſu: dño nr̃o. ¶ Euangelium ſecũdùm Lucã. c.iiij.

IN illo tẽpore: Regreſſus eſt dñs Ieſus in virtute ſpũs in Galilæã: & fama exijt per vniuerſam regionẽ de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorum: & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbati in ſynagogam. Et ſurrexit legere: & traditus eſt ei liber Eſaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum: inuenit locum vbi ſcriptum erat. Spiritus domini ſuper me: ꝓpter quod vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me: ſanare contritos corde. Prædicare captiuis remiſsionẽ cæcis viſum: dimittere confractos in remiſsionem: prædicare annum domini acceptum: & diem retributionis. Et cùm plicuiſſet librum: reddidit miniſtro: & ſedit. Et omnium in ſynagoga oculi: erant intendẽtes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. Et oẽs teſtimoniũ illi dabãt: & mirabãtur in verbis gratiæ: quæ procedebãt de ore eiꝰ.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Marcum. cap.vj.

IN illo tempore: Egreſſus inde dominus Ieſus: abijt in patriam ſuam: & ſequebantur eum diſcipuli ſui. Et facto ſabbato: cœpit in ſynagoga docere. Et multi audientes: admirabantur in doctrina eius, dicentes. Vnde huic hæc omnia? Et quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi: & virtutes tales quę per manus eius efficiuntur? Nõne iſte eſt faber: filius Mariæ: frater Iacobi & Ioſeph: & Iudæ & Simonis? Nonne & ſorores eius hîc nobiſcum ſunt? Et ſcandalizabantur in illo: & dicebat illis Ieſus. Quia non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua & in cognatione ſua: & in domo ſua. Et non poterat ibi virtutem vllã facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit. Et mirabatur: propter incredulitatem eorum.

Dominica tertia poſt epiphaniam. Officium.

ADorate dominũ omnes angeli eius: audiuit & lætata eſt Siõ: & exultauerunt filię Iudæ. ℣. Dñs regnauit exultet terra: lætentur inſulæ multæ. Orõ.

OMnipotens ſempiterne deus: infirmitatem noſtram propitius reſpice, atq; ad protegendum nos: dexteram tuæ maieſtatis extende. Per dominum. ¶ Ad Romanos. xij.

FRatres: Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos: nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona: non tãtùm coram deo: ſed etiam corã omnibus hominibus. Si fieri poteſt: quod ex vobis eſt: cum omnibus hominibus pacem habẽtes. Non voſmetipſos defendentes chariſsimi: ſed date locum iræ. Scriptũ eſt enim. Mihi vindictam: & ego retribuã dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus: ciba illum: & ſi ſitit: potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum. ℟. Timebunt gentes nomen tuũ dñe: & omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniã ædificauit dñs Sion: & videbitur in maieſtate ſua. A lľa. ℣. Dñs regnauit exultet terra: lætẽtur inſulæ multæ. ℣. Mirabãtur omnes: de his quæ procedebant de ore eius. ¶ Euangeliũ ſecũdùm Matthęũ. ca. viij.

IN illo tẽpore: Cùm deſcendiſſet dñs Ieſus de mõte: ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ. Et ecce leproſus veniens: adorabat eum dicens. Dñe ſi vis: potes me mũdare. Et extendens Ieſus manũ: tetigit eũ dicens. Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus. Vide nemini dixeris: ſed vade oſtende te ſacerdoti: & offer munus quod præcepit Moyſes: in teſtimonium illis. Cùm autem introiſſet Capharnaum: acceſsit ad eum Centurio: rogans eum & dicens. Domine puer meus iacet paralyticus in domo: & malè torquetur. Et ait illi Ieſus. Ego veniã: & curabo eum. Et reſpondens

Cẽturio ait. Domine: nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantùm dic verbo: & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus: habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc: & facit. Audiens autem Ieſus, miratus eſt: & ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis: non inueni tantã fidẽ in Iſrael. Dico autẽ vobis: ꝙ multi ab oriẽte & occidẽte veniẽt: & recumbent cum Abrahã, & Iſaac & Iacob: in regno cælorũ. Filij autẽ regni: eijciẽtur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: & ſtridor dẽtiũ. Et dixit Ieſus Cẽturioni. Vade: & ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Offer. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me. Nõ moriar, ſed viuã: & narrabo opera domini. Sacra.

HÆc hoſtia domine quęſumus emundet noſtra delicta: & ad ſacrificiũ immolandũ: ſubditorum tibi corpora mẽteſq; ſanctificet. Per do. Cõm. Mirabantur omnes: de his quę ꝓcedebãt de ore dei. Poſt cõ.

QVos tãtis dñe largiris vti myſterijs: quæſumus, vt effectibus nos eorũ veraciter aptare digneris. Per.

¶ Feria.iiij. Ad Timoth.j.ca.j.

CHariſsime: Fidelis ſermo: & omni acceptione dignus: quia Chriſtus Ieſus venit in hũc mundũ, peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum. Sed ideo miſericordiam cõſecutus ſum: vt in me primum oſtẽderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam: ad informationẽ eorũ qui crediturí ſunt illi: in vitã ęternã. Regi autẽ ſeculorũ immortali, inuiſibili: ſoli deo, honor & gloria: in ſecula ſeculorũ amẽ. ¶ Euãgeliũ ſecũdùm Matthæũ. ca.iiij.

IN illo tẽpore: Circumibat dominus Ieſus totam Galilęam: docens in ſynagogis eorum: & prædicans euãgelium regni: & ſanans omnẽ languorem: & omnem infirmitatẽ in populo. Et exijt opinio eius: in totam Syriam. Et obtulerunt ei omnes malè habentes, varijs languoribus & tormentis

com-

comprehenſos: & qui dæmonia habebant: & lunaticos & paralyticos: & curauit eos. Et ſecutæ ſunt eum:turbæ multę.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Marcum. Cap.iij.

IN illo tẽpore:Exeũtes phariſæi cum Herodianis:conſiliũ faciebãt aduerſus dñm Ieſum:quomodo eum perderẽt. Ieſus autem cũ diſcipulis ſuis: ſeceſsit ad mare. Et multa turba à Galilęa & Iudęa ſecuta eſt eũ: & à Ieroſolymis & ab Idumæa: & trans Iordanẽ. Et qui circa Tyrũ & Sidonem: multitudo magna:audientes quæ faciebat:venerunt ad eum.Et dixit diſcipulis ſuis, vt nauicula ſibi deſeruiret: propter turbã: ne cõprimerent eum. Multos enim ſanabat:ita vt irruerẽt in eum:vt illum tãgerent.Quotquot autẽ habebant plagas & ſpiritus immundos: cùm videbant illũ:procidebant ei:& clamabant dicentes. Tu es filius dei.Et vehementer cõminabatur eis: ne manifeſtarẽt illum. Et aſcendens in montẽ: vocauit ad ſe quos voluit ipſe.Et venerũt ad eum:& fecit vt eſſent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare.Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates:& eijciendi dæmonia.

Dominica quarta poſt epipha. Officium.

ADorate dominũ omnes angeli eius:audiuit & lætata eſt Si õ: & exultauerũt filiæ Iudæ. ℣. Dñs regnauit exultet terra:lętẽt inſulę multę. Oro.

DEus qui nos in tãtis periculis cõſtitutos ꝓ humana ſcis fragilitate nõ poſſe ſubſiſtere:da nobis ſalutẽ mẽtis & corporis,vt ea quę pro peccatis nr̃is patimur: te adiuuante vincamus.Per. Ad Roma.c.xiij.

FRatres: Nemini quicquã debeatis:niſi vt inuicẽ diligatis. Qui enim diligit proximũ:legẽ impleuit.Nã nõ adulterabis:nõ occides:nõ furaberis:nõ falſum teſtimonium dices: nõ cõcupiſces rẽ proximi tui:& ſi qđ eſt aliud mandatũ: in hoc verbo inſtaurat: diliges proximum tuũ:ſicut te ipſum.

Dilectio

Dilectio proximi: malum nō operatᷣ. Plenitudo ergo legis: eſt dilectio. ℞. Timebunt gētes nomen tuū domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. ℣. Quoniam ædificauit dn̄s Sion: & videbitur in maieſtate ſua. Allᵃ. ℣. Dominus regnauit exultet terra: lætētur inſulæ multæ. ℣. Mirabātur omnes: de his quæ procedebant de ore eius. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Cap. viij.

IN illo tempore: Aſcendente dn̄o Ieſu in nauiculā: ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipſe verò dormiebat. Et acceſſerūt: & ſuſcitauerunt eum dicētes. Domine: ſalua nos, perimus. Et dicit illis. Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis & mari: & facta eſt tranquillitas magna. Porrò homines mirati ſunt dicentes. Qualis eſt hic: q̄a venti & mare obediunt ei? Offert. Dextera domini fecit virtutem: dextera dn̄i exaltauit me. Non moriar, ſed viuam: & narrabo opera domini. Sacra.

COncede quęſumus omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatum, fragilitatem noſtrā ab omni malo purget ſemper & muniat. Per. Commu. Mirabantur omnes: de his quæ procedebant de ore dei. Poſt commu.

MVnera tua nos Deus & à delectationibus terrenis expediāt, & cæleſtibus ſemper inſtruāt alimētis. Per dn̄m.

Dominica quinta poſt epiphaniam. Officium.

ADorate dn̄m omnes angeli eius: audiuit & lætata eſt Sion: & exultauerunt filiæ Iudę. ℣. Dominus regnauit exultet terra: lætentur inſulæ multæ. Oratio.

FAmiliam tuā quæſumus domine continua pietate cuſtodi: vt quæ in ſola ſpe gratiæ cæleſtis innititur, tua ſemper protectione muniatᷣ. Per.

¶ Ad Coloſſenſes. Cap. iij.

FRatres: Induite vos ſicut electi dei, ſancti, & dilecti: viſcera miſericordiæ, benignitatē.

gnitatem. Humilitatem, modeſtiam,patientiam: ſupportātes inuicem:condonantes vobiſmetipſis: ſiquis aduerſus aliquem habet querelam:ſicut& deus donauit vobis: ita & vos. Super omnia autem hęc charitatem habentes: quod eſt vinculū perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris: in quam & vocati eſtis, in vno corpore, & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter: in omni ſapiētia. Docentes,& cōmonentes voſmetipſos: pſalmis hymnis & canticis ſpiritualibus:in gratia cantantes:& pſallentes in cordibus veſtris domino. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere:omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite. Gratias agentes deo & patri: per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum. ℟. Timebunt gentes nomen tuū domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. ℣. Quoniam ædificauit dominus Sion: & videbitur in maieſtate ſua. A lľa. ℣. Dominus regnauit exultet terra:lætentur inſulæ multæ. ℣. Mirabantur omnes: de his quæ procedebant de ore eius. ¶ Euāgeliū ſecundum Matthæū. Cap.xj.

IN illo tēpore: Reſpondens dominus Ieſus:dixit. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neque patrem quis nouit niſi filius: & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meū ſuper vos: & diſcite à me: quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt: & onus meum leue. Offerto. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Non moriar, ſed viuam:& narrabo opera domini. Sacra.

HOſtias tibi domine placationis offerimus: vt & delicta noſtra miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas.

gas. Per dominum. Commu. Mirabantur omnes de his quę procedebant de ore dei. Poſt cõmu.

QVæſumus omnipotens deus: vt illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus. Per dominum.

¶ Feria.iiij. Ad Romanos.c.v.

FRatres: Sicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem: ſic & per vnius iuſtitiã in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobediẽtiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obedientiam: iuſti cõſtituentur multi. Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictũ: vbi autem abundauit delictũ: ſuperabundauit & gratia. Vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam: per Ieſum Chriſtum dñm noſtrũ.

¶ Euãgel. ſecũdum Lucã.c.ix.

IN illo tempore: Factum eſt ambulantibus illis in viã: dixit quidam ad dñm Ieſum. Sequar te quocunq; ieris. Et ait illi Ieſus. Vulpes foueas habent: & volucres cæli nidos: filius autẽ hominis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet. Ait autẽ ad alterũ. Sequere me. Ille autem dixit. Dñe: permitte mihi primũ ire: & ſepelire patrẽ meũ. Dixitq; ei Ieſus. Sine vt mortui ſepeliãt mortuos ſuos: tu autẽ vade & annũtia regnũ dei. Et ait alter. Sequar te quocũq; ieris: ſed primũ permitte mihi renuntiare his qui domi ſunt. Ait ad illũ Ieſus. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro: aptus eſt regno dei.

¶ Feria.vj. Euangelium ſecundũ Marcum. Cap.x.

IN illo tempore. Offerebant dño Ieſu paruulos: vt tangeret illos: diſcipuli autẽ cõminabãtur offerentibus. Quos cũ vidiſſet Ieſus: indignè tulit: & ait illis. Sinite paruulos venire ad me: & ne ꝓhibueritis eos: taliũ eſt enim regnũ cælorũ. Amen dico vobis: quiſquis nõ receperit regnum dei velut paruulus: nõ intrabit in illud. Et complexans eos: & imponens manus ſuper illos: benedicebat eos.

¶ Dñica

Dñica.vj.poſt epiphaniam, ne ſit vlla dominica vacans. Ad miſ. mai. Officiũ.

ADorate dominũ omnes angeli eius: audiuit & lætata eſt Siõ: & exultauerunt filię Iudæ. ℣. Dñs regnauit exultet terra: lætentur inſulæ multæ. Orõ.

COnſerua populum tuũ deus: & tuo nomini fac deuotum: vt diuinis ſubiectus officijs, & temporalia vtiliter agat: & æterna feliciter bona percipiat. Per dominum ¶ Ad Romanos. Cap.xvj.

FRatres: Rogo vos: vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula (præter doctrinam quam vos didiciſtis) faciũt: & declinate ab illis. Huiuſmodi enim Chriſto domino noſtro non ſeruiunt: ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones: ſeducũt corda innocentium. Veſtra enim obedientia in omni loco diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis: ſed volo vos ſapiẽtes eſſe in bono: & ſimplices in malo. Deus autem pacis conterat ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum amen.

℟. Timebunt gentes nomen tuũ domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. ℣. Quoniam ædificauit dominus Sion: & videbitur in maieſtate ſua. Alla. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur inſulæ multæ. ¶ Euangelium ſecundum Matthæum. xiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile factum eſt regnum cælorum homini: qui ſeminauit bonum ſemẽ in agro ſuo. Cũ autem dormirẽt homines: venit inimicus eius: & ſuperſeminauit zizania in medio tritici: & abijt. Cùm autem creuiſſet herba: & fructũ feciſſet: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patrisfamilias: dixerunt ei. Domine, nonne bonum ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerũt ei. Vis imus: & colligimus ea? Et ait. Non.

Ne

Ne fortè colligentes zizania: eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem: & in tempore meſsis dicã meſſoribus. Colligite primũ zizania: & alligate ea in faſciculos ad comburendum: triticum autẽ congregate: in horreum meum. Offert. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me. Nõ moriar ſed viuam & narrabo opera dñi. Sacra.

HÆc nos oblatio quæſumus domine emundet ſemper & renouet: gubernet, & protegat. Per. Cõmu. Mirabantur omnes de his quæ procedebant de ore dei. Poſt cõmu.

CÆleſtibus domine paſti delicijs: quæſumus: vt eadem ſemper per quę veraciter viuimus: appetamus. Per.

Dominica in. lxx.

Ab hinc vſq; ad vigil. paſchæ non dicitur Gloria in excelſis. in miſsis de tempore iſto. Ab hinc vſq; in cœnam dñi diaconus, & ſubdiaconus induũt palia diebus dñicis & feſtis. xij. lect. & .ij. in cap. in miſsis verò de. iiij. in cap. more ſolito veſtiuntur. ¶ Ad miſſam. Statio ad ſanctũ Laurẽtiũ. Officium.

CIrcundederunt me gemitus mortis: dolores inferni circundederunt me. Et in tribulatione mea inuocaui dominum: & exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam. ℣. Diligã te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Oro.

PReces populi tui quæſumus dñe clementer exaudi: vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per dominum.

¶ Ad Corinthios. j. Capite. ix.

FRatres: Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio currunt: omnes quidẽ currũt: ſed vnus accipit brauium? Sic currite: vt cõprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit: ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidẽ vt corruptibilem coronam accipiãt: nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro: nõ quaſi in incertum. Sic pugno: non quaſi

aerem verberans. Sed caſtigo corpus meum & in ſeruitutẽ redigo: ne fortè cùm alijs prædicauerim: ipſe reprobus efficiar. Nolo autem vos ignorare fratres: quoniam patres noſtri, omnes ſub nube fuerunt: & omnes mare tranſierunt: & omnes in Moyſe baptizati ſunt: in nube & in mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt: & omnes eundẽ potum ſpiritalem biberunt. Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. ℟. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Sperent in te qui nouerũt te: quoniam non derelinquis quærentes te domine. ℣. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in æternũ. Exurge domine non præualeat homo. Tractus. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meã: fiant aures tuæ intendentes in orationem ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris dñe: domine quis ſuſtinebit? ℣. Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine.

¶ Euangeliũ ſecundùm Matthæum. Capite. xx.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis: parabolã hanc. Simile eſt regnũ cælorũ homini patrifamilias: qui exijt primo mane cõducere operarios in vineã ſuã. Conuẽtione autẽ facta cũ operarijs ex denario diurno: miſit eos in vineam ſuã. Et egreſſus circa horã tertiam: vidit alios ſtantes in foro otioſos: & dixit illis. Ite & vos in vineam meã: & quod iuſtũ fuerit dabo vobis. Illi autẽ abierunt. Iterum autem exijt circa ſextã & nonam horã: & fecit ſimiliter. Circa vndecimã verò exijt: & inuenit alios ſtantes: & dicit illis. Quid hîc ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei. Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineã meã. Cùm ſero autẽ factum eſſet: dicit dñs vineę procuratori ſuo. Voca operarios: & redde illis mercedẽ: incipiẽs à nouiſsimis vſq; ad primos. Cùm veniſſent ergo qui circa vndecimã horã venerãt: acceperunt ſingulos denarios. Venientes autẽ & primi: arbitrati

trati ſunt ꝙ plus eſſent acceptu
ri: acceperunt autem & ipſi ſin
gulos denarios. Et accipientes
murmurabant aduerſus patrẽ
familias dicẽtes. Hi nouiſsimi
vna hora fecerunt: & pares il-
los nobis feciſti: qui portaui-
mus pondus diei & ęſtus? At il
le reſpõdens vni eorum dixit.
Amice: nõ facio tibi iniuriam.
Nonne ex denario conueniſti
mecum? Tolle quod tuũ eſt: &
vade. Volo autem & huic no-
uiſsimo dare: ſicut & tibi. Aut
non licet mihi: quod volo face
re? An oculus tuus nequã eſt:
quia ego bonus ſum? Sic erunt
nouiſsimi primi: & primi no-
uiſsimi. Multi enim ſunt voca
ti: pauci verò electi. Offer. Bo-
num eſt confiteri domino: & pſal-
lere nomini tuo altiſsimè. Sacra.

MVneribus noſtris quæ-
ſumus dñe precibuſq;
ſuſceptis: & cæleſtibus nos mũ
da myſterijs: & clementer ex-
audi. Per. Commu. Illumina fa
ciem tuam ſuper ſeruum tuum: &
ſaluum me fac in tua miſericordia
domine: non confundar quoniam
inuocaui te. Poſt commu.

FIdeles tui deus per tua do
da firmentur: vt eadem &
percipiẽdo requirant, & quęrẽ
do ſine fine percipiant. Per.

¶ Feria.iiij. Ad Hebręos. c.iiij.

FRatres: Feſtinemus ingre-
di in illam requiem: vt ne
in idipſum quis incidat incre-
dulitatis exemplum. Viuus eſt
enim ſermo dei & efficax: & pe
netrabilior omni gladio anci-
piti: & pertingens vſq; ad diui-
ſionẽ animæ & ſpiritus. Cõpa-
gum quoque & medullarũ: &
diſcretor cogitationũ & inten
tionũ cordis: & nõ eſt vlla crea
tura inuiſibilis in cõſpectu eiꝰ.
Omnia autem nuda & aperta
ſunt oculis eius: ad quẽ nobis
ſermo. Habentes ergo pontifi
cem magnum qui penetrauit
cælos Ieſum filium dei: tenea-
mus ſpei noſtræ cõfeſsionem.
Non enim habemus pontificẽ
qui non poſsit cõpati infirmi-
tatibus noſtris: tẽtatum autem
per omnia: pro ſimilitudine
abſque peccato. Adeamus er-
go cum fiducia ad thronum
gratiæ eius: vt miſericordiam
cõſequamur: & gratiã inueniã

mus in auxilio opportuno:per
Ieſum Chriſtũ dñm noſtrum.

¶Euáge.ſecundũ Marcũ.c.ix.

IN illo tẽpore: Egreſſus dñs
Ieſus ibat per Galilæam: ne
que volebat quẽquã ſcire.Do-
cebat autẽ diſcipulos ſuos: &
dicebat eis.Quoniam filius ho
minis tradetur in manus ho-
minũ:& occidẽt eum:& occi-
ſus,tertia die reſurget.At illi ig
norabant verbum: & timebãt
eum interrogare.Et venerunt
Capharnaũ.Qui cùm domi eſ
ſent:interrogabat eos.Quid in
via tractabatis? At illi tacebãt.
Siquidem inter ſe in via diſpu
tauerãt:quis eſſet illorũ maior.
Et reſpondens vocauit duode
cim: & ait illis. Si quis vult in-
ter vos primus eſſe:erit omniũ
nouiſsimus:& omnium mini-
ſter. Et accipiens puerum: ſta-
tuit eum in medio eorũ. Quẽ
cũ cõplexus eſſet: ait illis.Quiſ
quis vnum ex huiuſmodi pue
ris receperit in nomine meo:
me recipit.Et quicunq; me ſu-
ſceperit: non me ſuſcipit: ſed
eum qui me miſit. Qui habet
aures audiendi audiat.

¶Fer.vj.Secũdùm Lucã. c.ix.

IN illo tempore:Factum eſt
dum complerentur dies aſ-
ſumptionis dñi Ieſu: & ipſe fa-
ciem ſuã firmauit:vt iret in Ie-
ruſalem.Et miſit nuntios: ante
conſpectum ſuum.Et eũtes in
trauerunt in ciuitatem Sama-
ritanorum: vt pararent illi. Et
non receperunt eum: quia fa-
cies eius erat euntis in Ieruſa-
lem. Cùm vidiſſent autem di-
ſcipuli eius Iacobus & Ioãnes:
dixerũt. Domine: vis dicimus
vt ignis deſcendat de cælo: &
conſumat illos? Et conuerſus:
increpauit illos dicens. Neſci-
tis cuius ſpiritus eſtis. Filius ho
minis non venit animas perde
re: ſed ſaluare. Et abierunt: in
aliud caſtellum.

Dominica in.lx.

Statio ad ſanctũ Paulũ. Offm̃.

EXurge:quare obdor
mis domine?exurge
& ne repellas in fi-
nem: quare faciem
tuam auertis:obliuiſceris tribulatio
nem noſtram?adhæſit in terra vẽ-
ter noſter: exurge domine adiuua
nos:

nos:& libera nos. ℣.Deus auribus noſtris audiuimus:patres noſtri annuntiauerunt nobis. Oratio.

DEus qui cõſpicis quia ex nulla noſtra actione cõfidimus:cõcede ꝓpitius, vt cõtra aduerſa oĩa: doctoris gentiũ protectiõe muniamur.Per.

¶ Ad Corinthios. ij. Cap.xj.

FRatres.Libẽter ſuffertis inſipientes: cùm ſitis ipſi ſapientes.Suſtinetis enim:ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit.Si quis deuorat : ſi quis accipit: ſi quis extollitur:ſi quis in faciem vos cædit.Secundum ignobilitatẽ dico : quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet:(in inſipientia dico:) audeo&ego.Hebręi ſunt:&ego. Iſraelitæ ſunt : & ego. Semen Abrahæ ſunt:& ego. Miniſtri Chriſti ſunt:& ego. Vt minus ſapiens dico:plus ego. In laboribus plurimis : in carceribus abũdãtiùs:in plagis ſupra modum: in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum: ſemel lapidatus ſum:ter naufragiũ feci. Nocte ac die: in profundo maris fui. In itineribus ſępè. Periculis fluminũ:periculis latronum:periculis ex genere: periculis ex gẽtibus:periculis in ciuitate: periculis in ſolitudine: periculis in mari:periculis in falſis fratribꝰ. In labore &ęrumna:in vigilijs multis. In fame & ſiti: in ieiunijs multis:in frigore &nuditate. Præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtãtia mea quotidiana: ſolicitudo omniũ eccleſiarũ. Quis infirmatur: & ego nõ infirmor? Quis ſcandalizatur: & ego non vror?Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.Deus & pater domini mei Ieſu Chriſti ſcit: qui eſt benedictus in ſecula: ꝙ nõ mẽtior.Damaſci præpoſitus gentis Aretæ regis:cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorũ vt me cõprehenderet:& per feneſtrã in ſporta dimiſſus ſum per murũ: & ſic effugi manus eius. Si gloriari oportet: non expedit quidẽ. Veniã autẽ ad viſiones & reuelationes dñi.Scio hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim:ſiue incorpore ſiue

extra corpus,neſcio, deus ſcit, raptum huiuſmodi vſq; ad tertium cælum. Et ſcio huiuſmodi hominẽ:ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio, deus ſcit: quoniam raptus eſt in paradiſum: & audiuit arcana verba: quę nõ licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor: pro me autem nihil:niſi in infirmitatibus meis. Nã & ſi voluero gloriari: nõ ero inſipiens: veritatẽ enim dicã. Parco autẽ: ne quis me exiſtimet:ſupra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me:datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ : vt me colaphizet. Propter quod ter dominũ rogaui: vt diſcederet à me: & dixit mihi. Sufficit tibi gr̃a mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chriſti. ℟. Sciant gentes quoniam nomẽ tibi deus:tu ſolus altiſsimus ſuper omnem terrã. ℣. Deus meus pone illos vt rotã: & ſicut ſtipulã ante faciem venti. Tractus. Cõmouiſti dñe terram: & cõturbaſti eam. ℣. Sana contritiones eius:quia cõmota eſt. ℣. Vt fugiãt à facie arcus: vt liberentur dilecti tui. ¶ Euangeliũ ſecundùm Lucã. Cap. viij.

IN illo tempore: Cùm turba plurima cõueniret: & de ciuitatibus properarẽt ad dominum Ieſum: dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat:ſeminare ſemen ſuũ. Et dum ſeminat:aliud cecidit ſecus viam, & conculcatũ eſt:& volucres cęli comederũt illud. Et aliud cecidit ſupra petram: & natum aruit:quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas: & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam:& ortum fecit fructum centuplum. Hęc dicẽs clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabãt autem eum diſcipuli eius: quæ eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei:cęteris autem in parabolis: vt videntes non videant: & audientes non intelligant. Eſt autem hæc parabola. Semen eſt verbum

bum dei. Qui autem ſecus viã: hi ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus: & tollit verbum de corde eorum: ne credentes ſalui fiant. Nam qui ſupra petrã: hi ſunt qui cùm audierint: cum gaudio ſuſcipiunt verbũ. Et hi radices non habent: quia ad tempus credunt: & in tẽpore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinis cecidit: hi ſunt qui audiunt: & à ſolicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur: & nõ referũt fructum. Quod autem in bonam terrã: hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinẽt: & fructum afferunt in patientia. Offertorium. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea. Inclina aurem tuã: & exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te domine. Sacra.

OBlatum tibi domine ſacrificium: viuificet nos ſemper & muniat. Per dñm.

Communio. Introibo ad altare dei: ad deum qui lætificat iuuentutem meam. Poſt communio.

SVpplices te rogamus omnipotẽs deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominũ.

¶ Feria.iiij. Ad Hebręos. c.xij.

FRatres: Recogitate dñm Ieſum Chriſtũ: qualem ſuſtinuit à peccatorib⁹ aduerſus ſemetipſum cõtradictionẽ: vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Nondũ enim vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes: & obliti eſtis conſolationis: quæ vos tanquam filijs loquitur dicens. Fili mi noli negligere diſciplinã dñi: neq; fatigeris dũ ab eo argueris. Quem enim diligit dñs caſtigat: flagellat autem omnẽ filiũ quem recipit. In diſciplina perſeuerate: tanquã filijs vobis offert ſe deus. Quis enim filius: quem nõ corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinã eſtis: cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri: & non filij eſtis. Deinde patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores: & reuerebamur eos. Nonne multo-

magis obtemperabimus patri ſpirituum:& viuemus? ¶ Euangeliũ ſecũdùm Mattheũ.c.xij.

IN illo tẽpore. Dixit dñs Ieſus phariſæis. Qui nõ eſt mecum, contra me eſt. Et qui nõ congregat mecũ: ſpargit. Ideo dico vobis: omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Et quicũque dixerit verbum contra filiũ hominis: remittetur ei. Qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctũ: non remittetur ei: neq; in hoc ſeculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam: & fructũ eius malum. Si quidem ex fructu arbor cognoſcitur. Progenies viperarum: quomodo poteſtis bona loqui: cùm ſitis mali? Ex abũdantia enim cordis: os loquitur. Bonus homo: de bono theſauro profert bona. Et malus homo: de malo theſauro profert mala. Dico autẽ vobis: quoniam omne verbũ otioſum quod locuti fuerint homines: reddẽt rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enĩ tuis iuſtificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Lucam. Cap. xvij.

IN illo tempore. Interrogatus dominus Ieſus à phariſæis, quãdo venit regnum dei: reſpõdit eis & dixit. Nõ venit regnũ dei cum obſeruatione: nec dicẽt, ecce hic: aut ecce illîc. Ecce enim regnum dei intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient dies: quando deſyderetis videre vnum diem filij hominis: & nõ videbitis. Et dicent vobis: ecce hic, & ecce illîc. Nolite ire: neq; ſectemini. Nã ſicut fulgur coruſcans ſub cælo: in ea quæ ſub cælo ſunt fulget: ita erit filius hominis in die ſua. Primũ autẽ oportet illũ multa pati: & reprobari à generatione hac. Et ſicut factum eſt in diebus Noe: ita erit in diebus filij hominis. Edebãt & bibebãt: vxores ducebãt: & dabãtur ad nuptias: vſq; in diẽ qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium: & omnes perdidit. Similiter ſicut factum eſt in

in diebus Lot : edebāt & bibebant : emebant & vendebant: plantabant & ædificabāt. Qua die autem exijt Lot à Sodomis:pluit ignem & ſulphur de cælo:& omnes perdidit. Secundùm hæc erit: qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora: qui fuerit in tecto : & vaſa eius in domo: ne deſcendat tollere illa. Et qui in agro: ſimiliter nō redeat retro. Memores eſtote vxoris Lot. Quicunq; quæſierit animā ſuam ſaluam facere: perdet illam : & quicunq; perdiderit illam: viuificabit illam. Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus aſſumetur : & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in vnū:vna aſſumetur: & altera relinquetur. Duo erunt in agro : vnus aſſumetur:& alter relinquetur. Reſpondentes dicunt ei. Vbi domine? Qui dixit eis. Vbicunq; fuerit corpus : illuc congregabuntur & aquilæ.

Dñica in Quinquageſima. Statio ad ſanctum Petrum. Officium.

ESto mihi in deū protectorem & in locū refugij : vt ſaluū me facias: quoniam firmamentū meum & refugiū meum es tu:& propter nomen tuū dux mihi eris:& enutries me. ℣. In te dñe ſperaui: non confundar in æternū: in iuſtitia tua libera me. Oratio.

PReces noſtras quæſumus domine clementer exaudi : atq; à peccatorum vinculis abſolutos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per dominum.

¶ Ad Corinthios.j. Cap.xiij.

FRatres: Si linguis hominū loquar & angelorum:charitatem autem non habeam:factus ſum velut æs ſonans: aut cymbalū tinniens. Et ſi habuero prophetiā: & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam:& habuero omnem fidē, ita vt mōtes transferam:charitatem autem non habuero: nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperū omnes facultates meas : & ſi tradidero corpus meū ita vt ardeam:charitatem autem nō habuero: nihil mihi prodeſt. Charitas patiēs eſt, be-

nigna eſt.Charitas non æmula tur:non agit perperam.Nõ inflatur: non eſt ambicioſa: non quęrit quæ ſua ſunt. Non irritatur : non cogitat malum : non gaudet ſuper iniquitate:cõgaudet autem veritati.Omnia ſuffert : omnia credit: omnia ſperat : omnia ſuſtinet . Charitas nunquam excidit: ſiue prophetiæ euacuabuntur : ſiue linguæ ceſſabunt:ſiue ſcientia deſtruetur . Ex parte enim cognoſcimus:& ex parte prophetamus Cùm autem venerit quod perfectũ eſt: euacuabitur quod ex parte eſt.Cũ eſſem paruulus:loquebar vt paruulus: ſapiebã vt paruulus: cogitabam vt paruulus.Quãdo autẽ factus ſum vir: euacuaui quę erant paruuli. Videmus nũc per ſpeculũ in ęnigmate:tunc autẽ facie ad faciẽ. Nunc cognoſco ex parte : tũc autẽ cognoſcã : ſicut & cognitus ſum.Nunc autẽ manẽt ſpes fides charitas : tria hæc. Maior autẽ horũ: eſt charitas. ℟. Tu es deꝰ:qui facis mirabilia ſolus. Notam feciſti in gentibus virtutẽ tuã. ℣. Liberaſti in brachio tuo populũ tuũ:filios Iſrael & Ioſeph. Tractꝰ. Iubilate deo omnis terra : ſeruite domino in lætitia . ℣. Intrate in cõſpectu eius in exultatione. ℣. Scitote:quoniã dñs ipſe eſt deus.℣. Ipſe fecit nos: & nõ ipſi nos:nos autẽ populus eius:& oues paſcuę eius.

¶ Euãg.ſecundũ Lucã. c.xviij.

IN illo tempore : Aſſumpſit dominus Ieſus duodecim diſcipulos ſuos : & ait illis . Ecce aſcendimus Ieroſolymam : & conſummabuntur omnia quę ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gẽtibus:& illudetur & flagellabitur:& cõſpuetur. Et poſtquam flagellauerint:occidẽt eum: & die tertia reſurget . Et ipſi nihil horum intellexerũt:& erat verbum iſtud abſcõditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. Factum eſt autem : cũ appropinquaret Iericho : cæcus quidã ſedebat ſecus viam mendicans.Et cùm audiret turbam prætereuntem: interrogabat,quid hoc eſſet. Dixerũt autẽ ei:ꝙ Ieſus Nazarenus tranſiret.Et clamauit dicens . Ieſu fili Dauid:miſerere mei.Et ꝗ præibant:

ibant:increpabãt eum vt tacere. Ipſe verò multo magis clamabat:miſerere mei fili Dauid. Stãs autẽ: iuſsit illũ adduci ad ſe. Et cũ appropinquaſſet:interrogauit illũ dicẽs. Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Dñe: vt videã. Et Ieſus dixit illi. Reſpice: fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit: & ſequebatur illũ magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit:dedit laudẽ deo. Offertorium. Benedictus es domine:doce me iuſtificationes tuas: in labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. Sacra.

HÆc hoſtia quęſumus domine emũdet noſtra delicta:& ad ſacrificium celebrãdum: ſubditorum tibi corpora menteſque ſanctificet. Per. Communio. Manducauerunt & ſaturati ſunt nimis: & deſiderium eorum attulit eis dñs: non ſunt fraudati à deſyderio ſuo. Poſt cõmu.

QVæſumus omnipotens de⁹:vt qui cæleſtia alimẽta percepimus:ꝑ hęc cõtra oĩa aduerſa muniamur. Per.

¶ Fer.iiij.in capite ieiunij. Poſt ſextam induantur miniſtri altaris:& redeant ad chorum:& terminata oratione dñica, factoq; ſigno ab abbate, imponitur à cãtore Añ. Exaudi nos dñe quoniã benigna eſt miſericordia tua. Secundùm multitudinem miſerationũ tuarum reſpice nos dñe. ℣. Saluum me fac deus: quoniã intrauerunt aquæ, vſq; ad animam meam. Gloria patri. Deinde repetatur añ. Pòſt dicatur. ℣. Oſtẽde nobis dñe. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos. p̃s. Deus miſereatur. ℣. Et veniat. Dominus vobiſcum. Oratio.

COncede nobis domine quæſumus præſidia militiæ chriſtianæ ſanctis inchoare ieiunijs:vt contra ſpirituales nequitias pugnaturi, cõtinentiæ muniamur auxilijs. Per.

¶ Inde benedicantur cineres ſuper analogiũ per Abbatem: & ſi ipſe non poterit:alius cum alba & ſtola & capa: diacono alba induto & tenẽte crucem benedicat: quos cineres ante hoc ſacriſta paratos habere debet ex ramis quos in feſto ramis palmarum ad hoc cuſtodiuit:

uit:& benedicũtur cũ hac oratione.Benedictio cineris. Dñs vobiſcum. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui miſereris omnium,& nihil odiſti eorũ quæ feciſti: diſsimulans peccata hominum propter pœnitentiam, qui etiã ſubuenis in neceſsitate laborantibus:bene ✠ dicere & ſanctifi ✠ care digneris hos cineres, quos cauſa humilitatis & religionis: ad emundãda delicta noſtra ſuper capita noſtra nos ferre voluiſti more Niniuitarum, & da per inuocationẽ tui nominis: vt omnes qui eos ad deprecandam miſericordiã tuã ſuper ſua capita tulerint, à te mereantur omniũ delictorũ ſuorũ veniã conſequi:& hodie ſic ieiunia inchoare: vt in die reſurrectionis purificatis mentibus ad ſanctum mereantur accedere paſcha: & in futuro perpetuam accipere gloriam.Per.

Alia oratio ad benedicendum cineres,non tamen dicãtur ambæ:ſed vna earum ſufficit.

DEus qui nõ mortem, ſed pœnitentiam deſyderas peccatorum:fragilitatem cõditionis humanæ benignisſime reſpice,& hos cineres quos cauſa humilitatis præferendæ:atq; promerendæ veniæ capitibus noſtris imponi decreuimus,bene ✠ dicere & ſanctifi ✠ care tua pietate digneris, vt nos qui cinerẽ eſſe,& ob prauitatis nr̃ę meritũ in puluerem reuerſuros cognoſcim⁹,peccatorũ omniũ veniam,& præmia pœnitentibus repromiſſa miſericorditer cõſequi mereamur. Per dñm.

Inde finita benedictione: qui benedixit aſpergit aqua benedicta cineres: poſtea aſcẽdit in gradum altaris: & vertit ſe ad chorum: & accedũt monachi per ordinẽ à maioribus incipiẽdo:& imponit cineres ſuper capita eorum.Et vnicuiq; dũ imponit: hæc verba dicit faciẽdo ſignum crucis cum cinere.

Accipe cinis cinerem: quia cinis es: & in cinerem reuerteris.

Alia impoſitio cineris. Memento homo quia puluis es: & in puluerẽ reuerteris. Et is cui cinerẽ imponit Abbas: eius manum oſculatur: & ab acolyto

aqua

aqua benedicta aſpergitur ſuper caput eius. Et interim dum imponũtur cineres: hæ añæ cãtantur. Immutemus habitum in cinere & cilicio: ieiunemus & ploremus ante dñm: quia multum miſericors eſt vt dimittat peccata noſtra deus noſter. Alia. Iuxta veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes: & leuitæ miniſtri domini dicẽtes. Parce dñe parce populo tuo: & ne diſsipes ora clamantiũ ad te dñe. Abbati tamen per priorem cinis imponetur: vel ſi ipſe non fuerit præſens per ſuppriorem, vel vnum de ſenioribus. Et ſic intelligas de quocunq; imponenti cineres. Deinde fiat proceſsio ad beatam Mariam diacono cũ cruce præeunte cum vna añ. eiuſdem beatæ Mariæ: quam cantor impoſuerit, qua finita dicitur. ℣. Poſt partũ. Oratio ſine Dominus vobiſcum.

FAmulorum tuorum quæſumus dñe delictis ignoſce, vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus: genitricis filij tui domini noſtri interceſsione ſaluemur. Per eun. Qua finita: conuentus flectit genua: & dicit. p̃s. Lauda anima mea. finiẽdo cũ Requiem ęternã. ℣. A porta inferi. Oro.

DEus cui' miſeratione animæ fideliũ requieſcunt, famulis & famulab' tuis omnibus hîc & vbiq; in Chr̃o quieſcentibus da propitius veniam peccatorum: vt à cũctis reatib' abſoluti: tecum ſine fine lætentur. Per eundem. Poſt hæc duo monachi, quibus cantor ſignũ fecerit: ſtantes in medio chori incipiant litaniã. Et cùm in ea dicitur. Sancte Michael. conuentus egreditur ad clauſtrũ: & cũ finita proceſsione ad chorũ redierint: prædicti duo monachi ad analogium ſtantes litaniam finiant. ¶ Statio ad ſanctam Sabinam. Officium.

MIſereris omniũ domine: & nihil odiſti eorũ quæ feciſti: diſſimulãs peccata hominũ propter pœnitentiã & parcẽs illis: quia tu es dñs deus noſter. ℣. Miſerere mei de': miſerere mei: quoniam in te cõfidit anima mea. ¶ Et ſciendũ, q; per totam. xl. induitur Acolytus veſte alba,

quam

quam vocant Roquetē, ſiue dicatur miſſa de ieiunio ſiue de feſto: & in dominicis & feſtis xij.lectio.& .ij.in cap. induantur cum mātellis.In diebus verò ferialibus ſolum cum albis.

¶ Notandum q̄ per totam.xl. in diebus ferialibus ante primā orationē poſt Oremus, dicitur Flectamus. Deinde ſequit̄ oro.

PRæſta dñe fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda ſolennia,& congrua pietate ſuſcipiant: & ſecura deuotione percurrant. Per dominum.

¶ Lectio Iohelis prophe. ca.ij.

HÆc dicit dominus deus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro:in ieiunio & fletu,&planctu:& ſcindite corda veſtra:& non veſtimēta veſtra. Et conuertimini ad dominum deum veſtrū: quia benignus & miſericors eſt: patiens & multæ miſericordiæ: præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi cōuertatur & ignoſcat,& relinquat poſt ſe benedictionem:ſacrificium & libamen dño deo noſtro?Canite tuba in Siō: ſanctificate ieiuniū: vocate cœtū: congregate populum: ſanctificate eccleſiam. Coadunate ſenes:congregate paruulos & ſugentes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: & ſponſa de thalamo ſuo.Inter veſtibulum & altare plorabūt ſacerdotes: miniſtri domini dicentes. Parce dñe parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuā in opprobrium: vt dominētur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi eſt deus eorum? Zelatus eſt dominus ſuper terrā ſuam: & pepercit populo ſuo.Et reſpondit dn̄s:& dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumentum & vinum & oleū: & replebimini in eis:& nō dabo vos vltrà opprobriū in gentibus. Dicit dn̄s omnipotēs. ℟ Miſerere mei deus: miſerere mei:quoniā in te cōfidit anima mea. ℣. Miſit de cęlo& liberauit me:dedit in opprobrium cōculcantes me. Tractus.

Dñe nō ſecundū peccata nr̄a facias nobis: neq; ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣ Dñe ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarum: citò anticipent nos miſericordię tuæ: quia pauperes facti ſumus

mus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter:& propter gloriā nominis tui libera nos:& propiti⁹eſto peccatis nr̄is propter nomē tuum.

¶ Euāge.ſcd̄m Matthæū. c.vj.

IN illo tempore:Dixit dn̄s Ieſus diſcipulis ſuis. Cùm ieiunatis: nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exterminát enim facies ſuas: vt appareant hominibus ieiunantes. Amē dico vobis : quia receperunt mercedē ſuam. Tu autem cū ieiunas:vnge caput tuum : & faciem tuā laua: ne videaris hominibus ieiunās:ſed patri tuo qui eſt in abſconſo : & pater tuus qui videt in abſcōſo : reddet tibi.Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra:vbi ærugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autē vobis theſauros in cælo:vbi neque ærugo, neque tinea demolitur : & vbi fures non effodiūt neq; furantur . Vbi eſt theſaurus tuus :ibi eſt & cor tuum.

Offertorium. Exaltabo te domine: quoniā ſuſcepiſti me:nec delectaſti inimicos meos ſup me. Dn̄e clamaui ad te:& ſanaſti me. Sacra.

FAc nos queſumus dn̄e his muneribus offerendis cōuenienter aptari: quibus ipſius venerabilis ſacramēti celebramus exordiū.Per. Præfatio.

QVi corporali ieiunio vitia comprimis:mentem eleuas: virtutem largiris & præmia.Per Chriſtum dn̄m noſtrū. Per quē ma Et dicitur per totā xl. diebus tantū ferialibus : vſq; in ſanctā hebdomadā. Cōmu. Qui meditatur in lege dn̄i die ac nocte: dabit fructum ſuum in tempore ſuo. Poſt com.

PErcepta nobis domine prębeant ſacramēta ſubſidiū: vt & tibi grata ſint nr̄a ieiunia, & nobis proficiant ad medelā. Per dominum. Oremus.

¶ Sciendum, quòd peractis tribus orationibus cōſuetis, & dicto Oremus, à ſacerdote antequā dicatur oratio ſuper populum:dicitur à diacono. Humiliate capita veſtra deo. Et hoc in diebus ferialibus tantùm:nā in diebus dominicis & feſtis, xij. lectio.& ſupra, non dicitur oratio ſuper populum, nec Flectamus genua. nec Humiliate

Deinde

Deinde ſequitur oratio : & ſic obſeruatur per totã quadrage.

Super populum. Oratio.

INclinantes ſe domine maieſtati tuæ propitiatus intende:vt qui diuino munere ſunt refecti, cæleſtibus ſemper nutriantur auxilijs. Per dominũ.

¶ Feria quinta. Statio ad ſanctum Georgium. Officium.

DVm clamarẽ ad dominũ:exaudiuit vocem meã: ab his qui appropinquant mihi:& humiliauit eos:qui eſt ante ſecula & manet in æternum. Iacta cogitatũ tuum in dñm: & ipſe te enutriet. ℣ Exaudi orationem meã:& ne deſpexeris deprecationẽ meã: intende mihi & exaudi me. Orõ.

DEus qui culpa offenderis pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice,& flagella tuę iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur auerte. Per dñm

¶ Lectio Eſaię pphe.c.xxxviij.

IN diebꝰ illis:Ægrotauit Ezechias vſq; ad mortem. Et introiuit ad eũ Eſaias filiꝰ Amos, propheta:& dixit ei. Hæc dicit dominus. Diſpone domui tuę: quia morieris tu: & non viues. Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem: & orauit ad dñm:& dixit. Obſecro dñe: memẽto quæſo quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto:& quod bonũ eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factũ eſt verbum dñi ad Eſaiã dicens. Vade : & dic Ezechię. Hęc dicit dñs deus Dauid patris tui. Audiui orationẽ tuam: & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos:& de manu regis Aſſyriorum eruam te, & ciuitatem iſtam : & protegam eam. Dicit dominus omnipotens. ℟. Iacta cogitatum tuum in dominũ:& ipſe te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad dominum: exaudiuit vocem meam: ab his qui appropinquant mihi.

¶ Euangelium ſecũdum Matthęum. Cap.viij.

IN illo tempore: Cũ introiſſet dominus Ieſus Capharnaum:acceſsit ad eum Centurio:rogans eum & dicens. Domine puer meus iacet in domo

mo paralyticus:&malè torquetur.Et ait illi Ieſus . Ego veniã: & curabo eum.Et reſpondens Centurio ait. Domine nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meum : ſed tantùm dic verbo: & ſanabitur puer meus . Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus : habens ſub me milites: & dico huic , vade, & vadit:& alio,veni,& venit : & ſeruo meo,fac hoc,& facit.Audiens autem Ieſus,miratus eſt: & ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis:non inueni tantam fidem in Iſrael.Dico autem vobis:quòd multi ab oriẽte & occidente veniẽt : & recumbent cũ Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum : filij autem regni:eijcientur in tenebras exteriores.Ibi erit fletus:&ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni. Vade : & ſicut credidiſti fiat tibi . Et ſanatus eſt puer: in illa hora . Offertorium. Ad te domine leuaui animam meã: deus meus in te confido nõ erubeſcam: neque irrideant me inimici mei, etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. Sacra.

SAcrificijs præſentibus domine quęſumus intẽde placatus: vt deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti.Per. Cõmunio. Acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ:oblationes & holocauſta ſuper altare tuum domine. Poſt communio.

CÆleſtis doni benedictione percepta:ſupplices te deus omnipotẽs deprecamur: vt hoc idem nobis & ſacramẽti cauſa ſit & ſalutis . Per dñm.

Super populum. Oratio.

PArce domine parce populo tuo : vt dignis flagellationibus caſtigatus , in tua miſeratione reſpiret.Per dñm.

¶Feria. vj. Statio ad ſanctum Ioannem & Paulũ. Officium.

AVdiuit dominus & miſertus eſt mihi:dominus factus eſt adiutor meus. ℣. Exaltabo te domine:quoniã ſuſcepiſti me : nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Oratio.

INchoata ieiunia quęſumus dñe benigno fauore proſequere: vt obſeruantiam quam corporaliter exhibemus, mentibus etiã ſynceris exercere valeamus.

leamus. Per dominum noſtrũ.

¶ Lectio Eſaiæ prophe. c.lviij.

HÆc dicit dñs deus. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuã: & annuntia populo meo ſcelera eorum: & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quę runt: & ſcire vias meas volunt: quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit: & quæ iudicium dei ſui nõ dereliquerit. Rogant me iudicia iuſtitiæ: & appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimus & nõ aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra: & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſq; ad hãc diem: vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nũquid tale eſt ieiunium quod elegi: per diem affligere hominẽ animã ſuã? Nunquid cõtorquere quaſi circulum ſuũ caput: & ſaccũ & cinerem ſternere? Nunquid iſtud vocaui ieiuniũ: & diẽ acceptabilem dño? Nõne magis hoc eſt ieiuniũ quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimẽtes. Dimitte eos qui confracti ſunt, liberos: & omne onus dirumpe. Frãge eſuriẽti panẽ tuũ: & egenos vagoſq; induc in domum tuã. Cũ videris nudũ, operi eũ: & carnem tuã ne deſpexeris. Tũc erũpet quaſi mane lumẽ tuũ: & ſanitas tua citiùs orietur. Et anteibit faciẽ tuam iuſtitia tua: & gl̃ia dñi colliget te. Tũc inuocabis: & dñs exaudiet: clamabis: & dicet, ecce adſum. Quia miſericors ſum: domin' deus tuus. ℟. Vnam petij à dño: hanc requiram: vt inhabitem in domo domini. ℣. Vt videã voluntatẽ dñi: & protegar à tẽplo ſancto eius.

¶ Euange. ſcd̃m Matthæũ. c.v.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Diliges proximũ tuũ: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vr̃os: benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris vr̃i qui in

cælis

cælis eſt: qui ſolē ſuū oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos& iniuſtos.Si enim diligitis eos qui vos diligunt: quam mercedē habebitis?Nō-ne & publicani hoc faciunt?Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tā tùm:quid amplius facitis?Non ne &ethnici hoc faciūt?Eſtote ergo vos perfecti:ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.At tēdite:ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Alioquin: mer cedē non habebitis apud patrē veſtrum:qui in cælis eſt.Cū ergo facis eleemoſynam: noli tu ba canere ante te:ſicut hypocri tæ faciūt in ſynagogis & vicis: vt honorificentur ab hominibus.Amēdico vobis:receperūt mercedē ſuā. Te autē faciente eleemoſynam: neſciat ſiniſtra tua:quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcōſo: & pater tuus qui videt in abſcō ſo reddet tibi.Et cū oratis: non eritis ſicut hypocritę:qui amāt in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare: vt videātur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam. Tu autem cū oraueris: intra cubiculum tuum: & clauſo oſtio ora patrem tuū in abſcōdito. Et pater tuus qui videt in abſconſo: reddet tibi. Offertorium. Domine: viuifica me ſecundùm eloquium tuum: vt ſciam teſtimonia tua. Sacra.

SAcrificium dn̄e quadrageſimalis obſeruantiæ offerimus:præſta quæſumus, vt & tibi mentes noſtras reddat acceptas:& continentiæ promptioris nobis tribuat facultatē. Per. Communio. Seruite domine in timore: & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam: ne pereatis de via iuſta. Poſt cōmu.

SPiritū nobis dn̄e tuæ charitatis infunde: vt quos vno pane cæleſti ſatiaſti, tua facias pietate cōcordes.Per.eiuſdem. Super populum. Oratio.

TVere domine populum tuum:& ab omnibus pec catis clemēter emūda, quia nulla ei nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. Per.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctum Petrum. Officium dominibus

ad ſe pertinētib⁹, exceptis quæ hic ponuntur, fit vt feria .vj. prę cedēti. Audiuit dn̄s.&c. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: & cōcede, vt hoc ſolēne ieiuniū, quod animis corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum eſt: deuoto ſeruitio celebremus. Per do.

¶ Lectio Eſaiæ prophe. c. lviij.

HÆc dicit dominus deus. Si abſtuleris de medio tui catenam: & deſieris digitū tuū extēdere: & loqui quod nō prodeſt: cū effuderis eſurienti animam tuam: & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua: & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Et requiē dabit tibi dominus deus tuus ſemper: & implebit ſplendoribus animam tuā: & oſſa tua liberabit. Et eris quaſi hortus irriguus: & ſicut fons aquarū: cuius non deficient aquę. Et ædificabūtur in te deſerta ſeculorū: fundamēta generationis & generationis ſuſcitabis. Et vocaberis ædificator ſepium: auertēs ſemitas in quietem. Si auerteris à ſabbato pedem tuum: facere voluntatem tuam in die ſancto meo: & vocaueris ſabbatum delicatum & ſanctū domini glorioſum. Et glorificaueris eum, dū non facis vias tuas: & nō inuenitur volūtas tua, vt loquaris ſermonem: tunc delectaberis ſuper domino. Et ſuſtollam te ſuper altitudinē terræ: & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim domini locutum eſt hæc.

¶ Euāge. ſecundū Marcū. c. vj.

IN illo tempore: Cū ſero eſſet: erat nauis in medio mari: & dominus Ieſus ſolus in terra. Et vidit diſcipulos ſuos laborantes in remigādo: erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis: venit ad eos ambulans ſupra mare: & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eū ambulātem ſupra mare: putauerunt phātaſma eſſe: & clamauerūt: omnes enim eum viderunt: & conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis: & dixit illis. Cōfidite: ego ſum: nolite timere. Et aſcēdit ad illos in nauim: & ceſſauit ventus. Et plus magis intra ſe ſtupe-

ſtupebant:non enim intellexe
rant de panibus: erat enim cor
illorum obcæcatum. Et cũ trãſ
fretaſſent: peruenerunt in ter-
ram Genezareth: & applicue-
runt. Cũque egreſsi eſſent de
naui: continuò cognouerunt
eum. Et percurrentes vniuer-
ſam regionem illam cœperũt
in grabbatis eos qui ſe malè ha
bebãt circũferre: vbi audiebãt
eũ eſſe. Et quocunq; introibat:
in vicos & in villas aut in ciui-
tates: in plateis ponebãt infir-
mos: & deprecabãtur eum: vt
vel fimbriam veſtimenti eius
tangerent. Et quotquot tange
bant eum: ſalui fiebant. Sacra.

SVſcipe dñe ſacrificium: cu
ius te voluiſti dignãter im
molatione placari: & præſta
quæſumus: vt huius operatio-
ne mundati, beneplacitum ti-
bi noſtræ mentis offeramus af
fectum. Per dñm. Poſt cõmu.

CÆleſtis vitæ munere ve-
getati quæſumus dñe: vt
quod eſt nobis in præſenti vita
myſterium, fiat æternitatis au-
xilium. Per dominum noſtrũ.
Super populum. Oratio.

DA quæſum' populo tuo
omnipotẽs deus: & ęter
næ ꝓmiſsionis gaudia quęrere,
& quęſita citiùs inuenire. Per.

Dominica prima
in. xl. Statio ad ſanctum Ioan-
nem in Lateranñ. Officium.

INuocauit me: & ego
exaudiã eum: & eri
piam eũ: & glorifica
bo eũ: longitudine
dierũ adimplebo eum. ℣. Qui ha-
bitat in adiutorio altiſsimi: in prote
ctione dei cæli cõmorabitur. Oro.

DEus qui eccleſiam tuam
annua quadrageſimęob
ſeruatione purificas: præſta fa-
miliæ tuæ, vt quod à te obtine-
re abſtinendo nititur: hoc bo-
nis operibus exequatur. Per.

¶ Ad Corinthios.ij. Capite.vj.

FRatres: Hortamur vos: ne
in vacuum gratiam dei re
cipiatis. Ait enim. Tẽpore ac-
cepto exaudiui te: & in die ſa-
lutis adiuui te. Ecce nunc tem-
pus acceptabile: ecce nũc dies
ſalutis. Nemini dãtes vllam of
fenſionem: vt non vituperetur
miniſterium noſtrum. Sed in

omnibus exhibeamus noſmet ipſosſicut dei miniſtros:in multa patiĕtia. In tribulationibus: in neceſsitatibus: in anguſtijs, in plagis:in carceribus,in ſeditionibus:in laboribus, in vigilijs: in ieiunijs, in caſtitate: in ſciĕtia:in longanimitate:in ſuauitate,in ſpiritu ſancto.In charitate non ficta:in verbo veritatis:in virtute dei.Per arma iuſtitiæ: à dextris & à ſiniſtris. Per gloriam & ignobilitatem: per infamiam, & bonam famam: vt ſeductores: & veraces:ſicut qui ignoti: & cogniti. Quaſi morientes:& ecce viuimus. Vt caſtigati:& nõ mortificati.Quaſi triſtes:ſemper autem gaudĕtes. Sicut egentes:multos autĕ locupletantes. Tanquam nihil habentes: & omnia poſsidentes. ℟. Angelis ſuis deus mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te:ne vnquam offendas ad lapidem pedĕ tuũ. Tractus. Qui habitat in adiutorio altiſsimi: in protectione dei cæli commorabitur. ℣. Dicet domino, ſuſceptor meus es:& refugium meum, deus meus: ſperabo in eum. ℣. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantiũ: & à verbo aſpero. ℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis. ℣. Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno. ℣. A ſagitta volãte per diĕ: à negocio perambulante in tenebris:à ruina & dæmonio meridiano. ℣. Cadent à latere tuo mille: & decem millia à dextris tuis: tibi autĕ non appropinquabit. ℣. Quoniam angelis ſuis deus mãdauit de te:vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabũt te: ne vnquam offendas ad lapidem pedĕ tuũ. ℣. Super aſpidĕ & baſiliſcũ ambulabis: & cõculcabis leonĕ & draconĕ. ℣. Quoniã in me ſperauit: liberabo eum: protegam eum: quoniam cognouit nomĕ meum. ℣. Inuocauit me:& ego exaudiam eum:cum ipſo ſum in tribulatione. ℣. Eripiam eum:& glorificabo eũ. ℣. Longitudine dierum adimplebo eũ: & oſtendã illi ſalutare meũ.

Euange. ſcđm Matth. c. iiij.

IN illo tempore: Ductus eſt dñs Ieſus in deſertum à ſpiritu:vt tĕtaretur à diabolo. Et cũ ieiunaſſet quadraginta diebus & qua-

& quadraginta noctib⁹:poſtea
eſurijt.Et accedēs tētator:dixit
ei. Si filius dei es: dic vt lapides
iſti panes fiant. Qui reſpondēs
dixit.Scriptū eſt.Nō in ſolo pa
ne viuit homo:ſed in omni ver
bo quod procedit de ore dei.
Tunc aſſumpſit eum diabolus
in ſanctam ciuitatem:& ſtatuit
eum ſupra pinnaculum tēpli:
& dixit ei. Si filius dei es:mitte
te deorſum:ſcriptum eſt enim.
Quia angelis ſuis mandauit de
te: & in manibus tollent te : ne
fortè offendas ad lapidem pe-
dem tuū. Ait illi Ieſus rurſum.
Scriptum eſt.Non tentabis do
minum deum tuum.Iterum aſ
ſumpſit eum diabolus in mon
tem excelſum valde: & oſten-
dit ei omnia regna mūdi & glo
riā eorū:& dixit illi.Hęc oīa ti-
bi dabo : ſi cadens adoraueris
me. Tunc dicit ei Ieſus. Vade
Satana.Scriptum eſt enim.Do
minū deū tuum adorabis: & il
li ſoli ſeruies.Tūc reliquit eum
diabolus.Et ecce angeli acceſ-
ſerūt:& miniſtrabāt ei. Offert.
Scapulis ſuis obumbrabit tibi dñs:
& ſub pennis eius ſperabis:ſcuto cir-
cundabit te veritas eius. Sacra.

SAcrificium quadrageſima-
lis initij ſolenniter immola
mus : te domine deprecantes,
vt cū epularū reſtrictione car-
nalium: à noxijs quoque volu
ptatibus ieiunemus.Per. Cōio.
Scapulis ſuis obumbrabit tibi:& ſub
pennis eius ſperabis . Scuto circun-
dabit te veritas eius. Poſt cōmu.

TVi nos domine ſacramē-
ti libatio ſancta reſtauret:
& à vetuſtate purgatos, in my
ſterij ſalutaris faciat tranſire cō
ſortium.Per dominum.

¶ Feria.ij. Statio ad ſanctū Pe-
trum ad vincula. Officium.

SIcut oculi ſeruorum
in manibus domino
rū ſuorum: ita oculi
noſtri ad dñm deū
noſtrum: donec miſereatur noſtri.
Miſerere nobis domine : miſerere
nobis. ℣ Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in cælis. Oratio.

COnuerte nos deus ſaluta
ris noſter: & vt nobis ie-
iunium quadrageſimale profi
ciat:mentes noſtras cæleſtibus
inſtrue diſciplinis. Per dñm.

¶ Lect. Ezechi. proph. c.xxxiiij

HÆc dicit dominus deus. Ecce ego ipſe requiram oues meas:& viſitabo eas:ſicut viſitat paſtor gregem ſuum: in die quando fuerit in medio ouium ſuarũ diſsipatarum. Sic viſitabo oues meas:& liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſæ fuerant: in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis: & congregabo eas de terris: & inducam eas in terrá ſuam: & paſcam eas in montibus Iſrael. In riuis & in cunctis ſedibus terræ: in paſcuis vberrimis paſcam eas: & in mõtibus excelſis Iſrael: erunt paſcua earum. Ibi requieſcent in herbis virentibus:& in paſcuis pinguibus paſcentur:ſuper montes Iſrael. Ego paſcam oues meas:& ego accubare eas faciam: dicit dominus deus. Quod perierat requiram: & quod abiectum fuerat reducam: & quod confractũ fuerat alligabo:& quod infirmum fuerat conſolidabo: & quod pingue & forte cuſtodiam:& paſcam eas in iudicio & iuſtitia. Dicit dñs omnipotens. ℟. Protector noſter aſpice deus: & reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum: exaudi preces ſeruorum tuorum.

¶ Euange. ſcd̃m Matth. c. xxv.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Cũ venerit filius hominis in maieſtate ſua:& omnes angeli cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedẽ maieſtatis ſuę. Et cõgregabuntur ante eum omnes gentes: & ſeparabit eos ab inuicẽ: ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidẽ à dextris ſuis:hœdos aũt à ſiniſtris. Tũc dicet rex: his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: poſsidete paratum vobis regnum:à conſtitutione mundi. Eſuriui enim: & dediſtis mihi mãducare. Sitiui: & dediſtis mihi bibere. Hoſpes erã:& collegiſtis me. Nudus: & cooperuiſtis me. Infirm⁹: & viſitaſtis me. In carcere eram:& veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti dicentes. Domine: quando te vidimus eſurientẽ & pauimus:ſitientem:& dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitẽ:& collegimus te? Aut

Aut quando te vidimus infir-mũ,aut in carcere:& venimus ad te? Et reſpondens rex dicet illis. Amen dico vobis:quãdiu feciſtis vni de his fratrib⁹ meis minimis:mihi feciſtis. Tũc di-cet & his qui à ſiniſtris ei⁹ erũt. Diſcedite à me maledicti in ig nem æternum: qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuri-ui enim: & non dediſtis mihi manducare. Sitiui:& nõ dedi-ſtis mihi potum. Hoſpes eram: & non collegiſtis me. Nudus: & non cooperuiſtis me. Infir-mus & in carcere:& non viſita ſtis me. Tunc reſpondebũt ei: & ipſi dicentes. Dñe: quãdo te vidimus eſurientem,aut ſitien tem:aut hoſpitẽ,aut nudũ: aut infirmum vel in carcere: & nõ miniſtrauimus tibi? Tunc re-ſpondebit illis dicens. Amẽ di co vobis: quandiu non feciſtis vni de minoribus his: nec mi-hi feciſtis. Et ibunt hi in ſuppli cium æternũ:iuſti autem in vi-tam æternã. Offer. Leuabo ocu los meos:& conſiderabo mirabilia de lege tua dñe: vt doceas me iuſti tiam tuam. Da mihi intellectũ: vt diſcã mandata tua dñe. Sacra.

MVnera dñe oblata ſan-ctifica:noſque à pecca-torum noſtrorũ maculis emũ da. Per. Cõm. Voce mea ad dñm clamaui: & exaudiuit me de mõte ſancto ſuo. Non timebo millia po-puli:circundantis me. Poſt cõm.

SAlutaris tui dñe munere ſatiati: ſupplices exoram⁹, vt cuius lętamur guſtu:renoue mur effectu. Per dominum.

Super populum. Oratio.

ABſolue quæſumus domi ne noſtrorũ vincula pec catorũ: & quicquid pro eis me remur,propitiatus auerte.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctã Anaſtaſiam. Officium.

DOmine refugiũ fa-ctus es nobis à ge-neratione & proge nie:à ſeculo & in ſe culum tu es. ℣. Priuſq̃ montes fie-rẽt:aut formaretur terra & orbis: à ſeculo & in ſeculũ tu es De⁹. Orõ.

REſpice quęſumus dñe fa-miliam tuã: & præſta: vt apud te mens noſtra tuo deſy-derio fulgeat,quę ſe carnis ma ceratione caſtigat. Per dñm.

¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. c.lv.

IN diebus illis: Locutus eſt Eſaias propheta dicēs. Quærite dominũ dum inueniri poteſt: inuocate eum dum propè eſt. Derelinquat impius viam ſuam: & vir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad dominum, & miſerebitur eius: & ad deum noſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Non enim cogitationes meæ cogitationes veſtræ: neq; viæ meæ viȩ veſtrȩ: dicit dominus. Quia ſicut exaltantur cæli à terra: ſic exaltatæ ſunt viæ meȩ à vijs veſtris: & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber & nix de cælo: & illuc vltrà non reuertitur: ſed inebriat terrã, & infundit eam: & germinare eam facit: & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit verbũ meum quod egredietur de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuũ: ſed faciet quæcũq; volui: & proſperabitur in his ad quæ miſi illud. Dicit dñs omnipotens. ℟. Dirigatur oratio mea: ſicut incenſum in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ. ¶ Euangeliũ ſecũdùm Matthæũ. ca.xxj.

IN illo tẽpore: Cùm introiſſet dominus Ieſus Ieroſolymam: cõmota eſt vniuerſa ciuitas, dicens. Quis eſt hic? Populi autem dicebãt. Hic eſt Ieſus propheta: à Nazareth Galilȩæ. Et intrauit Ieſus in templũ dei: & eijciebat omnes vendẽtes & emẽtes in templo: & mẽſas numulariorum: & cathedras vẽdentiũ columbas euertit: & dixit eis. Scriptũ eſt: quia domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronũ. Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo: & ſanauit eos. Videntes autem principes ſacerdotum & ſcribæ mirabilia quȩ fecit: & pueros clamantes in tẽplo, & dicẽtes: oſanna filio Dauid: indignati ſunt, & dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis. Vtiq;. Nũquã legiſtis: quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ? Et relictis illis, abijt foras in Bethaniam extra ciuitatem: ibiq; manſit.

manſit.Et docebat eos:de regno dei. Offerto. In te ſperaui domine: dixi, tu es deus meus:in manibus tuis tempora mea. Sacra.

O Blatis quæſumus domine placare muneribus: & à cunctis nos defende periculis.Per. Commu. Cùm inuocarem exaudiſti me deus iuſtitiæ meæ:in tribulatione dilataſti mihi.Miſerere mei domine: & exaudi orationem meam. Poſt cõmu.

Q Væſumus omnipotens deus:vt illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc ſancta myſteria pignus accepimus.Qui tecum.

Super populum. Oratio.

A Scendant ad te domine preces noſtræ: & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam.Per dominum.

¶Feria.iiij. in quatuor temporibus. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Officium.

R Eminiſcere miſerationum tuarum domine: & miſericordiæ tuæ quæ à ſeculo ſunt: ne vnquam dominẽtur nobis inimici noſtri. Libera nos deus Iſrael:ex omnibus anguſtijs nr̃is. ℣. Ad te dñe leuaui animã meã: deus meus in te confido: nõ erubeſcam.

¶Sciẽdum quòd in omnibus quatuor tẽporibus feria.iiij. ad primã collectã dicitur Dñs vobiſcum, & ad ſecundam. Oremus.tantũ. Et tamẽ ad ambas dicitur in.xl. Flectamus. Orõ.

P Reces noſtras quæſumus domine clementer exaudi: & contra cuncta nobis aduerſantia,dexteram tuæ maieſtatis extende. Per dominum.

¶Lectio libri Exodi. ca.xxiiij.

I N diebus illis. Dixit dominus ad Moyſen. Aſcẽde ad me in montem,& eſto ibi:daboq; tibi duas tabulas lapideas: & legem ac mandata quę ſcripſi: vt doceas filios Iſrael. Surrexerunt Moyſes:& Ioſue miniſter eius. Aſcendenſq; Moyſes in montem dei: ſenioribus ait. Expectate hîc: donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quæſtionis: referetis ad eos. Cunque aſcendiſſet Moyſes: operuit nubes mõtem : & habitauit gloria domini

ni ſuper Sinai: tegens illum nube ſex diebus. Septimo autem die: vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autẽ ſpecies gloriæ dñi quaſi ignis ardens ſuper verticem mõtis: in conſpectu filiorũ Iſrael. Ingreſſuſq; Moyſes medium nebulę: aſcendit in mõtem. Et fuit ibi quadraginta diebus: & quadraginta noctibus. ℞. Tribulationes cordis mei dilatatæ ſunt: de neceſsitatibus meis eripe me domine. ℣. Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. Oratio.

Deuotionem populi tui queſumus domine benignus intende: vt qui per abſtinentiam maceramur in corpore, per fructum boni operis reficiamur in mente. Per dñm.

¶ Lectio libri Reg. iij .c.xix.

In diebus illis: Venit Elias in Berſabee Iuda: & dimiſit ibi puerum ſuum: & perrexit in deſertum viam vnius diei. Cumq; veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperũ: petiuit animę ſuę vt moreretur: & ait. Sufficit mihi domine: tolle animã meam: neq; enim melior ſum quàm patres mei. Proiecitq; ſe: & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eũ: dixitq; illi. Surge comede. Et reſpexit: & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis: & vas aquæ. Comedit ergo & bibit: & rurſum obdormiuit. Reuerſuſq; eſt angelus domini ſecundò: & tetigit eum: dixitq; illi. Surge comede: grandis enim tibi reſtat via. Qui cũ ſurrexiſſet: comedit & bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius: quadraginta diebus & quadraginta noctibus: vſq; ad montem dei Horeb. Tractus.

De neceſsitatibus meis eripe me domine. Vide humilitatem meã: & laborem meum. Et dimitte omnia peccata mea. p̃. De neceſsitatibus. ℣. Ad te leuaui animã meã: deus meus in te confido non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei. p̃. Vide humilitatem. ℣. Etenim vniuerſi qui te expectãt: nõ confundẽtur. Confundãtur omnes faciẽtes mala. p̃. Et dimitte. Deinde repetatur primus ℣. ſ. De neceſsitatibus. vſq; Ad te leuaui.

¶ Euan-

¶ Euangeliũ ſecundùm Matthæum. Capite. xij.

IN illo tempore: Acceſſerũt ad dominum Ieſum ſcribæ & phariſęi, dicentes. Magiſter: volumus à te ſignum videre. Qui reſpondens, ait illis. Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei: niſi ſignum Ionæ prophetę. Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctib⁹. Viri Niniuitę ſurgent in iudicio cum generatione iſta: & condemnabũt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatiõe Ionæ. Et ecce pluſ quã Ionas hîc. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta: & condẽnabit eam: quia venit à finibus terræ, audire ſapiẽtiam Salomonis. Et ecce pluſquam Salomon hîc. Cũ autem immũdus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida, quærens requiem: & non inuenit. Tũc dicit. Reuertar in domũ meã vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem: ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe: & ingreſsi habitant ibi. Et fiũt nouiſsima hominis illius: peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſsimæ. Adhuc eo loquẽte ad turbas: ecce mater eius, & fratres foris ſtabant: quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui: foris ſtant, quærẽtes te. At ipſe reſpõdens: dicenti ſibi ait. Quæ eſt mater mea: & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea: & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt: ipſe meus frater: & ſoror & mater eſt. Offer. Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mãdata tua: quæ dilexi. Sacra.

HOſtias tibi domine placationis offerimus: vt & delicta noſtra miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per. Cõmu. Intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ rex meus & deus meus: quoniam

niam ad te orabo dñe. Poſt cõm.

TVi dñe quæſumus perce-ptione ſacramẽti: & à no ſtris mundemur occultis: & ab hoſtiũ liberemur inſidijs. Per.

Super populum. Oratio.

MEntes nr̃as quæſumus dñę lumine tuę claritatis illuſtra: vt videre poſsimus quæ agenda ſunt, & quæ recta ſunt agere valeamus. Per do.

¶ Feria quinta. Statio ad ſanctum Laurentium. Officium.

COnfeſsio & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius. ℣. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui in obſeruatione ieiunij & eleemoſynarũ largitione poſuiſti noſtrorum remedia peccatorum, concede nos mente & corpore ſemper tibi eſſe deuotos. Per. ¶ Lectio Ezechielis prophetæ. c.xviij.

IN diebus illis: factus eſt ſermo domini ad me dicens. Quid eſt ꝙ inter vos parabolã vertitis in prouerbiũ iſtud: in terra Iſrael dicentes: patres noſtri comederunt vuam acerbã: & dẽtes filiorum obſtupuerũt? Viuo ego dicit dñs deus: ſi erit vobis vltrà parabola hæc in ꝓuerbium in Iſrael. Eccę omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris: ita & anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit: ipſa morietur. Et vir ſi fuerit iuſtus: & fecerit iudicium & iuſtitiã: in montibus nõ comederit: & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael: & vxorem proximi ſui non violauerit: & ad mulierẽ menſtruatã non acceſſerit: & hominẽ non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem ſuũ eſuriẽti dederit: & nudum operuerit veſtimento: ad vſurã nõ cõmodauerit: & amplius nõ acceperit: ab iniquitate auerterit manũ ſuã: iudiciũ verũ inter virũ & virũ fecerit: in præceptis meis ambulauerit: & iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatẽ: hic iuſtus eſt: vita viuet. Ait dñs omnipotẽs. ℟. Cuſtodi me domine vt pupillã oculi:

oculi:ſub vmbra alarum tuarũ pró tege me. ℣. De vultu tuo iudiciũ meum prodeat: oculi tui videant æquitatem. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Cap.viij.

IN illo tẽpore: Dicebat dñs Ieſus ad eos qui crediderãt ei:ex Iudæis. Si mãſeritis in ſermone meo: verè diſcipuli mei eritis. Et cognoſcetis veritatẽ: & veritas liberabit vos. Reſpõderunt ei. Semen Abrahæ ſumus: & nemini ſeruiuimus vnquã. Quomodo tu dicis: quia liberi eritis? Reſpõdit eis Ieſus. Amen amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum:ſeruus eſt peccati. Seruus autẽ nõ manet in domo in æternum:filius autem manet in æternum. Si ergo filius vos liberauerit:verè liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere: quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrẽ meũ loquor: & vos quod vidiſtis apud patrem veſtrum facitis. Reſpõderunt: & dixerunt ei. Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus. Si filij Abrahę eſtis: opera Abrahæ facite. Nunc autẽ quęritis me interficere: hominem qui veritatem locutus ſum vobis: quam audiui à deo. Hoc Abrahã non fecit: vos autẽ facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaq; ei. Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis Ieſus. Si deus, pater veſter eſſet: diligeretis vtiq; mę: ego enim ex deo proceſsi & veni. Neq; enim à meipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquelam meã nõ cognoſcitis? Quia nõ poteſtis audire ſermonem meum. Vos ex patre diabolo eſtis: & deſyderia patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: & in veritate non ſtetit: quia nõ eſt veritas in eo. Cùm loquitur mẽdacium: ex proprijs loquitur: quia mẽdax eſt: & pater eius. Ego autem quia veritatem dico: non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui eſt ex deo: verba dei audit. Offerto. Immittit angelus domini in circuitu timentium

tiũ eũ:& eripiet eos:guſtate & vi-
dete:quoniã ſuauis eſt dñs. Sacra.

SAcrificia quęſumus domi
ne propenſiùs iſta nos ſal-
uẽt:quę medicinalibus ſunt in
ſtituta ieiunijs.Per. Cõmu. Pa-
nis quem ego dedero:caro mea eſt
pro ſeculi vita. Poſt cõmu.

TVorum nos domine lar-
gitate donorum: & tem-
poralibus attolle præſidijs, &
renoua ſempiternis.Per.

Super populum. Oratio.

DA quæſumus dñe popu
lis Chriſtianis: & quæ
profitentur agnoſcere,& cæle
ſte munus diligere quod fre-
quentant.Per dominum.

¶ Feria ſexta. Statio ad duode
cim apoſtolos. Officium.

DE neceſsitatib' meis
eripe me dñe, vide
humilitatem meam
& laborẽ meũ:& di
mitte omnia peccata mea. ℣. Ad
te dñe leuaui animã meã:deus me'
in te cõfido,nõ erubeſcã. Oratio.

ESto domine propitius ple
bi tuæ:& quã tibi facis eſ-
ſe deuotã,benigno rẽfoue mi-
ſeratus auxilio.Per dominum.

¶ Lectio Ezechielis prophe-
tæ. Capite.xviij.

HÆc dicit dominus deus.
Anima quæ peccauerit:
ipſa morietur. Filius non por-
tabit iniquitatem patris:& pa-
ter nõ portabit iniquitatem fi-
lij.Iuſtitia iuſti ſuper eum erit:
& impietas impij erit ſuper eũ.
Si autem impius egerit pœni-
tentiam ab omnibus peccatis
ſuis quæ operatus eſt:& cuſto-
dierit vniuerſa præcepta mea:
& fecerit iudicium & iuſtitiã:
vita viuet & non morietur.O-
mnium iniquitatum eius quas
operatus eſt: non recordabor.
In iuſtitia ſua quã operatus eſt
viuet.Nũquid voluntatis meæ
eſt mors impij, dicit dominus
deus: & non vt conuertatur à
vijs ſuis, & viuat? Si autẽ auer-
terit ſe iuſtus à via ſua & fece-
rit iniquitatem: ſecũdum om-
nes abominationes quas ope-
rari ſolet impius:nunqd viuet?
Omnes iuſtitiæ eius quas fece-
rat:non recordabuntur.In prę
uaricatione qua præuaricatus
eſt:& in peccato ſuo quod pec
cauerit:in ipſis morietur. Et di

xiſtis. Non eſt æqua via domini. Audite ergo domus Iſrael. Nunquid via mea nõ eſt ęqua: & non magis viæ veſtræ prauę ſunt? Cùm enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua: & fecerit iniquitatẽ: morietur in ea. In iniuſtitia ſua quã operatus eſt: morietur. Et ſi auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt: & fecerit iudicium & iuſtitiam: ipſe animã ſuam viuificabit. Cõſiderans enim & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt: vita viuet, & non morietur. Dicit dominus omnipotens. ℟. Saluum fac ſeruum tuum: deus meus ſperantem in te. ℣. Auribus percipe dñe orationẽ meã. ¶ Euãgelium ſecundùm Ioannẽ. ca. v.

IN illo tempore: Erat dies feſtus Iudæorum: & aſcendit dñs Ieſus Ieroſolymam. Eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina: quæ cognominabatˀ Hebraicè Bethſaida: quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiũ: cæcorum claudorum aridorum: expectãtium aquæ motũ. Angelus autem dñi ſecundum tẽpus deſcendebat in piſcinã: & mouebatur aqua. Et qui prior deſcẽdiſſet in piſcinã poſt motionẽ aquę: ſanus fiebat: à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi: triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cũ vidiſſet Ieſus iacẽtem: & cognouiſſet quia iam multum tẽpus haberet: dicit ei. Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus. Domine: hominem nõ habeo: vt dum turbata fuerit aqua: mittat me in piſcinã. Dum venio enim ego: alius ante me deſcẽdit. Dicit ei Ieſus. Surge: tolle grabbatum tuũ: & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabbatũ ſuum: & ambulabat. Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudęi: illi qui ſanus fuerat factus. Sabbatum eſt: nõ licet tibi tollere grabbatum tuũ. Reſpondit eis. Qui me ſanum fecit: ille mihi dixit: tolle grabbatum tuum & ambula. Is autẽ qui ſanus effectus fuerat: neſciebat quis eſſet: Ieſus enim de

clinauit à turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo:& dixit illi. Ecce ſanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo:& nuntiauit Iudæis: quia Ieſus eſſet: qui fecerat eum ſanum. Offertorium. Benedic anima mea domino:& noli obliuiſci omnes retributiones eius: & renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. Sacra.

SVſcipe quæſumus domine munera noſtris oblata ſeruitijs: & tua propitius dona ſanctifica. Per dominum. Cõmunio. Erubeſcant & conturbentur omnes inimici mei: auertantur retrorſum: & erubeſcant valde velociter. Poſt communio.

PEr huius domine operationem myſterij: & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſyderia compleantur. Per do.

Super populum. Oratio.

EXaudi nos miſericors de᾿ & mentibus noſtris gratiæ tuæ lumen oſtende. Per dominum noſtrum.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctum Petrum. Officium.

INtret oratio mea in conſpectu tuo: inclina aurem tuã ad precẽ meã domine. ℣. Domine deus ſalutis meę in die clamaui & nocte coram te. Ad omnes collectas dicit᷑ Flectamus genua. Oratio.

POpulum tuum quęſumus dñe propitius reſpice: atq; ab eo flagella tuæ iracũdiæ clementer auerte. Per. ¶ Lectio libri Deuteronomij. Cap. xxvj.

IN diebus illis: Locutus eſt Moyſes ad dominũ dicens. Reſpice domine de ſanctuario tuo: & de excelſo cælorum habitaculo: & benedic populo tuo Iſrael:& terrę quam dediſti nobis: ſicut iuraſti patribus noſtris: terræ lacte & melle manãti. Audi Iſrael: Hodie dominus deus tuus præcepit tibi: vt facias mandata eius & iudicia: vt cuſtodias & impleas ex toto corde tuo: & ex tota anima tua. Dominum elegiſti hodie: vt ſit tibi deus:& ambules in vijs eius: & cuſtodias cæremonias illius: & mandata atq́ue iudicia: & obedias eius imperio.

perio. En dominus elegit te hodie: vt ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi: vt cuſtodias omnia præcepta eius: & faciet te excelſiorem cunctis gẽtibus: quas creauit in laudem & nomen & gloriam ſuam. Et ſis populus ſanctus domini dei tui: ſicut locutus eſt tibi. ℟. Propitius eſto dñe peccatis noſtris: nequando dicant gentes vbi eſt deus eorum. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter honorem nominis tui libera nos. Oratio.

DEus qui nos in tantis periculis conſtitutos: pro humana ſcis fragilitate nõ poſſe ſubſiſtere, da nobis ſalutem mentis & corporis: vt ea quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuuãte vincamus. Per dñm.

¶ Lectio libri Deuterono.c.xj.

IN diebus illis: Dixit Moyſes filijs Iſrael. Si cuſtodieritis mandata quæ ego præcipio vobis: & feceritis ea, vt diligatis dominum deum veſtrum: & ambuletis in omnibus vijs eius, adhærentes ei: diſperdet dominus omnes gentes iſtas ante faciem veſtram: & poſſidebitis eas: quæ maiores & fortiores vobis ſunt. Omnis locus quem calcauerit pes veſter: veſter erit. A deſerto & Libano: à flumine magno Eufrate: vſq; ad mare occidentale: erunt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terrorem veſtrum & formidinẽ dabit dñs deus veſter: ſuper omnem terram quã calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis: dominus deus veſter. ℟. Ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati: tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo. Oratio.

PRotector nr̃ aſpice deus: vt qui malorum noſtrorum pondere premimur: percepta miſericordia libera tibi mente famulemur. Per dominum. ¶ Lectio libri Machabæorum.ij. Capite.j.

IN diebus illis: Orationem faciebant ſacerdotes: dum offerrent ſacrificia pro populo Iſrael: Ionatha inchoante: cæteris autem reſpondentibus, & dicentibus. Benefaciat vobis deus: & meminerit teſtamenti

ſui:quod ad Abraham & Iſaac & Iacob pollicitus eſt ſeruorũ ſuorum fidelium. Et det vobis cor omnibus: vt colatis eum: & faciatis eius volũtatem: corde magno & animo volenti. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua & in pręceptis ſuis:& faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras:& recõcilietur vobis. Nec vos deſerat in tempore malo, dominus deus noſter. ℟. Protector noſter aſpice deus: & reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum: exaudi preces ſeruorum tuorum. Oratio.

ADeſto quæſumꝰ dñe ſupplicationibus noſtris: vt eſſe, te largiẽte, mereamur: & inter ꝓſpera humiles, & inter aduerſa ſecuri. Per. ¶ Lectio libri Sapiẽtiæ. Eccleſia. c.xxxvj.

MIſerere noſtri deus omnium:& reſpice nos: & oſtẽde nobis lucem miſerationum tuarũ:& immitte timorẽ tuum ſuper gentes quæ nõ exquiſierũt te: vt cognoſcãt quia non eſt deus niſi tu: vt enarrẽt magnalia tua. Alleua manum tuam ſuper gentes alienas: vt videant potẽtiam tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis: ſic in cõſpectu noſtro magnificaberis in illis: vt cognoſcãt te: ſicut & nos agnouimus: quia non eſt deus præter te dñe. Innoua ſigna:& immuta mirabilia. Glorifica manum & brachiũ dextrum: excita furorem:& effunde iram. Extolle aduerſarium, & afflige inimicum: feſtina tẽpus:& memento finis. Vt enarrẽt magnalia tua: domine deus noſter. ℟. Conuertere domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis: à generatione & progenie. Oratio.

PReces populi tui quæſumus dñe clementer exaudi: vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per. ¶ Lectio Danielis prophetæ. Capite.iij.

IN diebus illis: Angelus domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacẽ: & excuſsit flammã ignis de fornace:& fecit mediũ fornacis: quaſi

ſi vẽtum roris flantem. Flamma autẽ diffuſa eſt ſuper fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & incendit quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldęis miniſtros regis: qui eam incẽdebãt. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis: neq; contriſtauit:nec quicquã moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore hymnũ dicebant:& magnificabant deũ in fornace dicentes. Benedictus es domine deus patrũ noſtrorum:& laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Et benedictum nomẽ gloriæ tuæ ſanctum: & laudabile & ſuperexaltatũ in omnibus ſeculis. Benedictus es in tẽplo ſancto gloriæ tuæ: & laudabilis & ſupergloriοſus in ſecula. Benedictus es in throno regni tui: & ſuperlaudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos:& ſedes ſuper cherubin: & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula.

¶Benedictiones.

Benedictus es in firmamento cæli: & laudabilis & glorioſus in ſecula.℣. Benedicite omnia opera domini dño:benedicite cæli dño: benedicite angeli dñi dño.℟. Hymnum dicite. Et ſuperexaltate eum in ſecula.℣. Benedicite aquę quæ ſuper cælos ſunt dño:benedicite omnes virtutes dñi dño: benedicite ſol & luna dño.℟. Et ſuperexaltate eum in ſecula.℣. Benedicite ſtellę cęli dño: benedicite imber & ros dño:benedicite omnis ſpiritus dño.℟. Hymnum.℣. Benedicite ignis & æſtus dño: benedicite noctes & dies dño: benedicite tẽnebræ & lumen dño.℟. Et ſuper.℣. Benedicite frigus & cauma domino: benedicite pruina & niues dño: benedicite fulgura & nubes dño.℟. Hymnũ.℣. Benedicat terra dño: benedicite mõtes & colles dño: benedicite omnia naſcẽtia terræ dño.℟. Et ſuper ℣. Benedicite maria & flumina dño: benedicite fontes dño: benedicite cete & oĩa quæ mouẽtur in aquis dño.℟ Hymnum.℣. Benedicite volucres cęli dño:benedicite beſtiæ & vniuerſa pecora dño:benedicite filij hominum dño.℟. Et ſuper.℣. Benedicat Iſrael dño: benedicite ſacerdotes dñi domino:benedicite ſerui domini dño.℟. Hymnũ.℣. Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorũ dño:

benedicite ſancti & humiles corde domino. ℟. Et ſuper. ℣. Benedicite Anania Azaria & Miſael domino. ℟. Hymnum. ℣. Benedictus es. vt ſupra. Oratio.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius, vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum. Per. ¶ Ad Theſſalonicenſes.j. Capite.v.

FRatres: Rogamus vos: corripite inquietos: conſolamini puſillanimes. Suſcipite infirmos: patientes eſtote ad omnes. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini: in inuicem & in omnes. Semper autem gaudete: ſine intermiſſione orate: in omnib⁹ gratias agite. Hæc eſt enim voluntas dei in Chriſto Ieſu: in omnibus vobis. Spiritũ nolite extinguere: prophetias nolite ſpernere: omnia autẽ probate: quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter: & anima & corpus: ſine querela: in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. ℟. Laudate dominũ omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniã confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas dñi manet in æternũ. ¶ Euãgeliũ ſecũdũ Matthæũ. c.xvij.

IN illo tempore: Aſſumpſit dominus Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelſum ſeorſum: & trãsfiguratus eſt ante eos. Et reſplẽduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Helias: cũ eo loquẽtes. Reſpõdens autem Petrus: dixit ad Ieſum. Domine: bonũ eſt nos hîc eſſe. Si vis: faciamus hîc tria tabernacula. Tibi vnũ: Moyſi vnum: & Heliæ vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene cõplacui: ipſum audite. Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam: & timuerunt valde. Et acceſsit Ieſus:

ſus: & tetigit eos: dixitq́ue eis. Surgite: & nolite timere. Leuá tes autem oculos ſuos: neminē viderunt niſi ſolum Ieſum. Et deſcēdētibus illis de mōte: præcepit Ieſus dicens. Nemini dixeritis viſionem: donec filius hominis à mortuis reſurgat.

Offertorium. Domine deus ſalutis meæ in die clamaui & nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine. Sacra.

PRæſentibus ſacrificijs domine ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruantia noſtra profitetur extrinſecus, intrinſecus operetur. Per. Cōm.

Domine deus meus in te ſperaui: libera me ab omnibus perſequentibus me: & eripe me. Poſt cōmu.

SAnctificationib⁹ tuis quę ſumus omnipotens deus: & vitia noſtra curentur, & remedia ęterna nobis ꝓueniant. Per dominum noſtrum.

Super populum. Oratio.

AB omnibus nos quæſumus dn̄e peccatis propitiatus abſolue: vt percepta venia peccatorū, tibi liberis mentibus ſeruiamus. Per dominū.

Dominica ſecunda. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Officium.

REminiſcere miſerationum tuarū dn̄e: & miſericordiæ tuę quæ à ſeculo ſunt: ne vnq̄ dn̄entur nobis inimici noſtri. Libera nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs nr̄is. ℣. Ad te dn̄e leuaui animam meā: deus meus in te confido non erubeſcā. Oratio.

DEus qui conſpicis omni nos virtute deſtitui: interius exteriuſq; cuſtodi, vt & ab oībus aduerſitatib⁹ muniamur in corpore: & à prauis cogitationib⁹ mūdemur in mēte. P.

¶ Lectio ad Theſſaloni. j. c. iiij.

FRatres: Rogamus vos: & obſecramus in dn̄o Ieſu: vt quēadmodū accepiſtis à nobis, qūo vos oporteat ambulare, & placere deo: ſic & ambuletis: vt abundetis magis. Scitis em̄ quæ præcepta dederim vobis: per dn̄m Ieſum. Hæc eſt enim volūtas dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione: vt ſciat vnuſquiſq;

veſtrum ſuum vas poſsidere:in ſanctificatione & honore. Nõ in paſsione deſiderij:ſicut&gẽtes quæ ignorant deum. Et ne quis ſupergrediatur,neq; circũuen iat in negotio fratrem ſuũ: quoniam vindex eſt dñs de omnibus his: ſicut prædiximus vobis: & teſtificati ſumus. Nõ enim vocauit nos deus in immunditiã:ſed in ſanctificationem. In Chriſto Ieſu:dño noſtro. ℟. Tribulationes cordis mei dilatatę ſunt:de neceſsitatibus meis eripe me dñe. ℣. Vide humilitatẽ meam & laborẽ meum:& dimitte omnia peccata mea. Tractus. Dixit dñs mulieri Cananęæ. Non eſt bonum ſumere panem filiorum:& mittere canibus ad manducãdum. ℣. At illa dixit. Etiam domine:nam & catelli edunt de micis:quę cadũt de mẽſa dominorũ ſuorũ. ℣. Ait illi Ieſus. O mulier: magna eſt fides tua:fiat tibi ſicut petiſti. ¶ Euãgeliũ ſecũdùm Matthęũ. Ca. xv.

IN illo tẽpore: Egreſſus dominus Ieſus: ſeceſsit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananęa a finib' illis egreſſa:clamauit dicens ei. Miſerere mei dñe fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbũ. Et accedentes diſcipuli eius: rogabãt eum dicentes. Dimitte eã: quia clamat poſt nos. Ipſe autẽ reſpondens ait. Non ſum miſſus: niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. At illa venit: & adorauit eum dicẽs. Domine: adiuua me. Qui reſpõdens ait. Nõ eſt bonum ſumere panem filiorũ: & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine:nã & catelli edunt de micis: quæ cadũt de mẽſa dominorũ ſuorũ. Tũc reſpõdens Ieſus:ait illi. O mulier: magna eſt fides tua. Fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia ei':ex illa hora. Offer. Meditabor in mãdatis tuis:quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua,quæ dilexi. Sacra.

SAcrificijs præſentibus quęſumus domine intende placatus: vt & deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti. Per. Commu. Intellige clamorem meũ:intẽde voci orationis meæ rex meus & deus meus: quoniam ad te orabo domine. Poſt communio.

Suppli-

SVpplices te rogam⁹ omnipotēs deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiā placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominum.

¶ Feria ſecunda. Statio ad ſanctum Clementem. Officium.

REdime me domine: & miſerere mei: pes enim meus ſtetit in via recta: in eccleſijs benedicam dominum. ℣. Iudica me domine: quoniam ego in innocētia mea ingreſſus ſum: & in domino ſperās, nō infirmabor. Oro.

PRęſta quæſumus omnipotēs deus: vt familia tua quę ſe, affligēdo carnem, ab alimētis abſtinet, ſectando iuſtitiam à culpa ieiunet. Per dominum.

¶ Lectio Danielis prophe. c. ix.

IN diebus illis: Orauit Daniel dicēs: Dn̄e deus noſter: qui eduxiſti de terra Ægypti populum tuum in manu forti: & feciſti tibi nomen ſecundū diem hāc: peccauimus: iniquitatē fecimus domine: in omnē iuſtitiam tuam. Auertatur obſecro ira tua: & furor tuus à ciuitate tuą Ieruſalem: & à mōte ſancto tuo. Propter peccata eñ noſtra, & iniquitates patrū noſtrorum: Ieruſalem & populus tuus in opprobriū ſunt omnibus: per circuitum noſtrū. Nūc ergo de⁹ noſter: exaudi orationem ſerui tui, & preces eius: & oſtende faciem tuam ſuper ſanctuariū tuum: quod deſertum eſt. Propter temetipſum inclina deus meus aurē tuā & audi: aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtram: & ciuitatis ſuper quam inuocatum eſt nomen tuū. Nec enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciē tuā: ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi domine: placare domine: attēde & fac. Ne moreris propter temetipſum deus meus: quia nomen tuum inuocatū eſt ſuper ciuitatem & ſuper populū tuum: domine deus noſter. ℟. Adiutor meus & liberator meus eſto: dn̄e ne tardaueris. ℣. Cōfundantur & reuereantur inimici mei: qui quærunt animam meam.

¶ Euange. ſecundū Ioan. c. viij

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus turbis Iudæorum.

Ego vado & quęretis me:& in peccato vr̃o moriemini. Quò ego vado:vos non poteſtis venire. Dicebant ergo Iudæi. Nũ quid interficiet ſemetipſum: quia dicit, quò ego vado, non poteſtis venire? Et dicebat eis. Vos de deorſum eſtis: ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris: ſi enim nõ credideritis q̃a ego ſum: moriemini in peccato veſtro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit ergo eis Ieſus. Principiũ:qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare:ſed qui miſit me verax eſt:& ego quæ audiui ab eo:hæc loquor in mundo. Et nõ cognouerunt: quia patrẽ eius dicebat deũ. Dixit ergo eis Ieſus. Cùm exaltaueritis filiũ hominis: tũc cognoſcetis quia ego ſum. Et à meipſo facio nihil:ſed ſicut docuit me pater: hæc loquor. Et qui me miſit, mecũ eſt: & non reliquit me ſolũ. Quia ego quę placita ſunt ei:facio ſemper.

Offer. Benedicã dñm:qui mihi tribuit intellectũ. Prouidebã deum in conſpectu meo ſemper: quoniã à dextris eſt mihi:ne cõmouear. Sa.

HÆc hoſtia domine placatiõis & laudis:tua nos propitiatione dignos efficiat. Per. Cõmunio. Dñe dñs noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Poſt commu.

HÆc nos communio domine purget à crimine: & cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum.

Super populum. Oratio.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotẽs deus: & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per dominum.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctã Sabinam. Officium.

TIbi dixit cor meum: quæſiui vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe requirã: ne auertas faciẽ tuã à me. ℣. Dñs illuminatio mea & ſalus mea:quẽ timebo? Oratio.

PErfice quęſumus dñe benignus in nobis obſeruãtiæ ſanctę ſubſidiũ:vt quę te auctore fa-

re faciéda cognouimus, te opitulante impleamus. Per dñm.

¶Lectio libri Regũ.iij. c. xvij.

IN diebus illis: Factus eſt ſermo dñi ad Eliam Theſbitẽ dicens. Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum: & manebis ibi: præcepi enim mulieri viduæ: vt paſcat te. Surrexit: & abijt in Sarephta Sidoniorum. Cumq; veniſſet ad portã ciuitatis: apparuit ei mulier vidua: colligens ligna. Et vocauit eã: dixitq; ei. Da mihi paululum aquę in vaſe: vt bibã. Cũq; illa pergeret vt afferret: clamauit poſt tergum eius dicens. Affer mihi obſecro & buccellam panis: in manu tua. Quæ reſpondit. Viuit dominus deus tuus: quia non habeo panẽ: niſi quãtum pugillus capere poteſt farinæ in hydria: & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna: vt ingrediar & faciam illud mihi & filio meo: vt comedamus & moriamur. Ad quã Elias ait. Noli timere: ſed vade & fac ſicut dixiſti. Verũtamen mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcinericium panẽ paruulum: & affer ad me: tibi autẽ & filio tuo facies poſtea. Hæc autem dicit dñs deus Iſrael. Hydria farinæ non deficiet: nec lecythus olei minuetur: vſque in diem in qua daturus eſt dominus pluuiã ſuper faciem terræ. Quę abijt: & fecit iuxta verbũ Eliæ. Et comedit ipſe & illa: & domus ei⁹. Et ex illa die hydria farinæ non defecit: & lecythus olei non eſt imminutus. Iuxta verbũ domini: quod locutus eſt in manu Eliæ. ℞. Iacta cogitatum tuũ in domino, & ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum: exaudiuit vocem meam: ab his qui appropinquant mihi.

¶ Euange. ſcd̃m Matth. c. xxiij.

IN illo tempore. Locutus eſt dñs Ieſus ad turbas: & ad diſcipulos ſuos dicens. Super cathedram Moyſi: ſederunt ſcribę & phariſęi. Omnia ergo quęcũq; dixerint vobis: ſeruate & facite: ſecundũ verò opera eorũ: nolite facere: dicũt enim & non faciũt. Alligãt autẽ onera grauia & importabilia: & imponunt in humeros hominũ: digito autem ſuo nolũt ea mouere.

uere. Omnia verò opera ſua faciunt: vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria ſua:& magnificãt fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis: & primas cathedras in ſynagogis:& ſalutationes in foro:& vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi: vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis. Et patrẽ nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter: qui in cælis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrũ: erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit: humiliabitur. Et qui ſe humiliauerit: exaltabit̃. Offer. Miſerere mihi dñe ſecundum magnam miſericordiã tuã: dele dñe iniquitatem meam. Sacra.

SAnctificationem tuã nobis dñe his myſterijs placatus operare: quæ nos & à terrenis purget vitijs: & ad cæleſtia dona perducat. Per dominũ. Cõmu. Narrabo omnia mirabilia tua: lætabor & exultabo in te: pſallã nomini tuo altiſsime. Poſt cõ.

VT ſacris domine reddamur digni muneribꝰ: fac nos quæſumus tuis ſemper obedire mandatis. Per dominum. Super populum. Oratio.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris: & animarum noſtrarum medere lãguoribus: vt remiſsione percepta: in tua ſemper benedictione lætemur. Per dominum.

¶Feria quarta. Statio ad ſanctã Ceciliam. Officium.

NE derelinquas me dñe deꝰ meus: ne diſceſſeris à me: intẽde in adiutoriũ meum: domine virtus ſalutis meæ. ℣. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Oratio.

POpulum tuũ domine propitius reſpice: & quos ab eſcis carnalibus ꝑcipis abſtinere, à noxijs quoq; vitijs ceſſare concede. Per dominum.

¶Lectio libri Heſter. Cap. xiij.

IN diebus illis: Orauit Heſter ad dominũ dicens. Domine deus rex omnipotens: in tua ditione cuncta ſunt poſita: & nõ eſt qui poſsit reſiſtere tuę volun

voluntati. Si decreueris ſaluare nos: cõtinuò liberabimur. Tu enim domine feciſti cælum & terram: & quicquid cæli ambitu continetur. Tu es dominus omnium: & nõ eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ. Et nunc domine rex regum deus Abraham: miſerere populo tuo: quia volunt nos inimici noſtri perdere: & hæreditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam quam redemiſti tibi ex Ægypto: ſed exaudi deprecationem noſtrã: & propitius eſto ſorti & funiculo hæreditatis tuæ. Et cõuerte luctum noſtrum in gaudiũ: vt viuentes laudemus nomen tuum. Et ne claudas ora canentiũ te: domine deus noſter. ℟. Saluum fac populũ tuũ dñe: & benedic hæreditati tuæ. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne ſileas à me: & ero ſimilis deſcẽdentib⁹ in lacũ.

¶ Euange. ſcdm Matthæ. c. xx.

In illo tempore: Aſcendens dominus Ieſus Ieroſolymã: aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecretò: & ait illis. Ecce aſcendimus Ieroſolymã: & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis: & condemnabũt eum morte. Et tradent eum gentibus: ad illudendum & flagellandũ & crucifigendum: & tertia die reſurget. Tunc acceſsit ad eũ mater filiorum Zebedæi cũ filijs ſuis: adorans & petẽs aliquid ab eo. Qui dicit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuã: & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondẽs autem Ieſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem: quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidẽ meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam & ſiniſtram: nõ eſt meũ dare vobis: ſed quibus paratũ eſt à patre meo. Et audientes decẽ: indignati ſunt de duobus fratrib⁹. Ieſus autẽ vocauit eos ad ſe: & ait. Scitis: quia principes gentium dominãtur eorum: & qui maiores ſunt: poteſtatem exercent in eas. Nõ ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri: ſit veſter miniſter. Et quicunq; voluerit inter vos primus eſſe:

erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare. Et dare animã ſuã: redemptionem pro multis.

Offerto. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido nõ erubeſcam: neq; irrideãt me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant nõ confundẽtur. Sacra.

HOſtias domine quas tibi offerimus reſpice propitius: & per hæc ſancta commercia, vincula peccatorũ noſtrorum abſolue. Per dominũ.

Communio. Iuſtus dominus & iuſtitias dilexit: æquitatẽ vidit vultus eius. Poſt communionem.

SVmptis domine ſacramẽtis: ad redemptionis æternæ quæſumus proficiamus augmentum. Per dominum.

Super populum. Oratio.

DEus innocentiæ reſtitutor & amator: dirige ad te tuorum corda ſeruorum, vt ſpiritus tui feruore cõcepto: & in fide inueniantur ſtabiles, & in opere efficaces. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Feria. v. Statio ad ſanctã Mariam trans Tyberim. Officiũ.

DEus in adiutorium meum intende: dñe ad adiuuandum me feſtina. ℣. Cõfundantur & reuereantur inimici mei: qui quærũt animam meã. ℣. Auertantur retrorſum & erubeſcãt: qui volunt mihi mala. Oratio.

PRæſta nobis domine quæſumus auxiliũ gratiæ tuæ: vt ieiunijs & orationibus conuenienter intenti, ab hoſtibus liberemur mentis & corporis. Per dominum. ¶ Lectio Hieremiæ prophetæ. Capite. xvij.

HÆc dicit dominus deus, Maledictus homo qui cõfidit in homine: & ponit carnem brachium ſuum: vt à dño recedat cor eius. Erit enim quaſi miricæ in deſerto: & non videbit cũ venerit bonũ: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto: in terra ſalſuginis & inhabitabili. Benedictus vir qui cõfidit in dño: & erit dñs fiducia eius. Et erit quaſi lignũ quod trãſplãtatur ſuper aquas: quod ad humorẽ mittit radices ſuas: & nõ timebit cũ venerit ęſtus. Et erit folium ęius viride: & in tempore ſic-

re ſiccitatis non erit ſolicitum: neq; aliquando deſinet facere fructum. Prauum eſt enim cor hominis: & inſcrutabile. Quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda & probans renes: qui do vnicuiq; iuxta viã ſuam: & iuxta fructum adinuẽtionum ſuarum. Dicit dominus omnipotens. ℞. Propitius eſto domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes: vbi eſt deus eorum. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter honorem nominis tui domine libera nos.

¶ Euãgelium ſecundum Ioannem. Capite. v

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus: turbis Iudæorũ. Non poſſum ego à meipſo facere quicquam: ſed ſicut audio iudico: & iudicium meum iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam: ſed voluntatem eius qui miſit me. Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo: teſtimonium meum nõ eſt verum. Alius eſt qui teſtimoniũ perhibet de me: & ſcio quia verum eſt eius teſtimoniũ: quod perhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioannem: & teſtimonium perhibuit veritati: ego autem non ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico: vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluiſtis exultare ad horam in luce eiꝰ. Ego autem: teſtimonium habeo maius Ioãne. Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiam ea: ipſa opera quæ ego facio: teſtimonium perhibẽt de me: quia pater me miſit. Et qui miſit me pater: ipſe teſtimoniũ perhibet de me. Neq; vocem eius vnquam audiſtis: neque ſpeciem eius vidiſtis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem miſit ille: huic vos non creditis. Scrutamini ſcripturas: quia vos putatis in ipſis vitam ęternam habere: & illę ſunt quæ teſtimoniũ perhibent de me: & non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. Claritatẽ ab hominibus nõ accipio: ſed cognoui vos: quia dilectionem dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: & non accepiſtis me. Si alius venerit in nomine

ſuo:

ſuo:illum accipietis. Quomo-
do poteſtis voscredere:qui glo
riam ab inuicẽ accipitis: & glo
riã quæ à ſolo deo eſt non quę
ritis? Nolite ergo putare: quia
ego accuſaturus ſum vos apud
patrẽ. Eſt qui accuſat vos Moy
ſes:in quo vos ſperatis. Si enim
crederetisMoyſi:crederetis for
ſitan & mihi: de me enim ille
ſcripſit. Si autẽ illius literis non
creditis:quomodoverbis meis
credetis? Offertorium. Precatus
eſt Moyſes in conſpectu domini
dei ſui:& dixit. Quare domine ira-
ſceris in populo tuo?parce iræ ani-
mi tui:memẽto Abraham Iſaac &
Iacob:quibus iuraſti dare terrã fluẽ
tẽ lac & mel. Et placatus factus eſt
dominus: de malignitate quam di-
xit facere populo ſuo. Sacra.

PRæſenti ſacrificio nomini
tuo nosdomine ieiunia di
cata ſanctificẽt:vt quod obſer-
uantia nr̃a profitetur exteriùs,
interius operetur effectus.Per.
Cõio. Qui mãducat carnem meã,
& bibit ſanguinẽ meũ:in me manet
& ego in eo:dicit dñs. Poſt com.

GRatia tua nos quęſumus
domine nõderelinquat:
quæ & ſacrę nos deditos faciat
ſeruituti, & tuam nobis opem
ſemper acquirat. Per dominũ.
Super populum. Oratio.

ADeſto domine famulis
tuis:& perpetuam beni-
gnitatem largire poſcentibus,
vt his qui te auctore & guber-
natore gloriantur:& cõgrega-
ta reſtaures & reſtaurata cõſer
ues.Per dominum noſtrum.

¶ Feria ſexta. Statio ad ſanctũ
Vitalem. Officium.

EGo autem cũ iuſti-
tia apparebo in con
ſpectu tuo: ſatiabor
dum manifeſtabitur
gloria tua. ℣. Exaudi domine iu-
ſtitiam meam: intende deprecatio
nem meam. Oratio.

DA quæſumus omnipo-
tẽs deus: vt ſacro nos pu
rificante ieiunio,ſynceris men
tibus ad ſancta ventura facias
peruenire.Per dominum.

¶ Lectio lib. Geneſis. c.xxxvij.

IN diebus illis: Dixit Ioſeph
fratribꝰ ſuis. Audite ſomniũ
meum:quod vidi. Putabam li-
gare nos manipulos in agro:&
quaſi conſurgere manipulum
meum,

meum,& ſtare:veſtroſq; manipulos circunſtātes:adorare manipulum meū. Reſponderunt fratres eius. Nunquid rex noſter eris:aut ſubijciemur ditioni tuę?Hęc ergo cauſa ſomniorum atq; ſermonū: inuidiæ & odij fomitē miniſtrauit. Aliud quoq; vidit ſomniū:quod narrans fratribus ait. Vidi per ſomnium:quaſi ſolem &lunam:& ſtellas vndecim adorare me. Quod cùm patri ſuo & fratribus ſuis retuliſſet:increpauit eū pater & dixit. Quid ſibi vult ſomniū hoc quod vidiſti? Num ego & mater tua & fratres tui: adorabimus te ſuper terrā?Inuidebāt igitur ei fratres ſui: pater verò rem tacitus conſiderabat. Cumq; fratres illius in paſcendis gregibus patris morarētur in Sichem: dixit ad eum Iſrael. Fratres tui paſcunt oues in Sichimis:veni mittam te ad eos. Quo reſpondente præſto ſum,ait. Vade:& vide, ſi cūcta proſpera ſint erga fratres tuos & pecora: & renūcia mihi qd agatur. Miſſus de valle Hebrō: venit in Sichem. Inuenitq; eū vir errantem in agro: & interrogauit eum quid quęreret. At ille reſpōdit. Fratres meos quęro:indica mihi: vbi paſcāt greges. Dixitq; ei vir. Receſſerunt de loco iſto. Audiui autem eos dicētes:eamus in Dotaim. Perrexit ergo Ioſeph poſt fratres ſuos:& inuenit eos in Dotaim. Qui cùm vidiſſent eū procul: anteq̃ accederet ad eos:cogitauerunt illum occidere: & mutuò loquebātur. Ecce ſomniator venit: venite occidamus eum: & mittamus in ciſternā veterem: dicemuſq; fera peſſima deuorauit eum. Et tunc apparebit: quid illi proſint ſomnia ſua. Audiens autē hoc Ruben : nitebatur liberare eū de manibus eorū: & dicebat. Nō interficiamus animā eius: nec effundamus ſanguinē: ſed proijcite eum in ciſternam veterem,quæ eſt in ſolitudine:manuſq; veſtras ſeruate innoxias. Hoc autē dicebat: volens eripere eum de manibus eorum: & reddere patri ſuo. ℟. Ad dominū cùm tribularer : clamaui & exaudiuit me. ℣. Domine libera

animam meam à labijs iniquis: & à lingua doloſa. ¶ Euangeliũ ſecũdùm Matthæum. Cap.xxj.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis, & turbis Iudæorum: parabolam hanc. Homo erat paterfamilias: qui plantauit vineam: & ſepẽ circũdedit ei. Et fodit in ea torcular: & ædificauit turrim: & locauit eam agricolis: & peregrè profectus eſt. Cùm autẽ tẽpus fructuũ appropinquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius: aliũ cæciderũt: aliũ occiderũt: aliũ verò lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſsimè autẽ: miſit ad eos filium ſuum, dicens. Verebũtur fortè filium meũ. Agricolæ autem videntes filium: dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres: venite occidamus eũ: & habebimus hæreditatem eius. Et apprehẽſum eum: eiecerunt extra vineã: & occiderunt. Cùm ergo venerit dñs vineæ: quid faciet agricolis illis? Aiũt illi. Malos malè perdet: & vineam ſuã locabit alijs agricolis: qui reddãt ei fructũ temporibus ſuis. Dicit eis Ieſus. Nunquam legiſtis in ſcripturis: lapidem quem reprobauerũt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli: à domino factũ eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico vobis: quia auferetur à vobis regnum dei: & dabitur gẽti faciẽti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtum: confringetur. Super quem verò ceciderit: conteret eum. Et cùm audiſſent principes ſacerdotũ & phariſæi parabolas eius: cognouerunt ꝙ de ipſis diceret. Et quærentes eũ tenere: timuerunt turbas. Quoniã ſicut prophetam: eum habebant. Offerto. Domine in auxilium meum reſpice: confundantur & reuereantur qui quęrunt animam meam: vt auferant eam. Sacra.

HÆc in nobis ſacrificia deus: & actione permaneant: & operatione firmẽtur. Per. Commu. Tu domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternum. Poſt cõm.

FAc nos quæſumus dñe accepto pignore ſalutis ęternę:ſic tendere congruenter,vt ad eã peruenire poſsimus.Per.

Super populum. Oratio.

DA quæſumus dñe populo tuo ſalutem mētis & corporis:vt bonis operibus inhærendo, tuæ ſemper virtutis mereatur protectione defendi.Per dominum noſtrum.

¶Sabbato. Statio ad ſanctum Marcellinũ & Petrũ. Officiũ.

LEx domini irreprehenſibilis cõuertens animas: teſtimoniũ dei fidele: ſapiētiam præſtans paruulis. ℣. Cæli enarrãt gloriam dei: & opera manuũ eius annuntiat firmamentũ. Oratio.

DA quęſumus dñe nr̃is effectũ ieiunijs ſalutarē:vt caſtigatio carnis aſſumpta, ad noſtrarum vegetationem trãſeat animarum.Per. ¶Lectio libri Geneſis. Capite.xxvij.

IN diebus illis: Dixit Rebecca filio ſuo Iacob. Audiui patrem tuum loquētem cum Eſau fratre tuo: & dicētem ei. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam:& benedicam tibi coram domino: antequam moriar.Nunc ergo fili mi acquieſce cõſilijs meis: & pergens ad gregē, affer mihi duos hœdos optimos:vt faciam ex eis eſcas patri tuo:quibus libenter veſcitur. Quas cũ intuleris & comederit:benedicat tibi priuſquàm moriatur. Cui ille reſpõdit.Noſti ꝙ Eſau frater meus homo piloſus ſit: & ego lenis. Si attrectauerit me pater meus, & ſenſerit: timeo ne putet me voluiſſe ſibi illudere: & inducat ſuper mę maledictionē pro benedictione. Ad quem mater. In me ſit (ait)iſta maledictio fili mi: tantùm audi vocem meã: & pergens affer quæ dixi.Abijt & attulit:deditq; matri.Parauit illa cibos ſicut nouerat velle patrē illius:& veſtibus Eſau valde bonis, q̃s apud ſe habebat domi, induit eũ: pelliculaſq; hœdorũ circũdedit manibus:& colli nuda protexit.Deditq; pulmētũ:& panes quos coxerat tradidit: quibus illatis dixit. Pater mi. At ille reſpondit. Audio.

Quis es tu fili mi? Dixitq; ei Iacob. Ego ſum Eſau primogenitus tuus: feci ſicut præcepiſti mihi. Surge ſede, & comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rurſumq; Iſaac ad filium ſuum. Quomo do (inquit) tam citò inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit. Voluntas dei fuit: vt citò mihi occurreret quod volebam. Dixitq; Iſaac. Accede huc, vt tangam te fili mi: & probem vtrū tu ſis filius meus Eſau an non. Acceſsit ille ad patrem: & palpato eo: dixit Iſaac. Vox quidē vox Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. Et non cognouit eum: quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus Eſau? Reſpōdit. Ego ſum. At ille. Affer mihi inquit cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat *tibi* anima mea. Quos cū oblatos comediſſet: obtulit ei etiā vinū. Quo hauſto: dixit ad eum. Accede ad me: & da mihi oſculū fili mi. Acceſsit: & oſculatus eſt eum. Statimq; vt ſenſit veſtimētorum illius fragrātiam: benedicens illi ait. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cæli: & de pinguedine terrę abundantiā frumenti & vini & olei: & ſeruiāt tibi populi: & adorēt te tribus. Eſto dn̄s fratrum tuorū: & incuruentur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Iſaac ſermonē impleuerat: & egreſſo Iacob foras: venit Eſau: coctoſq; de venatione cibos intulit patri dicēs. Surge pater mi: & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi Iſaac. Quis enim es tu? Qui reſpondit. Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehementi: & vltra q̃ credi poteſt admirās ait. Quis igitur ille eſt: qui dudum captam venationē attulit mihi: & comedi ex omnib⁹ priuſ quā tu venires: benedixiq; ei: & erit bn̄dictus? Auditis Eſau ſermonibus patris: irrugijt clamore

more magno:& conſternatus ait. Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter:& accepit benedictionem tuã. At ille ſubiũxit. Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob: ſupplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea antè tulit: & nunc ſecũdò ſurripuit benedictionem meam.Rurſumq; ad patrem.Nunquid non reſeruaſti & mihi(ait) benedictionẽ? Reſpondit Iſaac.Dominũ tuũ illum conſtitui: & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui. Fruméto & vino & oleo ſtabiliui eum: & tibi poſt hæc fili mi vltrà quid faciam? Cui Eſau.Num vnam(inquit) tantùm benedictionem habes pater?Mihi quoq; obſecro vt benedicas. Cũq; eiulatu magno fleret: motus Iſaac dixit ad eũ. In pinguedine terræ & in rore cæli deſuper; erit benedictio tua. ℟. Bonum eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſsimè. ℣. Ad annunciandum manè miſericordiam tuam:& veritatem tuam per noctem.

¶ Euãge.ſecũdùm Lucã. c.xv.

IN illo tẽpore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis: parabolam hãc. Homo quidam habuit duos filios: & dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater: da mihi portionem ſubſtantię quæ me contingit.Et diuiſit illis ſubſtantiã.Et non poſt multos dies: cõgregatis omnibus, adoleſcẽtior filius peregrè profectus eſt in regionem longinquam:& ibi diſsipauit ſubſtantiam ſuam,viuendo luxurioſè. Et poſtquam omnia conſummaſſet: facta eſt fames valida in regione illa: & ipſe cœpit egere. Et abijt: & adhæſit vni ciuium regionis illius: & miſit illum in villam ſuã: vt paſceret porcos:&cupiebat implere vẽtrem ſuũ de ſiliquis:quas porci manducabant:& nemo illi dabat. Ipſe autem in ſe reuerſus dixit.Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autẽ hîc fame pereo. Surgam & ibo ad patrẽ meũ: & dicam illi. Pater: peccaui in cælum, & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus:

fac me ſicut vnum ex mercenarijs tuis. Et ſurgens: venit ad patrem ſuũ. Cùm autẽ adhuc lõge eſſet: vidit illũ pater ipſius: & miſericordia motus eſt: & accurrens, cecidit ſuper collum eius: & oſculatus eſt eũ: dixitq; ei filius. Pater peccaui in cælũ & corã te: iam nõ ſum dignus vocari filius tuus. Dixit aũt pater ad ſeruos ſuos. Citò proferte ſtolam primã: & induite illũ: & date annulũ in manu eiꝰ: & calceamẽta in pedes eius. Et adducite vitulum ſaginatũ: & occidite: & manducemus & epulemur: q̃a filius meus mortuus fuerat & reuixit: perierat: & inuẽtus eſt. Et cœperũt epulari. Erat autẽ filius eius ſenior in agro: & cùm veniret: & appropinquaret domui: audiuit ſymphoniam & chorũ: & vocauit vnũ de ſeruis: & interrogauit, quid hoc eſſet. Iſque dixit illi. Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulũ ſaginatum: quia ſaluum illũ recepit. Indignatus eſt autem: & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus: cœpit rogare illũ. At ille reſpõdens: dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: & nunquam mandatum tuum præteriui: & nunquam dediſti mihi hœdum: vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquã filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus venit: occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi. Fili: tu ſemper mecum es: & omnia mea tua ſunt. Epulari autẽ & gaudere te oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat & reuixit. Perierat: & inuẽtus eſt. Offer. Illumina oculos meos: ne vnquã obdormiã in morte: nequãdo dicat inimicus meus: præualui aduerſum eum. Sacra.

HIs ſacrificijs domine cõcede placatus: vt qui proprijs oramus abſolui delictis, nõ grauemur externis. Per dominum. Communio. Oportet te fili gaudere: q̃a frater tuus mortuus fuerat & reuixit: perierat: & inuentus eſt. Poſt communio.

SAcramenti tui dñe diuina libatio: penetralia cordis noſtri infundat: & ſui participes potenter efficiat. Per dñm.

Super

Super populum. Oratio.

FAmiliam tuã quæſumus domine continua pietate cuſtodi: vt quæ in ſola ſpe gratiæ cæleſtis innitiť: cæleſti etiã protectione muniatur. Per.

Dñica.iij.in Quadrageſima. Statio ad ſanctum Laurẽtiũ extra muros. Offm̃.

OCuli mei ſemper ad dominũ: quia ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me,& miſerere mei: qm̃ vnicus & pauper ſum ego. ℣. Ad te dñe leuaui animam meã: deus meus in te confido: non erubeſcam. Orõ.

QVæſumus omnipotens deus: vota humilium reſpice, atq; ad defenſionem noſtram: dexterã tuæ maieſtatis extende. Per dominũ.

¶ Ad Epheſios. Capite.v.

FRatres: Eſtote imitatores dei, ſicut filij chariſsimi: & ambulate in dilectione: ſicut & Chriſtus dilexit nos: & tradidit ſemetipſum ꝓ nobis: oblationem & hoſtiã deo: in odorẽ ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immũditia aut auaritia: nec nominetur in vobis: ſicut decet ſanctos. Aut turpitudo, aut ſtultiloquiũ: aut ſcurrilitas quæ ad rẽ nõ pertinet: ſed magis gratiarũ actio. Hoc autem ſcitote, intelligentes: ꝙ omnis fornicator aut immundus: aut auarus (quod eſt idolorũ ſeruitus) nõ habet hęreditatẽ in regno Chriſti & dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorũ: eratis enim aliquãdo tenebræ: nũc aũt lux in dño: vt filij lucis ambulate. Fructus em̃ lucis eſt: in omni bonitate: & iuſtitia & veritate. ℟. Exurge dñe: nõ præualeat homo: iudicẽtur gẽtes in cõſpectu tuo. ℣. In conuertendo inimicũ meũ retrorſum, infirmabũtur, & peribũt à facie tua. Tractus. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorũ ſuorum. ℣. Et ſicut oculi ancillæ in manibus dñæ ſuæ. ℣. Ita oculi noſtri: ad dñm deũ noſtrũ: donec miſereatur nr̃i. ℣. Miſerere nobis dñe: miſerere nobis.

¶ Euãge. ſecũdùm Lucã. c.xj.

IN illo tempore: Erat domi nus Ieſus eijciens dęmoniũ: & illud erat mutum. Et cũ eieciſſet dæmonium: locutus eſt mutus: & admiratę ſunt turbę. Quidam autẽ ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dęmoniorum: eijcit dæmonia. Et alij tentantes: ſignum de cælo quęrebant ab eo. Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum: dixit eis. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur: & domus ſupra domum cadet. Si autem & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnũ ipſius. Quia dicitis in Beelzebub eijcere me dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eijcio dęmonia: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porrò ſi in digito dei eijcio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum dei. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt ea quæ poſsidet: ſi autẽ fortior illo ſuperueniens vicerit eũ: vniuerſa arma eius auferet in quibus confidebat: & ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum: cõtra me eſt: & qui non colligit mecum: diſpergit. Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquoſa quærens requiẽ: & non inueniens dicit. Reuertar in domum meã: vnde exiui. Et cũ venerit: inuenit eam ſcopis mundatã: & ornatam. Et tũc vadit: & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe: & ingreſsi habitant ibi: & fiũt nouiſsima hominis illius: peiora prioribus. Factũ eſt autẽ cùm hęc diceret: extollens vocẽ quædã mulier de turba: dixit illi. Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo: beati qui audiunt verbũ dei: & cuſtodiũt illud. Offert. Iuſtitiæ dñi rectę, lætificantes corda: & dulciores ſuper mel & fauũ. Nã & ſeruus tuus cuſtodit eas. Sacra.

HÆc hoſtia dñe quæſumus emũdet noſtra delicta: & ad ſacrificiũ celebrãdũ, ſubditorũ tibi corpora menteſque ſanctificet. Per dominum. Cõmunio. Paſſer inuenit ſibi domũ: & turtur nidũ: vbi reponat pullos

los ſuos. Altaria tua domine virtu-
tu,rex meus & de⁹ meus: beati qui
habitant in domo tua:in ſeculum ſe
culi laudabunt te. Poſt commu.

ACūctis nos domine rea-
tibus & periculis propi-
tiatus abſolue: quos tanti my-
ſterij tribuiſeſſe participes.Per.

¶Feria. ij. Statio ad ſanctum
Marcum. Officium.

IN deo laudabo ver
bum: in domino lau
dabo ſermonem: in
deo ſperaui:non ti-
mebo quid faciat mihi homo. ℣.
Miſerere mei deus: quoniam con-
culcauit me homo:tota die bellans
tribulauit me. Oratio.

COrdibus noſtris quæſu-
mus domine gratiã tuã
benignus infunde: vt ſicut ab
eſcis corporalibus abſtinemus,
ita quoq; ſenſus nr̃os à noxijs
retrahamus exceſsibus.Per.

¶Lectio libri Regũ. iiij.cap.v.

IN diebus illis.Naamã prin-
ceps militię regis Syriæ:erat
vir magnus apud dominũ ſuũ:
& honoratus. Per illum enim
dedit dominus ſalutem Syriæ.
Erat enim vir fortis, & diues:
ſed leproſus. Porrò de Syria e-
greſsi fuerant latrunculi:& ca-
ptiuam duxerãt de terra Iſrael
puellam paruulam:quę erat in
obſequio vxoris Naamã. Quæ
dixit ad dominam ſuam. Vti-
nam fuiſſet dñs meus ad pro-
phetam qui eſt in Samaria:pro
fectò curaſſet eum à lepra quã
habet. Ingreſſus eſt itaq; Naa-
man ad dominum ſuũ: & nun
tiauit ei dicens.Sic & ſic locuta
eſt puella:de terra Iſrael. Dixit
que ei rex Syriæ. Vade: & mit-
tam literas ad regẽ Iſrael. Qui
cùm profectus eſſet: & tuliſſet
ſecum decem talenta argenti:
& ſex millia aureos: & decem
mutatoria veſtimentorum: de
tulit literas ad regem Iſrael in
hæc verba. Cùm acceperis epi
ſtolam hanc: ſcito quòd miſe-
rim ad te ſeruum meũ Naamã:
vt cures eum à lepra ſua. Cũq;
legiſſet rex Iſrael literas: ſcidit
veſtimenta ſua,& ait. Nũquid
deus ego ſum: vt occidere poſ-
ſim & viuificare:quia iſte miſit
ad me:vt curem hominem à le
pra ſua? Animaduertite & vide
te: quòd occaſiones quærat ad

uerſum me. Quod cũ audiſſet Eliſęus vir dei:ſcidiſſe videlicet regem Iſrael veſtimẽta ſua: miſit ad eum dicens. Cur ſcidiſti veſtimenta tua? Veniat ad me: & ſciat eſſe prophetã in Iſrael. Venit autem Naamã cũ equis & curribus: & ſtetit ad oſtium domus Eliſæi. Miſitq; ad eũ Eliſæus nuntium dicens. Vade: & lauare ſepties in Iordane: & recipiet ſanitatem caro tua: atq; mundaberis. Iratuſq; Naamã: recedebat dicens. Putabam, ꝙ egrederetur ad me: & ſtans inuocaret nomen dñi dei ſui: & tangeret manu ſua locum lepræ: & curaret me. Nũquid nõ meliores ſunt Abana & Pharphar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael: vt lauer in eis, & mũder? Cũ ergo vertiſſet ſe & abiret indignãs: acceſſerunt ad eũ ſerui ſui: & locuti ſunt ei. Pater: & ſi rem grandẽ dixiſſet tibi ꝓpheta: certè facere debueras: quanto magis quia nũc dixit tibi: lauare, & mundaberis? Deſcendit itaq; & lauit in Iordane ſepties: iuxta ſermonẽ viri dei: & reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli: & mũdatus eſt. Reuerſuſq; ad virum dei cũ vniuerſo comitatu ſuo: venit & ſtetit corã ipſo & ait. Verè ſcio: ꝙ non ſit deus alius in vniuerſa terra: niſi tantùm dominus deus Iſrael. ℞. Deus vitam meam nuntiaui tibi: poſui lachrymas meas in conſpectu tuo. ℣. Miſerere mei domine: quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ¶ Euangeliũ ſecundùm Lucam. Capitc.iiij.

IN illo tempore: Dixerunt phariſæi ad dominũ Ieſum. Quãta audiuimus facta in Capharnaum: fac & hîc in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multę viduę erãt in diebus Eliæ in Iſrael: quando clauſum eſt cęlum annis tribus & menſibus ſex: cũ facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullam illarum miſſus eſt Elias: niſi in Sarephta Sidoniæ: ad mulierem viduam. Et multi leproſi erãt in Iſrael ſub Eliſæo propheta: & nemo eorum mundatus eſt: niſi Naaman

man Syrus. Et repleti ſunt oẽs in ſynagoga irá: hæc audiẽtes. Et ſurrexerunt: & eiecerunt illum extra ciuitatẽ:& duxerunt illum vſq; ad ſupercilium mótis:ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata:vt præcipitarent eum.Ipſe autem: tranſiens per medium illorum ibat. Offerto. Exaudi deus orationem meã:& ne deſpexeris deprecationem meam: intẽde in me:& exaudi me. Sacra

MVnus ſeruitutis noſtræ quod tibi domine offerimus: tu ſalutare nobis perfice ſacramentum. Per dominũ.

Communio. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? Dum auerterit dominus captiuitatẽ plebis ſuæ:exultabit Iacob:& lætabitur Iſrael.

Poſt communionem.

PRæſta quęſumus omnipotens & miſericors deus:vt quæ ore contigimus,pura mẽte capiamus.Per dominum.

Super populum. Oratio.

SVbueniat nobis dñe miſẽricordia tua:vt ab imminẽtibus peccatorum noſtrorũ periculis: te mereamur protegente ſaluari. Per dominum.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctã Potentianam. Officium.

EGo clamaui:quoniã exaudiſti me deus: inclina aurẽ tuã:& exaudi verba mea. Cuſtodi me domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarũ tuarũ protege me. ℣. Exaudi dñe iuſtitiã meã: intẽde deprecationẽ meã. Orõ.

EXaudi nos omnipotẽs & miſericors deus: & continentiæ ſalutaris: propitius nobis dona concede. Per dñm.

¶ Lectio libri Regũ. iiij.ca.iiij.

IN diebus illis: Mulier quædam: clamabat ad Eliſęum prophetã dicens. Seruus tuus vir meus mortuus eſt:& tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad ſeruiẽdum ſibi. Cui dixit Eliſęus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi: quid habes in domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea: niſi parũ olei quo vngar. Cui ait. Vade, & pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca:&

ca:& ingredere,&claude oſtiũ tuum cũ intrinſecus fueris: tu & filij tui.Et mitte inde in omnia vaſa hæc: & cũ plena fuerint,tolles .Iuit itaq; mulier: & clauſit oſtium ſuper ſe:& ſuper filios ſuos. Illi offerebant vaſa: & illa infundebat. Cũq; plena fuiſſent vaſa: dixit ad filiũ ſuũ. Affer mihi adhuc vas. At ille reſpõdit. Non habeo. Stetitq; oleum. Venit autem illa:& indicauit homini dei. At ille. Vade (inquit) vẽde oleum: & redde creditori tuo. Tu autem & filij tui:viuite de reliquo. ℟. Ab occultis meis mũda me domine:& ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati:tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum.Ca.xviij.

IN illo tempore: Reſpiciens dñs Ieſus diſcipulos ſuos: dixit Simoni Petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eũ inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem nõ te audierit: adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtiũ, ſtet omne verbũ. Quod ſi nõ audierit eos: dic eccleſię. Si autẽ eccleſiam nõ audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amẽ dico vobis: quęcũq; alligaueritis ſuper terram:erunt ligata & in cęlo. Et quæcunq; ſolueritis ſuper terram:erunt ſoluta & in cęlo. Iterũ dico vobis:quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terrã de omni re quancunq; petierint: fiet illis à patre meo: qui in cælis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorũ. Tũc accedens Petrus ad eũ dixit. Domine: quoties peccabit in me frater meus: & dimittã ei? vſq; ſepties? Dicit illi Ieſus. Nõ dico tibi vſq; ſepties:ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Offert. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me:non moriar ſed viuam:& narrabo opera dñi. Sacra.

PEr hęc quęſumus domine ſacramenta noſtrę redemptionis veniat effectus:qui nos & ab humanis retrahat ſemper exceſſibus,& ad ſalutaria cuncta perducat.Per. Cõmu. Domine

mine quis habitabit in tabernacu-
lo tuo:aut quis requieſcet in mõte
ſancto tuo? Qui ingredit̃ ſine macu
la:& operatur iuſtitiã. Poſt cõm.

SAcris domine myſterijs ex
piati: & veniam conſequa
mur & gratiam. Per dominũ.

Super populum. Oratio.

TVa nos domine ꝓtectio-
ne defende: & ab omni
iniquitate cuſtodi. Per dñm.

¶ Feria quarta. Statio ad ſan-
ctum Sixtum. Officium.

EGo autem in domi-
no ſperaui: exultabo
& lætabor in tua mi
ſericordia: quia re-
ſpexiſti humilitatem meam. ℣. In
te dñe ſperaui: nõ cõfundar in ęter
nũ: in iuſtitia tua libera me. Oro.

PRæſta nobis quęſumus do
mine: vt ſalutaribus ieiu-
nijs eruditi, à noxijs quoq; vi-
tijs abſtinẽtes: propitiationem
tuã faciliùs impetremus. Per.

¶ Lectio libri Exodi. Capi.xx.

HÆc dicit dominus deꝰ.
Honora patrem tuum,
& matrem tuam: vt ſis longæ-
uus ſuper terrã: quã dominus
deus tuus dabit tibi. Non occi-
des: non mœchaberis: non fur
tum facies. Non loquaris cõtra
proximum tuum falſum teſti-
monium. Non cõcupiſces do-
mum proximi tui: nec deſide-
rabis vxorem eius. Non ſeruũ:
non ancillam: non bouem: nõ
aſinum: nec omnia quæ illius
ſunt. Cunctus autem populus
videbat voces: & lampades &
ſonitum buccinæ: montemq́;
fumigantẽ. Et perterriti ac pa-
uore concuſsi: ſteterũt procul,
dicentes Moyſi. Loquere tu no
bis, & audiemus. Nõ loquatur
dominus nobis: ne fortè moria
mur. Et ait Moyſes ad populũ.
Nolite timere. Vt enim proba
ret vos, venit deus: & vt terror
illius eſſet in vobis: & non pec
caretis. Stetitq; populus de lon
gè: Moyſes autẽ acceſsit ad ca-
liginem in qua erat deus. Dixit
q́ue præterea dominꝰ ad Moy-
ſen. Hæc dices filijs Iſrael. Vos
vidiſtis: quòd de cælo locutus
ſim vobis. Non facietis deos ar
genteos: nec deos aureos facie
tis vobis. Altare de terra facie-
tis mihi: & offeretis ſup eo ho-
locauſta, & pacifica vr̃a. Oues

veſtras & boues:in omni loco: in quo memoria fuerit nominis mei. ℟ Miſerere mei dñe:quoniam infirmus ſum : ſana me dñe. ℣ Cõturbata ſunt enim omnia oſſa mea : & aĩa mea turbata eſt valde.

¶ Euange.ſcd̃m Matthæ.c.xv.

IN illo tempore: Acceſſerũt ad dominũ Ieſum ab Ieroſolymis ſcribæ & phariſæi dicẽtes. Quare diſcipuli tui trãſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas: cũ panem manducant. Ipſe autem reſpondens:ait illis. Quare & vos tranſgredimini mandatum dei : propter traditionẽ veſtram? Nam deus dixit. Honora patrem tuum,& matrem tuam : & qui maledixerit patri vel matri: morte moriat̃. Vos autem dicitis. Quicunq; dixerit patri vel matri:munusquod cunq; eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam:& irritum feciſtis mãdatum dei: propter traditionem veſtrã. Hypocritæ:bene prophetauit de vobis Eſaias dicẽs. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eorũ longè eſt à me. Sine cauſa autẽ colũt me: docentes doctrinas: & mandata hominũ. Et cõuocatis ad ſe turbis: dixit eis. Audite & intelligite. Nõ quod intrat in os coinquinat hominẽ: ſed quod procedit ex ore : hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes diſcipuli eius : dixerunt ei. Scis quia phariſæi audito hoc verbo: ſcãdalizati ſunt? At ille reſpondens ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cæleſtis:eradicabitur. Sinite illos: cæci ſunt & duces cæcorum. Cæcus autem ſi cæco ducatum præbeat: ambo in foueam cadunt. Reſpondẽs autem Petrus:dixit ei. Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Nõ intelligitis: quia omne quod in os intrat:in ventrem vadit:& in ſeceſſum emittitur? Quæ autem procedũt de ore:de corde exeunt : & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malę : homicidia adulteria,fornicationes:furta,falſa teſtimonia:blaſphemiæ. Hęc ſunt: quę coin-

coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare: non coinquinat hominẽ. Offer. Dñe fac mecum miſericordiã tuã propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua. Sacra.

SVſcipe queſumus domine preces populi tui cũ oblationibus hoſtiarum: & tua myſteria celebrãtes, ab omnibus nos defende periculis. Per.

Cõio. Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo domine. Poſt communio.

SAnctificet nos dñe qua paſti ſumus menſa cęleſtis: & à cũctis erroribus expiatos, ſupernis promiſsionibus reddat acceptos. Per dominum.

Super populum. Oratio.

COncede queſum⁹ omnipotens deus: vt qui protectionis tuę gratiã quærimus, liberati à malis omnibus: ſecura tibi mente ſeruiamus. Per.

¶ Feria.v. Statio ad ſanctũ Coſmam & Damianum. Officiũ.

SAluspopuli ego ſum dicit dñs: de quacunque tribulatione clamauerint ad me: exaudiam eos: & ero illorum dñs in perpetuum. ℣. Attendite popule meus legem meã: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Orõ.

COncede quæſum⁹ omnipotẽs deus: vt ieiuniorũ noſtrorum ſancta deuotio: & purificationem tribuat: & maieſtati tuę nos reddat acceptos. Per dominum. ¶ Lectio Hieremiæ prophetæ. Capite.vij.

IN diebus illis: Factus eſt ſermo domini ad me dicens. Sta in porta domus domini: & prædica ibi verbũ iſtud & dic. Audite verbũ domini omnis Iuda: qui ingredimini per portas has: vt adoretis dominum. Hæc dicit dominus exercituũ: deus Iſrael. Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: templum domini, templum domini: tẽplum domini eſt. Quoniam ſi benè direxeritis vias veſtras & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum & proximũ eius: aduenæ & pupillo, & viduę nõ feceritis calumniam: nec ſanguinem

nem innocẽtem effuderitis in loco hoc: & poſt deos alienos non ambulaueritis, in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto: in terra quã dedi patribus veſtris: à ſeculo vſque in ſeculum. Dicit dominus: omnipotens. ℟. Oculi omnium in te ſperãt domine: & tu das eſcam illis in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione.

¶ Euange. ſcđm Ioannẽ. c.vj.

In illo tempore: Cũ cognouiſſet dñs Ieſus, quia venturi eſſent, vt raperent eum: & facerent eum regem: fugit iterũ in montem ipſe ſolus. Vt autẽ ſero factũ eſt: deſcenderunt diſcipuli eius ad mare. Et cũ aſcẽdiſſent nauim: venerunt trans mare: in Capharnaum. Et tenebrę iam factæ erant: & non venerat ad eos Ieſus. Mare autẽ: vẽto magno flãte, exurgebat. Cũ remigaſſent igitur quaſi ſtadia vigintiquinque, aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſupra mare: & proximum naui fieri: & timuerunt. Ille autẽ dixit eis. Ego ſum: nolite timere. Voluerunt ergo accipere eũ in nauim: & ſtatim fuit nauis ad terram quã ibãt. Altera die turba quę ſtabat trans mare: vidit quia nauicula alia non erat ibi niſi vna: & quia non introiſſet Ieſus cũ diſcipulis ſuis in nauim: ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent. Alię verò naues superuenerunt à Tiberiade: iuxta locũ vbi manducauerant panẽ: gratias agentes deo. Cũ ergo vidiſſet turba quia Ieſus nõ eſſet ibi, neq; diſcipuli eius: aſcenderũt in nauiculas: & venerunt Capharnaum: quęrentes Ieſum. Et cũ inueniſſent eũ trans mare: dixerunt ei. Rabbi: quando huc veniſti? Reſpondit Ieſus & dixit. Amen amen dico vobis: quęritis me: non quia vidiſtis ſigna: ſed quia manducaſtis ex panibus: & ſaturati eſtis. Operamini non cibũ qui perit, ſed qui permanet in vitam ęternã: quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater ſignauit Deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus: vt operemur opera dei? Reſpõdit Ieſus: & dixit eis. Hoc eſt opus dei: vt cre-

datis

datis eum quem miſit ipſe. Di-
xerunt ergo ei. Quod ergo tu
facis ſignũ: vt videamus & cre
damus tibi? Quid operaris? Pa-
tres noſtri manducauerũt mã-
na in deſerto: ſicut ſcriptũ eſt.
Panem de cælo dedit eis man-
ducare. Dixit ergo eis Ieſus.
Amen amen dico vobis: non
Moyſes dedit vobis panem de
cælo: ſed pater meus dat vobis
panem de cælo verum: panis
enim verus eſt: qui deſcẽdit de
cælo: & dat vitam mundo. Di
xerunt ergo ei. Domine: da no
bis ſemper hunc panem. Dixit
autem eis Ieſus. Ego ſum panis
vitæ. Qui venit ad me non eſu
riet: & qui credit in me: non ſi-
tiet vnquam. Offer. Si ambula-
uero in medio tribulationis: viuifi-
cabis me dñe: & ſuper irã inimico-
rũ meorũ extendens manũ tuam:
ſaluũ me fecit dextera tua. Sacra.

FAc nos domine quęſum⁹
ad ſancta myſteria purifi-
catis mentibus accedere: vt ti-
bi ſemper competens deſera-
mus obſequium. Per dominũ.
Communio. Tu mandaſti: man
data tua cuſtodiri nimis: Vtinam di-
rigantur viæ meæ ad cuſtodiendas
iuſtificationes tuas. Poſt cõmu.

SAcramenti tui domine ve
neranda perceptio: & my
ſtico nos mũdet effectu: & per
petua virtute defendat. Per.
Super populum. Oratio.

PVrifica quæſumus domi-
ne tuorum corda fideliũ:
vt terrena cupiditate mũdati,
& præſentis vitę periculis exuã
tur, & perpetuis donis firmen-
tur. Per dominum noſtrum.

¶ Feria. vj. Statio ad ſanctum
Laurẽtium in Lucina. Officiũ.

FAc mecum domine
ſignũ in bonũ: vt vi-
deant qui me oderũt
& confundãtur: quo
niam tu domine adiuuiſti me: & cõ
ſolatus es me. ℣. Inclina domine
aurem tuam & exaudi me: quoniã
inops & pauper ſum ego. Oratio.

IEiunia noſtra quęſumus do
mine benigno fauore proſe
quere: vt ſicut ab alimentis in
corpore, ita à vitijs ieiunemus
in mente. Per dominum.

¶ Lectio libri Numerorũ.c.xx.

IN diebus illis: Conuenerũt
filij Iſrael ad Moyſen & Aa

ron: & conuerſi in ſeditionem dixerunt. Da nobis aquam:vt bibamus. Ingreſſuſq; Moyſes & Aaron dimiſſa multitudine in tabernaculum fœderis: corruerũt proni in terrã: clamaueruntq; ad dominũ: atq; dixerunt.Dñe deus:exaudi clamorem populi huius: & aperi eis theſaurum tuum, fontẽ aquæ viuæ:vt ſatiati:ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini ſuper eos. Locutuſque eſt dñs ad Moyſen dicens. Tolle virgam:& congrega populũ tu & Aarõ frater tuus: & loquimini ad petram coram eis:& illa dabit aquas. Cũq; eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo & iumẽta eius. Tulit ergo Moyſes virgã quæ erat in conſpectu domini:ſicut præceperat ei:congregata multitudine ante petram: dixitq; eis. Audite rebelles & increduli. Num de petra hac:aquam vobis poterimus eijcere? Cũque eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem: egreſſæ ſunt aquæ largiſsimæ: ita vt populus biberet & iumẽta ei⁹. Dixitq; dominus ad Moyſen & Aaron. Quia nõ crediḋiſtis mihi: vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael:non introducetis hos populos in terram quã dabo eis. Hæc eſt aqua contradictionis: vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra dominum:& ſanctificatus eſt in eis. ℟. In deo ſperauit cor meum & adiutus ſum: & refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui:deus meus ne ſileas, neque diſcedas à me. ¶ Euãgeliũ ſecundùm Ioannem. Cap.iiij.

IN illo tẽpore: Venit dominus Ieſus in ciuitatẽ Samariæ quæ dicitur Sychar: iuxta prædium quod dedit Iacob filio ſuo Ioſeph. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere:ſedebat ſic ſuper fontem: hora autẽ erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Ieſus. Da mihi bibere. Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem: vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier Samaritana. Quomodo tu Iudæus cùm ſis: bibere à me petis: quæ ſum mulier Samarita

maritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.Reſpondit Ieſus:& dixit ei.Si ſcires donum dei: & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo:& dediſſet tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine: neq; in quo haurias habes: & puteus altus eſt. Vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob:qui dedit nobis puteum:& ipſe ex eo bibit:& filij eius & pecora eius? Reſpondit Ieſus:& dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quã ego dabo ei: non ſitiet in æternum: ſed aqua quam dabo ei: fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier. Domine: da mihi hãc aquam:vt non ſitiam: neq; veniam huc haurire. Dicit ei Ieſus.Vade voca virum tuum:& veni huc.Reſpondit mulier:& dixit.Non habeo virum.Dixit ei Ieſus. Benè dixiſti quia non habeo virũ: quinq; enim viros habuiſti,& hũc quẽ habes: nõ eſt tuus vir. Hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier. Dñe video qꝗ propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerũt: & vos dicitis: quia Ieroſolymis eſt locus:vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus.Mulier:crede mihi: qꝗ veniet hora:quãdo nec in mõte hoc: nec in Ieroſolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora & nũc eſt:quãdo veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate:nam & pater tales quęrit qui adorẽt eũ.Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eũ: in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier.Scio quia Meſſias venit: qui dicitur Chriſtus. Cũ ergo venerit: ille nobis annũtiabit omnia. Dicit ei Ieſus. Ego ſum:qui loquor tecum.Et continuò venerũt diſcipuli eiꝰ: & mirabantur quia cũ muliere loquebatur:nemo tamen dixit quid quęris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam ſuam mulier: & abijt in ciuitatẽ:& dicit illis hominibꝰ. Venite & videte hominẽ: qui

dixit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Exierũt ergo de ciuitate: & veniebant ad eum. Interea rogabant eum diſcipuli dicentes. Rabbi: manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli adinuicem. Nũquid aliquis attulit ei mãducare? Dicit eis Ieſus. Meꝰ cibus eſt: vt faciam volũtatem eius qui miſit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quòd adhuc quatuor menſes ſunt: & meſsis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros: & videte regiones: quia albæ ſunt iam ad meſſem: & qui metit, mercedem accipit: & congregat fructum in vitam æternã: vt & qui ſeminat ſimul gaudeat: & qui metit. In hoc eſt enĩ verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat: & alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere: quod vos non laboraſtis. Alij laborauerunt: & vos in labores eorũ introiſtis. Ex ciuitate autem illa multi crediderũt in eum Samaritanorum: propter verbũ mulieris teſtimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani: rogauerunt eum, vt ibi maneret: & manſit ibi duos dies: & multò plures crediderunt propter ſermonem eius. Et mulieri dicebant. Quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipſi enim audiuimꝰ & ſcimus: quia hic eſt verè ſaluator mundi. Offer. Intende voci orationis meæ rex meus & deus meus: quoniam ad te orabo domine. Sacra.

RESpice domine propitius ad munera quæ ſacramꝰ: vt & tibi grata ſint, & nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per.

Commu. Qui biberit aquam quã ego dabo, dicit dominus Samaritanæ: fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Poſt commu.

HVius nos domine perceptio ſacramenti mũdet à crimine: & ad cæleſtia regna perducat. Per dominum.

Super populum. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt qui in tua protectione confidimus, cuncta

no-

nobis aduerſantia, te adiuuante, vincamus. Per dominum.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctam Suſannam. Officium.

VErba mea aurib' percipe domine: intellige clamorem meũ: intende voci orationis meæ. ℣. Quoniam ad te orabo domine: manè exaudies vocem meam. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt qui ſe, affligẽdo carnẽ, ab alimẽtis abſtinẽt, ſectando iuſtitiam à culpa ieiunent. Per dominũ. ¶ Lectio Danielis prophetæ. Cap. xiij.

IN diebus illis: Erat vir in Babylone: & nomen eius Ioachim: & accepit vxorem nomine Suſannam filiam Helchiæ: pulchram nimis: & timentem deum. Parentes enim illius cũ eſſent iuſti: erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi. Erat autẽ Ioachim diues valde: & erat ei pomarium vicinũ domui ſuæ: & ad ipſum cõfluebant Iudæi: eo quòd eſſet honorabilior omnium. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo: de quibus locutus eſt dominus: quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus: qui videbantur regere populum. Iſti frequentabant domum Ioachim: & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cũ autẽ populus reuertiſſet per meridiẽ: ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui: & videbant eam ſenes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius. Et euerterũt ſenſum ſuũ: & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælũ: neq; recordarentur iudiciorũ iuſtorum. Factũ eſt autem: cũ obſeruarent diem aptũ quãdo eã poſſent inuenire ſolã: ingreſſa eſt aliquãdo ſicut heri & nudiuſtertius cũ duab' ſolis puellis: voluitq; lauari in pomario: ęſtus quippe erat. Et nõ erat ibi quiſquã præter duos ſenes abſconditos: contẽplantes eã. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleũ & ſmigmata: & oſtia pomarij claudite vt lauer. Cũ autẽ egreſſę eſſent puellę: ſurrexe-

runt duo ſenes: & accurrerunt ad eam:& dixerunt. Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt: & nemo nos videt: quamo brẽ aſſentire nobis:& commiſcere nobiſcũ. Quod ſi nolueris: dicemus te-monium contra te: quod fuerit tecũ iuuenis:& ob hanc cauſam emiſeris puellas à te. Ingemuitq́ue Suſanna:& ait. Anguſtiæ ſunt mihi vndiq;. Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero: non effugiam manus veſtras. Sed meliùs mihi eſt abſque opere incidere in manus hominum: quàm peccare in conſpectu domini. Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerũt autem & ſenes aduerſus eam. Cùm autem audiſſent clamorem in pomario famuli domus: irruerũt per poſticum: vt viderent quidnã eſſet. Poſtquam autẽ ſenes locuti ſunt: erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cumq́ue veniſſet populus ad virum eius Ioachim: venerunt & duo presbyteri, pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam: vt interficerent eam: & dixerunt coram populo. Mittite ad Suſannam filiam Helchiæ: vxorem Ioachim. Et ſtatim miſerunt: & venit cum parentibus & filijs:& vniuerſis cognatis ſuis. Flebãt igitur ſui: & omnes qui nouerant eam. Conſurgentes autem duo preſbyteri in medio populi: poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius: quæ flens ſuſpexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in domino: & dixerunt presbyteri. Cũ deambularemus in pomario ſoli: ingreſſa eſt hæc cũ duabus puellis: & clauſit oſtium pomarij: & dimiſit à ſe puellas: venitq; ad eam adoleſcens qui erat abſconditus: & concubuit cum ea. Porrò nos cùm eſſemus in angulo pomarij: videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos: & vidimus eos pariter commiſceri:& illum quidem non quiuimus cõprehendere: quia fortior nobis erat: & aperto oſtio, exiliuit. Hanc autẽ cùm apprehẽdiſſemus: interrogauimus quiſnã eſſet adoleſcens: & noluit indicare nobis. Huius rei teſtes

ſtes ſumus. Credidit eis multitudo, quaſi ſenioribus populi, & iudicibus: & condẽnauerũt eam ad mortẽ. Exclamauit autẽ voce magna Suſanna: & dixit. Deus æterne: qui abſcondi torũ es cognitor: qui noſti oĩa antequam fiant: tu ſcis quoniã falſum teſtimoniũ tulerunt cõtra me. Et ecce morior: cũ nihil horum fecerim: quæ iſti malitioſè compoſuerũt aduerſum me. Exaudiuit autẽ dñs vocem eius. Cũq; duceretur ad mortẽ: ſuſcitauit deus ſpiritum pueri iunioris: cui nomen Daniel: & exclamauit voce magna. Mundus ego ſum à ſanguine huius. Et conuerſus omnis populus ad eũ dixit. Quis eſt ſermo iſte: quem tu loqueris? Qui cũ ſtaret in medio eorum ait. Sic fatui filij Iſrael: non iudicantes, nec quod verum eſt cognoſcẽtes: condemnaſtis filiam Iſrael? Reuertimini ad iudiciũ: quia falſum teſtimoniũ locuti ſunt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo omnis populus cũ feſtinatione: & dixit ad eos Daniel. Separate illos abinuicem procul: & dijudicabo eos. Cũ ergo diuiſi eſſent alter ab altero: vocauit vnum de eis: & dixit ad eũ. Inueterate dierum malorum: nunc venerũt peccata tua quæ operabaris priùs: iudicans iudicia iniuſta: innocentes opprimens: & dimittens noxios: dicẽte domino, Innocentẽ & iuſtum non interficies. Nunc ergo ſi vidiſti eã: dic ſub qua arbore videris eos loquentes ſibi. Qui ait. Sub Schino. Dixit autem Daniel. Rectè mentitus es in caput tuũ. Ecce enim angelus domini: accepta ſentẽtia ab eo: ſcindet te mediũ. Et amoto eo, iuſsit venire alterũ: & dixit ei. Semen Chanaan & non Iuda: ſpecies decepit te: & concupiſcentia ſubuertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabus Iſrael: & illæ timentes loquebantur vobis: ſed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram. Nunc ergo dic mihi: ſub qua arbore cõprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait. Sub prino Dixit autem Daniel. Rectè mentitus es & tu in caput tuũ: manet enim angelus domini gladiũ habẽs:

vt ſecet te medium: & interficiat vos. Exclamauit itaque oĩs cœtus voce magna: & benedixerunt deum: qui ſaluat ſperãtes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos presbyteros: conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo: falſum dixiſſe teſtimoniũ. Feceruntq; eis ſicut malè egerant aduerſus proximum: & interfecerunt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius: in illa die. ℞. Si ambulem in medio vmbræ mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es domine. ℣. Virga tua & baculus tuus: ipſa me cõſolata ſunt.

¶ Euangelium ſecundùm Ioãnem. Capite. viij.

IN illo tempore: Perrexit dominus Ieſus in mõtem Oliueti: & diluculo iterum venit in templum: & omnis populus venit ad eum: & ſedens docebat eos. Adducunt autem ſcribæ & phariſæi mulierẽ in adulterio depræhenſam: & ſtatuerunt eam in medio: & dixerũt ei. Magiſter: hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio: in lege autem: Moyſes mandauit nobis, huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant, tentantes eum: vt poſſent accuſare eum. Ieſus autẽ inclinãs ſe deorſum: digito ſcribebat in terra. Cũ autem perſeuerarent interrogantes eũ: erexit ſe: & dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum: primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans: ſcribebat in terra. Audientes autẽ hæc: vnus poſt vnum exibant: incipientes à ſenioribus. Et remanſit ſolus Ieſus: & mulier in medio ſtans. Erigens autem ſe Ieſus: dixit ei. Mulier: vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit. Nemo domine. Dixit autem ei Ieſus. Nec ego te cõdemnabo. Vade: & amplius iam noli peccare. Offert. Greſſus meos dirige dñe ſecundùm eloquium tuum: vt nõ dominetur mei omnis iniuſtitia. Sacra.

COncede quæſum⁹ omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatum, fragilitatẽ noſtrã ab omni malo purget ſemper & muniat. Per. Cõ. Nemo te cõdẽnauit mulier? nemo domine. neq; ego te condẽnabo: iã amplius

amplius

amplius noli peccare. Poſt cõm.

QVæſumus omnipotens deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori cõicamus & ſanguini. Qui te. vi. Super populũ. Orõ.

PRætende domine fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant: & quæ dignè poſtulant aſſequantur. Per dominum.

Dominica quarta in. xl. Statio ad ſanctã Crucem in Ieruſalem. Officium.

LAEtare Ieruſalem: & conuentum facite omnes qui diligitis eã. Gaudete cũ lętitia qui in triſtitia fuiſtis: vt exultetis: & ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtræ. ℣. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Oratio.

COncede quæſum⁹ omnipotẽs deus: vt qui ex merito nrãe actionis affligimur, tuę gratiæ cõſolatione reſpiremus. Per. ¶ Ad Galatas. c. iiij.

FRatres: Scriptum eſt: quoniã Abraham duos filios habuit: vnũ de ancilla, & vnũ de libera. Sed qui de ancilla: ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera: per repromiſſionẽ. Quæ ſunt per allegoriã dicta. Hęc enim ſunt duo teſtamenta: vnum quidem in monte Sina in ſeruitutẽ generans: quę eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia: qui cõiũctus eſt ei quæ nunc eſt Ieruſalẽ: & ſeruit cũ filijs ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalẽ libera eſt: quæ eſt mater noſtra. Scriptũ eſt enim. Lętare ſterilis quę nõ paris: erũpe & clama quæ non parturis: quia multi filij deſertæ: magis q̃ eius quæ habet virum. Nos autem fratres: ſecundùm Iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed quomodo tũc is qui ſecundùm carnem natus fuerat: perſequebatur eum qui ſecundùm ſpiritum: ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ: cũ filio liberæ. Itaq; fratres: nõ ſumus ancillæ filij: ſed liberæ. Qua libertate: Chriſtus non liberauit. ℟. Lętatus ſum in his quę dicta

dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Tractus. Qui confidunt in domino, ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum: qui habitat in Ieruſalem. ℣. Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi ſui: ex hoc nunc: & vſq; in ſeculum.

¶ Euangeliũ ſecundùm Ioannem. Capite. vj.

IN illo tẽpore: Abijt dominus Ieſus trans mare Galilęæ, quod eſt Tyberiadis: & ſequebatur eum multitudo magna: quia videbant ſigna quæ faciebat: ſuper his qui infirmabantur. Subijt ergo in mõtem Ieſus: & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximum paſcha: dies feſtus Iudęorũ. Cùm ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus: & vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eũ: dicit ad Philippum. Vnde ememus panes: vt manducent hi? Hoc autẽ dicebat tẽtans eum: ipſe enim ſciebat: quid eſſet facturus. Reſpõdit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquiſq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius: Andreas, frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hîc: qui habet quinque panes hordeaceos: & duos piſces. Sed hęc quid ſunt inter tantos? Dixit ergo Ieſus. Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnũ multũ in loco. Diſcubuerunt ergo viri: numero quaſi quinq; millia. Accepit ergo Ieſus panes: & cùm gratias egiſſet: diſtribuit diſcũbentibus. Similiter & ex piſcibus: quantum volebant. Vt autem impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. Colligite quæ ſuperauerunt fragmẽta: ne pereãt. Collegerunt ergo: & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinq; panibus hordeaceis: quæ ſuperfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cùm vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum: dicebãt. Quia hic eſt verè ꝓpheta: qui venturus eſt in mundum. Offerto. Laudate dominum quoniã benignus eſt: pſallite nomini eius quoniam ſuauis eſt. Omnia quæcunque voluit: fecit in cælo & in terra.

terra. Sacra:

SAcrificijs præſentibus quę-ſumus domine intende placatus: vt & deuotioni noſtræ proficiát &ſaluti. Per. (Cómunio.) Ieruſalē quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius, in id ipſum: illuc enim aſcenderunt tribus tribus domini: ad confitendum nomini tuo domine. Poſt cōmu.

DA nobis miſericors de⁹: vt ſancta tua quibus inceſsáter explemur, ſinceris tractemus obſequijs: & ſemper fideli mēte ſumamus. Per. Alia. Non tamen dicantur ſub vno. Per dominum.

DEus qui in deſerti regione multitudinem populi tua virtute ſatiaſti: in huius quoq; ſeculi tranſeuntis excurſu, victum nobis ſpiritalem, ne deficiamus, impende. Qui vi.

¶ Feria.ij. Statio ad ſanctos.iiij. Coronatos. Officium.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me. De⁹ exaudi orationem meā. ℣. Quoniā alieni inſurrexerunt aduerſum me: & fortés quæſierunt animā meā. Oro.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus & mente. Per dominum noſtrum. ¶ Lectio libri Regum.iij. Capite.iij.

IN diebus illis: Venerūt duę mulieres meretrices ad regem Salomonem: ſteteruntque coram eo. Quarum vna ait. Obſecro mi domine: ego & mulier hæc habitabamus in domo vna: & peperi apud eam in cubiculo: tertia verò die poſtquam ego peperi: peperit & hæc. Et eramus ſimul: nulluſq; alius in domo nobiſcum: exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppreſsit eum: & conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio: tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis: & collocauit in ſinu ſuo: ſuum autem filium, qui erat mortuus: poſuit in ſinu meo. Cumq; ſurrexiſſem manè, vt darē lac filio meo: apparuit

ruit mortuus. Quē diligentiùs intuens clara luce: deprehendi non eſſe meum, quem genueram. Reſponditq; ei altera mulier. Non eſt ita: ſed filius tuus mortuus eſt: meus autē viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris: filius quippe meus viuit: & filius tuus mortuus eſt. Atq; in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait. Hęc dicit: filius meus viuit: & filius tuus mortuus eſt: & iſta reſpōdit nō: ſed filius tuus mortuus eſt: & filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiū. Cumq; attuliſſent gladium coram rege ait. Diuidite infantē viuū in duas partes: & date dimidiam partem vni: & dimidiam partem alteri. Dixit autē mulier, cuius filius erat viuus, ad regem: (cōmota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo.) Obſecro domine: date illi infantem viuum: & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec mihi, nec tibi ſit: ſed diuidatur. Reſpōdit rex, & ait. Date huic infantem viuū: & nō occidatur: hæc eſt enim mater eius. Audiuit itaq; omnis populus iudicium quod iudicaſſet rex: & timuerūt regē: videntes ſapientiam dei eſſe in eo: ad faciendum iudicium. ℟. Eſto mihi in deum protectorē & in locum refugij: vt ſaluum me facias. ℣. Deus in te ſperaui dñe: nō confundar in æternū. ¶ Euangelium ſecundùm Ioānem. c. ij.

IN illo tempore: Propè erat paſcha Iudæorum: & aſcendit dñs Ieſus Ieroſolymam: & inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas: & numularios ſedentes. Et cùm feciſſet quaſi flagellū de funiculis: omnes eiecit de templo. Oues quoque & boues: & numulariorum effudit æs: & mēſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebant dixit. Auferte iſta hinc: & nolite facere domū patris mei: domum negociationis. Recordati verò ſunt diſcipuli eius: quia ſcriptū eſt: zelus domus tuę comedit me. Reſpōderunt ergo Iudæi: & dixerūt ei. Quod ſignum oſtēdis nobis: q̄a hæc facis? Reſpondit Ieſus & dixit eis. Soluite tēplū hoc

hoc:& in tribus diebus excita-
bo illud. Dixerunt ergo Iudęi.
Quadraginta & ſex annis ædi
ficatum eſt templum hoc: &
tu in tribus diebus excitabis il-
lud? Ille autem dicebat:de tem
plo corporis ſui. Cùm ergo re-
ſurrexiſſet à mortuis:recorda-
ti ſunt diſcipuli eius: quia hoc
dicebat de corpore ſuo:& cre-
diderunt ſcripturę:& ſermoni
quem dixit Ieſus. Cùm autem
eſſent Ieroſolymis in paſcha
in die feſto: multi crediderunt
in nomine eius: videntes ſigna
quæ faciebat. Ipſe autem Ieſus
non credebat ſemetipſum eis:
eo ꝙ ipſe noſſet oẽs: & quia ei
opus non erat: vt quis teſtimo
nium perhiberet de homine.
Ipſe enim ſciebat:quid eſſet in
homine. Offert. Iubilate deo o-
mnis terra:ſeruite dño in lætitia:in
trate in cõſpectu ei⁹ in exultatiõe:
quia dñs ipſe eſt deus. Sacra.

OBlatum tibi dñe ſacrifi-
cium: viuificet nos ſem
per & muniat. Per dominum.
Commu. Ab occultis meis mun
da me domine: & ab alienis parce
ſeruo tuo. Post cõmunio.

SVmptis domine ſalutari-
bus ſacramẽtis:quæſumus
ad redemptionis æternę profi-
ciamus augmentum. Per.
Super populum. Oratio.

DEprecationem noſtram
quęſumus domine beni
gnus exaudi: & quibus ſuppli-
candi præſtas affectum,tribue
defenſionis auxilium. Per.

¶Feria. iij. Statio ad ſanctum
Laurentiũ in Damaſco. Offm̃.

EXaudi deus oratio-
nem meã: & ne de-
ſpexeris deprecatio
nem meam: intẽde
in me & exaudi me. ℣. Contriſta-
tus ſum in exercitatione mea:& cõ
turbatus ſum à voce inimici & à tri
bulatione peccatoris. Oratio.

SAcræ nobis quęſumus dñe
obſeruatiõis ieiunia: & piæ
conuerſationis augmẽtum: &
tuę propitiationis continuum
præſtent auxiliũ. Per dominũ.

¶Lectio libri Exodi. ca.xxxij.

IN diebus illis: Locutus eſt
dñs ad Moyſen dicens. De-
ſcẽde de mõte: peccauit enim
populus tuus: quẽ eduxiſti de
terra Ægypti. Receſſerunt citò
de via

de via quam oſtendiſti eis: fe-
ceruntq; ſibi vitulum conflati
lem:& adorauerunt:immolā-
teſq;ei hoſtias dixerūt.Iſti ſunt
dij tui Iſrael: qui eduxerunt te
de terra Ægypti.Rurſumq; ait
dn̄s ad Moyſen. Cerno ꝙ po-
pulus iſte duræ ceruicis ſit: di-
mitte me vt iraſcat̃ furor meus
contra eos:& deleā eos:faciāq;
te in gētem magnam. Moyſes
autem: orabat dn̄m deum ſuū
dicens. Cur domine iraſcitur
furor tuus cōtra populū tuum:
quē eduxiſti de terra Ægypti:
in fortitudine magna & in ma
nu robuſta? Ne quæſo dicant
Ægyptij: callidè eduxit eos vt
interficeret in montibus:& de
leret de terra. Quieſcat ira tua:
& eſto placabilis ſuper nequi-
tia populi tui.Recordare Abra
ham, Iſaac & Iſrael ſeruorum
tuorū:quibus iuraſti per temet
ipſum dicens. Multiplicabo ſe
men veſtrum ſicut ſtellas cæli:
& vniuerſam terram hanc de
qua locutus ſum dabo ſemini
veſtro: & poſsidebitis eā ſem-
per. Placatuſq; eſt dominus ne
faceret malū:quod locutus fue
rat aduerſus populum ſuū. Et
miſertus eſt populo ſuo: domi
nus deus noſter. ℟. Exurge do
mine fer opem nobis:& libera nos
propter nomen tuum. ℣. Deus au
ribus noſtris audiuimus:patres no-
ſtri annūtiauerūt nobis:opus quod
operatus es in diebus eorum: & in
diebus antiquis. ¶ Euangelium
ſecundùm Ioannem. Cap. vij.

IN illo tempore: Iam die fe-
ſto mediante: aſcendit dn̄s
Ieſus in templū:& docebat. Et
mirabātur Iudæi dicētes. Quo
modo hic literas ſcit: cùm nō
didicerit? Reſpondit eis Ieſus:
& dixit. Mea doctrina non eſt
mea: ſed eius qui miſit me. Si-
quis voluerit voluntatem eius
facere:cognoſcet de doctrina,
vtrum ex deo ſit:an ego à me-
ipſo loquar. Qui à ſemetipſo
loquitur:gloriam propriā quæ
rit: qui autem quærit gloriam
eius qui miſit illum: hic verax
eſt: & iniuſtitia in illo non eſt.
Nonne Moyſes dedit vobis le
gem:& nemo ex vobis facit le
gem? Quid me quæritis interfi
cere? Reſpondit turba: & dixit.
Dæmoniū habes. Quis te quę-
rit

rit interficere? Reſpŏdit Ieſus: &dixit eis. Vnum opus feci: & oẽs miramini. Propterea Moyſes dedit vobis circũciſionem: non quia ex Moyſe eſt: ſed ex patribus: & in ſabbato circũciditis hominẽ. Si circunciſionẽ accipit homo in ſabbato: vt nõ ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini: quia totum hominem ſaluũ feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecũdùm faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidã: ex Ieroſolymis. Nõne hic eſt quẽ quærunt Iudæi interficere? Et ecce palã loquitur: & nihil ei dicũt. Nũquid verè cognouerũt principes: quia hic eſt Chriſtus? Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autẽ cũ venerit: nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo docens in tẽplo Ieſus dicens. Et me ſcitis: & vnde ſim ſcitis? Et à meipſo non veni: ſed eſt verus qui miſit me: quẽ vos neſcitis. Ego ſcio eum. Et ſi dixero, quia neſcio eum: ero ſimilis vobis mẽdax. Sed ſcio eum: quia ab ipſo ſum: & ipſe me miſit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo miſit in eum manus: quia nondũ venerat hora eius. De turba autẽ: multi crediderunt in eum. Offert. Expectans expectaui dñm: & reſpexit me: & exaudiuit deprecationem meã: & immiſit in os meum canticũ nouũ: hymnum deo noſtro. Sacra.

HÆc hoſtia dñe quęſum᷒ emundet nr̃a delicta: & ad ſacrificiũ celebrandũ, ſubditorũ tibi corpora mẽteſq; ſanctificet. Per. Cõmu. Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine dñi dei nr̃i magnificabimur. Poſt cõm.

HVius nos domine perceptio ſacramenti mũdet à crimine, & ad cæleſtia regna perducat. Per dominum.

Super populum. Oratio.

MIſerere quæſumus domine populo tuo: & cõtinuis tribulationibus laborantem, propitius reſpirare concede. Per dominum noſtrum.

¶ Feria quarta. Statio ad ſanctum Paulum. Officium.

CVM ſanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuerſis terris: & effundam

dam ſuper vos aquam mundam:& mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris:& dabo vobis ſpiritum nouum. ℣. Benedicam dominum in omni tēpore: ſemper laus eius in ore meo. Hic dicitur. Dominus vobiſcum. Oratio.

DEus qui & iuſtis præmia meritorum: & peccatoribus per ieiunium veniā præbes, miſerere ſupplicibus tuis: vt reatus noſtri cōfeſsio: indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominū. ¶ Lectio Ezechielis prophetæ. c.xxxvj.

HÆc dicit dn̄s deus. Sanctificabo nomē meum magnum: vt ſciant gētes, quia ego dn̄s: cùm ſanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus:& cōgregabo vos de vniuerſis terris:& adducam vos in terrā veſtram. Et effundam ſuper vos aquam mundam:& mundabimini ab omnibus inquinamētis veſtris:& ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: & ſpiritum nouum ponā in medio veſtri. Et auferam cor lapideū de carne veſtra:& dabo vobis cor carneum: & ſpiritum meum ponam in medio veſtri. Et faciā vt in præceptis meis ambuletis: & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus veſtris: & eritis mihi in populū: & ego ero vobis in deum. Dicit dominus: omnipotens. ℟. Venite filij audite me: timorē domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum,& illuminamini: & facies veſtræ non confundentur. Hic dicitur Oremus. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua caſtigāt, ipſa quoq; deuotio ſancta lætificet: vt terrenis affectibus mitigatis, faciliùs cæleſtia capiamus. Per.

¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. ca.j.

HÆc dicit dn̄s deus. Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſè: diſcite benefacere. Quęrite iudiciū: ſubuenite oppreſſo: iudicate pupillo: defendite viduam: & venite & arguite me dicit dominus.

nus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum: quaſi nix dealbabuntur. Et ſi fuerint rubra quaſi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis & audieritis me: bona terræ comedetis. Dicit dominus: omnipotens.

℟. Beata gens cuius eſt dñs deus eorum: populus quem elegit dominus in hæreditatem ſibi. ℣. Verbo domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. ¶ Euãgelium ſecundùm Ioãnẽ. c. ix.

IN illo tempore: Præteriens dñs Ieſus: vidit hominẽ cæcum à natiuitate: & interrogauerunt eũ diſcipuli ſui. Rabbi: quis peccauit: hic aut parentes eius: vt cæcus naſceretur? Reſpondit Ieſus. Nec hic peccauit: neq; parẽtes eius: ſed vt manifeſtẽtur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me: donec dies eſt. Venit nox: quãdo nemo poteſt operari. Quandiu in mundo ſum: lux ſum mundi. Hæc cùm dixiſſet: expuit in terram: & fecit lutum ex ſputo; & liniuit lutũ ſuper oculos ei⁹: & dixit ei. Vade, & laua in natatoria Siloe: (quod interpretatur miſſus.) Abijt ergo & lauit: & venit videns. Itaq; vicini & qui viderant eum priùs quia mendicus erat: dicebant. Nonne hic eſt qui ſedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic eſt: alij autem, nequaquã: ſed ſimilis eius eſt. Ille verò dicebat: quia ego ſum. Dicebãt ergo ei. Quomodo aperti ſunt oculi tui? Reſpondit. Ille homo qui dicitur Ieſus: lutum fecit ex ſputo: & liniuit oculos meos: & dixit mihi: vade ad natatoriã Siloe, & laua: & abij: & laui, & video. Et dixerũt ei. Vbi eſt ille? Ait. Neſcio. Adducũt eũ ad phariſęos: qui cæcus fuerat. Erat autẽ ſabbatũ: quãdo lutum fecit Ieſus: & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum phariſæi quomodo vidiſſet: ille autem dixit eis. Lutum poſuit mihi ſuper oculos: & laui, & video. Dicebãt ergo ex phariſęis quidam. Non eſt hic homo à deo: qui ſabbatũ non cuſtodit. Alij dicebant. Quomodo poteſt homo peccator: hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter

eos. Dicunt ergo cęco iterum. Tu quid dicis de eo: qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta eſt. Non crediderũt ergo Iudęi de illo quia cæcus fuiſſet, & vidiſſet: donec vocauerunt parentes eius qui viderat: & interrogauerũt eos dicentes. Hic eſt filius veſter: quẽ vos dicitis quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? Reſponderunt ei parentes ei⁹: & dixerũt. Scimus quia hic eſt filius noſter: & quia cæcus natus eſt. Quomodo autẽ nũc videat, neſcimus: aut quis aperuit eius oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate: ætatẽ habet: ipſe de ſe loquatur. Hęc dixerunt parentes eius: quia timebant Iudæos: iam enim cõſpirauerãt Iudæi: vt ſiquis eum confiteretur eſſe Chriſtum: extra ſynagogam fieret: propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet: ipſum interrogate. Vocauerũt ergo rurſum hominem qui fuerat cæcus: & dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos ſcimus: qa hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille. Si peccator eſt, neſcio: vnũ ſcio: quia cæcus cũ eſſem: modò video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis. Dixi vobis iam: & audiſtis: quid iterũ vultis audire? Nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei: & dixerunt. Tu diſcipulus eius ſis: nos autem diſcipuli Moyſi ſumus. Nos ſcimus: quia Moyſi locutus eſt deus: hũc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo: & dixit eis. In hoc enim mirabile eſt: quia vos neſcitis vnde ſit: & aperuit oculos meos. Scimus autem: quia peccatores deus non audit. Sed ſiquis dei cultor eſt: & voluntatem eius facit: hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum: quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à deo: non poterat facere quicquam. Reſponderunt: & dixerũt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Ieſus: quia eiecerunt eum foras: & cùm inueniſſet eum, dixit ei. Tu credis in filium dei? Reſpõ

dit

dit ille & dixit. Quis eſt domine: vt credam in eum? Et dixit ei Ieſus. Et vidiſti eū: & qui loquitur tecū ipſe eſt. At ille ait. Credo domine. Et procidens: adorauit eum. Offer. Benedicite gentes dominum deum noſtrū: & obaudite vocem laudis eius: qui poſuit animam meam ad vitam: & non dedit cõmoueri pedes meos. Benedictus dominus: qui non amouit deprecationem meã & miſericordiam ſuam à me. Sacra.

SVpplices te domine rogamus: vt his ſacrificijs peccata noſtra mundentur, quia tunc veram nobis tribuis mentis & corporis ſanitatem. Per. Cómu. Lutum ex ſputo dominus fecit: & liniuit oculos meos: & abij & laui: & credidi deo. Poſt cóm.

SAcramenta quæ ſumpſimus dn̄e deus noſter: & ſpiritualibus nos repleant alimētis, & corporalibus tueãtur auxilijs. Per dominum noſtrum.

Super populum. Oratio.

PAteát aures miſericordiæ tuæ dn̄e precibus ſupplicãtium: & vt petentibus deſiderata concedas, fac eos quæ tibi ſunt placita poſtulare. Per.

¶ Feria quinta. Statio ad ſanctum Syluestrum. Officium.

LÆtetur cor quærentium dn̄m: quærite dn̄m & confirmamini: quęrite faciē eius ſemper. ℣. Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius. Orõ.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua caſtigant, ipſa quoq; deuotio ſancta lætificet: vt terrenis affectib' mitigatis: faciliùs cæleſtia capiamus. Per. ¶ Lectio libri Regum.iiij. Cap.iiij.

IN diebus illis: Venit mulier Sunamitis ad Eliſęum prophetam in montem Carmeli. Cumq; vidiſſet eam vir dei de contra: ait ad Giezi puerum ſuum. Ecce Sunamitis illa venit: vade ergo in occurſum ei⁹: & dic ei. Rectè ne agitur circa te: & circa virum tuū, & circa filium tuū? Quæ reſpondit. Rectè. Et cùm veniſſet ad virū dei in montem: apprehēdit pedes eius. Et acceſſit Giezi: vt amoueret eam. Et ait homo dei.

Dimitte eam: quia anima eius in amaritudine eſt: & dominus celauit à me: & nõ indicauit mihi. Quę dixit illi. Nũquid petiui filium à domino meo? Nunquid non dixi tibi ne illudas me? At ille ait ad Giezi. Accinge lumbos tuos: & tolle baculum meum in manu tua, & vade: ſi occurrerit tibi homo: non ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiam: non reſpõdeas illi: & pone baculum meũ ſuper faciem pueri. Porrò mater pueri ait. Viuit dominus & viuit anima tua: non dimittã te. Surrexit ergo: & ſecutus eſt eã. Giezi autem præceſſerat ante eos: & poſuerat baculum ſuper faciem pueri: & nõ erat ei vox neq; ſenſus. Reuerſuſq; eſt in occurſum eius: & nuntiauit ei dicens. Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Eliſæus domũ: & ecce puer mortuus iacebat in lectulo ei⁹. Ingreſſuſq; clauſit oſtiũ ſuper ſe, & ſuper puerum: & orauit ad dominũ. Et aſcendit & incubuit ſuper puerum: poſuitq; os ſuum ſuper os eius: & oculos ſuos ſuper oculos ei⁹: & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſuper eum: & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus deambulabat in domo ſemel: huc atq; illuc. Et aſcendit & incuruauit ſe ſuper eum: & oſcitauit puer ſepties: aperuitq; oculos ſuos. At ille vocauit Giezi: & dixit ei. Voca Sunamitẽ hanc. Quæ vocata: ingreſſa eſt ad eũ. Qui ait. Tolle filium. Venit illa: & corruit ad pedes eius: & adorauit ſuper terram. Tulitq; filiũ ſuum: & egreſſa eſt. Eliſæus verò: reuerſus eſt in Galgala. ℟. Reſpice domine in teſtamentum tuum: & animas pauperum tuorũ ne obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge domine iudica cauſam meam: memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite. v.

IN illo tẽpore: Dixit dominus Ieſus turbis Iudæorum. Pater meus vſq; modò operatur: & ego operor. Propterea ergo magis quærebãt eum Iudæi interficere: quia nõ solùm ſoluebat ſabbatum: ſed & patrẽ ſuũ dicebat deũ: æqualem ſe fa-

ſe faciens deo. Reſpondit itaq; Ieſus, & dixit eis. Amen amen dico vobis: non poteſt filius à ſe facere quicquam: niſi quod viderit patrem facientē. Quæcunq; enim ille fecerit: hęc & filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filiū: & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit: & maiora his monſtrabit ei opera: vt vos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & viuificat: ſic & filius quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat quēquam: ſed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium: ſicut honorificant patrem. Qui nō honorificat filium: non honorificat patrem qui miſit illum. Amen amē dico vobis: quia qui verbū meū audit, & credit ei qui miſit me: habet vitam ęternam: & in iudicium non venit: ſed tranſiet à morte in vitam. Amen amē dico vobis: quia venit hora & nunc eſt: quando mortui audient vocem filij dei: & qui audierint viuēt. Sicut enim pater habet vitā in ſemetipſo: ſic dedit & filio vitā habere in ſemet ipſo. Et poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hora: in qua omnes qui in monumentis ſunt: audient vocē filij dei. Et procedent qui bona fecerūt in reſurrectionē vitæ: qui verò mala egerunt: in reſurrectionem iudicij. Offer. Domine ad adiuuandum me feſtina. Confundantur omnes: qui cogitant ſeruis tuis mala. Sacra.

PVrifica nos miſericors de' vt eccleſiæ tuæ preces quę tibi gratę ſunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mētibus gratiores. Per. Cōm. Dñe memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Deus docuiſti me à iuuentute mea: & vſque in ſenectam & ſenium: deus ne derelinquas me. Poſt cōmu.

CÆleſtia dona capiētibus quæſumus dñe: nō ad iudiciū prouenire patiaris, quæ fidelibus tuis ad remediū ꝓuidiſti. Per. Super populū. Oratio.

POpuli tui deus inſtitutor & rector: peccata quibus impugnatur expelle, vt ſemper tibi ſit placitus: & tuo munimine ſit ſecurus. Per dñm.

¶ Feria ſexta. Statio ad ſanctũ Euſebium. Officium.

MEditatio cordis mei in cõſpectu tuo ſemper: domine adiutor meus & redemptor meus. ℣. Cæli enarrant gloriam dei:& opera manuum eius annuntiat firmamentum. Oratio.

DEus qui ineffabilib⁹ mũdum rénouas ſacramentis:præſta quæſumus,vt eccleſia tua æternis proficiat inſtitutis:& temporalibus non deſtituatur auxilijs.Per.¶ Lectio libri Regum.iij. Capite.xvij.

IN diebus illis: Ægrotauit filius mulieris matrisfamilias: & erat lãguor fortiſsimus: ita vt nõ remaneret in eo halitus.Dixit ergo ad Eliam.Quid mihi &tibi vir dei?Ingreſſus es ad me vt rememorarentur iniquitates meę: & interficeres filium meum?Et ait ad eã Elias. Da mihi filium tuum. Tulitq; eum de ſinu illius: & portauit in cœnaculum vbi ipſe manebat: & poſuit ſuper lectũ ſuũ: & clamauit ad dominũ & dixit.Domine deus meus:etiam ne viduam apud quam ego vtcunque ſuſtentor afflixiſti: vt interficeres filium eius? Et expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus: clamauitque ad dominum & dixit. Domine deus meus: reuertatur obſecro anima pueri huius:in viſcera eius. Exaudiuitque dominus vocem Eliæ: & reuerſa eſt anima pueri intra eum: & reuixit. Tulitq; Elias puerũ:& depoſuit eum de cœnaculo in inferiorem domũ: & tradidit matri ſuæ: & ait illi. En viuit filius tuus.Dixitq; mulier ad Eliam.Nunc in iſto cognoui quoniam vir dei es tu:& verbum domini in ore tuo verum eſt. ℟. Bonum eſt confidere in domino: quàm confidere in homine. ℣. Bonum eſt ſperare in domino: quàm ſperare in principibus. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite.xj.

IN illo tempore: Erat quidã languens Lazarus à Bethania: de caſtello Mariæ & Marthæ ſororum eius. Maria autẽ erat quæ vnxit dñm vnguẽto: & exterſit pedes eius capillis ſuis:

ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum dicentes. Dñe: ecce quē amas infirmatur. Audiens autem Ieſus: dixit eis. Infirmitas hæc non eſt ad mortē: ſed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eā. Diligebat autem Ieſus Martham & ſororem eius Mariā, & Lazarū. Vt ergo audiuit quia infirmabat: tūc quidem manſit in eodē loco duobus diebus: deinde poſt hęc: dicit diſcipulis ſuis. Eamus in Iudæam iterū. Dicunt ei diſcipuli eius. Rabbi: nunc quærebant te Iudæi lapidare: & iterū vadis illuc? Reſpōdit Ieſus. Nonne duodecim horæ ſunt diei? Siquis ambulauerit in die nō offendit: quia lucem huius mundi videt: ſi autem ambulauerit in nocte offendit: qa lux nō eſt in eo. Hęc ait: & poſthęc dicit eis. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado: vt à ſomno excitē eum. Dixerunt ergo diſcipuli ei⁹. Dñe: ſi dormit ſaluus erit. Dixerat autē Ieſus de morte eius: illi autē putauerūt: ꝙ de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis Ieſus manifeſtè. Lazarus mortuus eſt: & gaudeo propter vos: vt credatis: quoniā non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicit Didymus: ad cōdiſcipulos. Eamus & nos: & moriamur cū eo. Venit itaq; Ieſus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habētem. Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi ſtadijs quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariā: vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit quia Ieſus venit: occurrit illi. Maria autē domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum. Dñe ſi fuiſſes hîc: frater meus nō fuiſſet mortuus. Sed & nūc ſcio: quia quæcunq; popoſceris à deo: dabit tibi deus. Dicit illi Ieſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia reſurget in reſurrectione: in nouiſsimo die. Dicit ei Ieſus. Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me: etiam ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me: nō moriet

in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; dñe. Ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei viui: qui in hunc mundum veniſti. Et cùm hoc dixiſſet: abijt & vocauit Mariam ſororem ſuã ſilentio dicens. Magiſter adeſt: & vocat te. Illa autem vt audiuit: ſurrexit citò: & venit ad eũ. Nondũ enim venerat Ieſus in caſtellum: ſed erat adhuc in illo loco: vbi occurrerat ei Martha. Iudæi igitur qui erãt cum ea in domo: & conſolabantur eam: cùm vidiſſent Mariã quia citò ſurrexit & exijt: ſecuti ſunt eã dicentes. Quia vadit ad monumentum: vt ploret ibi. Maria ergo cùm veniſſet vbi erat Ieſus: videns eũ, cecidit ad pedes eius: & dixit ei. Domine ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus frater meus. Ieſus autẽ vt vidit eam plorantem: & Iudæos qui venerant cum ea plorantes: infremuit ſpiritu: & turbauit ſeipſum: & dixit. Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Domine: veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autẽ ex eis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati: facere vt & hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo: venit ad monumentum. Erat autẽ ſpelũca: & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait ergo Ieſus. Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha: ſoror eius qui fuerat mortuus. Dñe iam fœtet: quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus. Nonne dixi tibi: quoniam ſi credideris: videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidẽ: Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis: dixit. Pater: gratias ago tibi: quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam: quia ſemper me audis: ſed propter populum qui circunſtat dixi: vt credãt quia tu me miſiſti. Hæc cùm dixiſſet: voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et ſtatim ꝓdijt qui fuerat mortuus: ligatus pedes & manus inſtitis: & facies eius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus. Soluite eum: & ſinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham: & viderunt quæ Ieſus fecerat: crediderũt in eũ.

Offer.

Offerto. Populum humilem ſaluum facies domine:& oculos ſuper borũ humiliabis : quoniã quis deus præter te domine? Sacra.

MVnera nos domine quę ſumus oblata purificẽt: & te nobis iugiter faciant eſſe placatum.Per. Communio. Videns dominus flentes ſorores Lazari ad monumentũ,lachrymatus eſt coram Iudæis & clamabat, Lazare veni foras:& prodijt ligatis manibus & pedibꝰ:qui fuerat quatriduanus mortuus. Poſt communio.

HÆc nos quæſumus dñe participatio ſacramẽti: & à proprijs reatibus indeſinẽter expediat,& ab omnibꝰ tueatur aduerſis.Per dominum.

Super populum. Oratio.

DA quęſumus omnipotẽs deus: vt qui infirmitatis noſtræ cõſcij de tua virtute cõfidimus, ſub tua ſemper protectione gaudeamus.Per dñm.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctum Nicolaum in carcere'. Officiũ.

SItientes venite ad aquas dicit dñs,& qui non habetis pretiũ: venite:bibite cũ lætitia.℣. Attendite popule meus legem meam:inclinate aurem veſtrã in verba oris mei. Oratio.

FIat domine quęſumus per gratiam tuam fructuoſus nr̃æ deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia,ſi tuæ ſint placita pietati.Per dominũ nr̃m. ¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. Capite.xlix.

HÆc dicit dñs deus.In tẽpore placito exaudiui te: & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Et ſeruaui te, & dedi te in fœdus populi:vt ſuſcitares terrã:& poſsideres hęreditates diſſipatas. Vt diceres his qui vincti ſunt,exite:& his qui in tenebris ſunt,reuelamini. Sup vias paſcẽtur: & in omnibus planis paſcua eorũ.Non eſuriẽt, neq; ſitiẽt:& nõ percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eorũ reget eos:& ad fontes aquarũ potabit eos.Et ponã omnes montes meos in viã: & ſemitę meæ exaltabuntur.Ecce iſti de lõgè veniẽt:& ecce illi ab Aquilone & mari:& iſti de terra Auſtrali. Laudate cæli, & exultet terra: iubilate mõtes laudẽ: quia

conſolatus eſt dominus populum ſuum: & pauperum ſuorũ miſerebitur. Et dixit Sió. Dereliquit me dominus: & dñs oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum: vt nó miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamẽ non obliuiſcar tui. Dicit dominus omnipotens. ℟. Tibi domine derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Vt quid domine receſsiſti longè: deſpicis in opportunitatibus in tribulatione? dum ſuperbit impius: incenditur pauper.

¶ Euange. ſecundũ Ioan. c. viij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus turbis Iudæorum. Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me: non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei phariſæi. Tu de teipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum nó eſt verum. Reſpondit Ieſus & dixit eis. Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo: teſtimoniũ meum verum eſt: quia ſcio vnde veni: & quò vado: vos autẽ neſcitis vnde venio: aut quò vado. Vos ſecundũ carnẽ iudicatis: ego nó iudico quẽquã. Et ſi iudico ego: iudiciũ meũ verũ eſt: quia ſolus nó ſum: ſed ego & qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptũ eſt: quia duorum hominũ teſtimonium verũ eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo: & teſtimoniũ perhibet de me: qui miſit me pater. Dicebãt ergo ei. Vbi eſt pater tuus? Reſpondit Ieſus. Neq; me ſcitis: neq; patrẽ meũ. Si me ſciretis: forſitan & patrẽ meũ ſciretis. Hęc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio: docẽs in tẽplo. Et nemo apprehẽdit eũ: quia necdũ venerat hora eius. Offert. Factus eſt dñs firmamentũ meũ: & refugiũ meũ: & liberator me⁹: ſperabo in eũ. Sacra

OBlationibus noſtris quæ ſumus domine placare ſuſceptis: & ad te noſtras etiã rebelles compelle propitius voluntates. Per. Có. Dñs regit me: & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit: ſuper aquam refectionis educauit me. Poſt cóio.

TVa nos quæſum⁹ dñe ſancta purificẽt: & operatione ſua nos tibi reddãt acceptos Per.

Per. Super populum. Oratio.

DEus qui ſperātibus in te miſereri poti⁹ eligis quā iraſci : da nobis dignè flere mala quæ fecimus, vt tuæ conſolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum noſtrum.

Dominica in paſſione. Statio ad S.Petrū. Offīn.

IVdica me deus & diſcerne cauſam meā de gēte non ſancta: ab homine iniquo & doloſo eripe me: q̄a tu es de⁹ me⁹ & fortitudo mea. ℣. Emitte lucē tuā & veritatē tuā: ipſa me deduxerunt & adduxerūt in montē ſanctū tuum: & in tabernacula tua. ℣. Gloria patri. non dicitur ad officiū vſq; ad paſcha : niſi in miſſa de feſto, ſi occurrerit, ſed finito verſu, iteratur officium. Oratio.

QVæſum⁹ omnipotēs de⁹: familiā tuā propitius reſpice, vt te largiente regatur in corpore: & te ſeruante cuſtodiatur in mente. Per.

¶ Ad Hebræos. Capite.ix.

FRatres: Chr̄us aſsiſtēs pōtifex futurorū bonorū: per-amplius & perfectius tabernaculū nō manufactū: id eſt non huius creationis : neq; per ſanguinē hircorū aut vitulorū: ſed per propriū ſanguinē introiuit ſemel in ſancta: ęterna redemptione inuēta. Si enim ſanguis hircorū & taurorū & cinis vitulę aſperſus: inquinatos ſanctificat ad emūdationē carnis: quāto magis ſanguis Chr̄i: qui per ſpiritū ſanctū ſemetipſum obtulit immaculatū deo: emūdabit conſcientiā noſtrā ab operibus mortuis: ad ſeruiendū deo viuēti? Et ideo noui teſtamenti mediator eſt : vt morte intercedēte, in redēptionē earū pręuaricationū quę erāt ſub priori teſtamēto: repromiſsionem accipiāt, qui vocati ſunt, ęternę hæreditatis. In Chr̄o Ieſu: dn̄o noſtro. ℟. Eripe me dn̄e de inimicis meis: doce me facere volūtatē tuā. ℣. Liberator meus dn̄e de gētibus iracūdis: ab inſurgētibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. Tractus. Sæpe expugnauerūt me à iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Iſrael: ſæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. ℣. Etenim non

potue-

potuerũt mihi: ſupra dorſum meũ fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem ſibi: dñs iuſtus cõcidet ceruices peccatorũ.

¶ Euange. ſecundũ Ioã. c. viij.

IN illo tẽpore: Dicebat dominus Ieſus turbis Iudęorũ: & principibus ſacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui eſt ex deo: verba dei audit. Propterea vos nõ auditis: quia ex deo nõ eſtis. Reſponderunt igitur Iudæi: & dixerunt ei. Nonne benè dicimus nos: quia Samaritanus es tu: & dęmonium habes? Reſpondit Ieſus. Ego dæmonium non habeo: ſed honorifico patrem meum: & vos inhonoraſtis me. Ego non quæro gloriam meã: eſt qui quærat & iudicet. Amẽ amẽ dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit: mortẽ nõ videbit in ęternũ. Dixerunt ergo Iudęi. Nũc cognouimus quia dęmonium habes. Abrahã mortuus eſt & prophetæ: & tu dicis: ſi quis ſermonem meũ ſeruauerit: nõ guſtabit mortẽ in æternum? Nun quid tu maior es patre noſtro Abraham: qui mortuus eſt? Et prophetæ mortui ſunt: quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus. Si ego glorifico meipſum: gloria mea nihil eſt. Eſt pater meꝰ qui glorificat me: quem vos dicitis: quia deus veſter eſt: & nõ cognouiſtis eum: ego autẽ noui eum. Et ſi dixero, quia non ſcio eum: ero ſimilis vobis mẽdax. Sed ſcio eum: & ſermonẽ eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum: vidit & gauiſus eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eũ. Quinquaginta annos nondum habes: & Abraham vidiſti? Dixit eis Ieſus. Amen amen dico vobis: antequã Abraham fieret: ego ſum. Tulerunt ergo lapides: vt iacerẽt in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo. Offertorium. Confitebor tibi domine in toto corde meo. Retribue ſeruo tuo: viuã: & cuſtodiã ſermones tuos. Viuifica me ſecundùm verbũ tuum dñe. Sacra

HÆc munera dñe quæſumus: & vincula nr̃æ prauitatis abſoluãt, & tuę nobis miſericor-

ſericordiæ dona conciliēt.Per. Præfatio. Qui ſalutem humani generis in ligno crucis. Et dicitur vſq; ad feriā quintam in cœna domini incluſiuè, in officio de tempore. Communio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur.Hic calix noui teſtamenti eſt,in meo ſanguine,dicit dñs.Hoc facite quotienſcunq; ſumitis: in meam cōmemorationem. Poſt commu.

ADeſto nobis dñe deꝰ noſter: & quos tuis myſterijs recreaſti: perpetuis defende præſidijs.Per dominum.

¶ Feria ſecunda.Statio ad ſanctum Chryſogonum. Officiū.

MIſerere mihi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ℣. Cōculcauerūt me inimici mei tota die: quoniam multi bellātes aduerſum me. Oratio.

SAnctifica quęſumus domine ieiunia noſtra: & cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparū.Per.

¶ Lectio Ionę prophetæ.ca.iij.

IN diebus illis:Factū eſt verbum domini ad Ionam prophetam: ſecundò dicens. Surge & vade in Niniuem ciuitatem magnam:& prædica in ea prædicationē: quā ego loquor ad te.Et ſurrexit Ionas: & abijt in Niniuem: iuxta verbum domini.Et Niniue erat ciuitas magna:itinere dierū trium . Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit & dixit. Adhuc quadraginta dies:& Niniue ſubuertetur. Et crediderūt viri Niniuitæ in domino:& prædicauerūt ieiuniū: & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſq; ad minorem . Et peruenit verbum ad regem Niniue : & ſurrexit de ſolio ſuo:& abiecit veſtimentum ſuum à ſe : & indutus eſt ſacco: & ſedit in cinere.Et exclamauit & dixit in Niniue : ex ore regis & principū eius dicens. Homines & iumēta,boues & pecora:non guſtēt quicquā nec paſcātur: & aquā non bibant. Et operiantur ſaccis homines: & iumēta clamēt ad dñm in fortitudine.Et conuertatur vir à via ſua mala : & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum.Quis ſcit: ſi conuer

tatur

tatur & ignoſcat deus:& reuer
tatur à furore iræ ſuæ:& nō pe-
ribimus? Et vidit deꝰ opera eo-
rum : quia conuerſi ſunt de via
ſua mala.Et miſertus eſt popu-
lo ſuo:dominus deus noſter.℟.
Deus exaudi orationem meam: au
ribꝰ percipe verba oris mei. ℣.Deꝰ
in nomine tuo ſaluum me fac: &
in virtute tua iudica me.

¶ Euange.ſecundũ Ioan.c.vij.

IN illo tēpore:Miſerūt prin-
cipes & phariſæi miniſtros:
vt apprehenderent dominum
Ieſum.Dixit ergo eis Ieſus.Ad
huc modicū tēpus vobiſcum
ſum: & vado ad eū qui me mi-
ſit. Quæretis me: & non inue-
nietis:& vbi ſum ego: vos non
poteſtis venire.Dixerunt ergo
Iudęi ad ſemetipſos.Quò itu-
rus hic eſt:quia nō inueniemus
eū?Nūquid in diſperſionē gen
tiū iturus eſt:& docturus gētes?
Quis eſt iſte ſermo quē dixit:
quęretis me & nō inuenietis:&
vbi ſum ego vos nō poteſtis ve
nire?In nouiſsimo autē die ma
gno feſtiuitatis:ſtabat Ieſus, &
clamabat dicēs.Si quis ſitit:ve-
niat ad me & bibat. Qui credit
in me : ſicut dicit ſcriptura:flu-
mina de vētre eius fluēt aquæ
viuæ. Hoc autē dixit de ſpiritu
quē accepturi erāt: credētes in
eum. Offer. Dñe cōuertere & eri
pe animam meam : ſaluum me fac
propter miſericordiā tuā. Sacra.

COncede nobis dñe deus
noſter:vt hęc hoſtia ſalu
taris, & noſtrorum fiat purga-
tio peccatorū: & tuæ propitia-
tio maieſtatis. Per dominum.
Communio.Dominus virtutum
ipſe eſt rex gloriæ. Poſt cōmu.

SAcramenti tui quæſumus
domine participatio ſalu-
taris:& purificationē nobis prę
beat & medelā. Per dominū.

Super populum. Oratio.

DA quęſumus domine po
pulo tuo ſalutem mētis
& corporis : vt bonis operibus
inhærendo ,tua ſemper merea
tur protectione defendi. Per.

¶ Feria tertia . Statio ad ſanctū
Ciriacum. Officium.

EXpecta dominū vi-
riliter age:& cōfor-
tetur cor tuum : &
ſuſtine dominū. ℣.
Dominus illuminatio mea & ſalus
mea:

mea:quem timebo? Oratio.

NOſtra quæſumus dñe tibi ſint accepta ieiunia: quæ nos & expiãdo gratia tua dignos efficiant,& ad remedia perducant æterna. Per dñm.

¶Lectio Danielis prophe.vlti.

IN dieb⁹illis:Cõgregati ſunt Babylonij ad regem: & dixerunt ei. Trade nobis Danielem:qui Bel deſtruxit,& dracõe interfecit:alioquin, interficiemus te:& domũ tuam. Vidit ergo rex quòd irruerent in eũ vehementer: & neceſsitate cõpulſus: tradidit eis Danielem. Qui miſerunt eum in lacum leonum: & erat ibi ſex diebus. Porrò in lacu erant leones ſeptem:& dabantur eis quotidie duo corpora: & duæ oues: & tunc non datę ſunt eis:vt deuorarent Danielem. Erat autem Abacuc propheta in Iudæa:& ipſe coxerat pulmentum:& intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret meſſoribus.Dixitq; angelus domini ad Abacuc.Fer prãdiũ quod habes in Babylonẽ Danieli:qui eſt in lacu leonũ.Et dixit Abacuc.Dñe Babylonẽ nõ vidi: & lacũ neſcio. Et apprehendit eũ angelus dñi in vertice eius: & portauit eũ capillo capitis ſui: poſuitq; eum in Babylone ſuper lacũ: in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Abacuc dicẽs. Daniel ſerue dei:tolle prãdiũ quod miſit tibi deus. Et ait Daniel. Recordatus enim es mei dñe deus me⁹:& nõ dereliquiſti diligentes te.Surgẽſq; Daniel comedit. Porrò angelus domini: reſtituit Abacuc confeſtim in loco ſuo. Venit ergo rex die ſeptima:vt lugeret Danielem:& venit ad lacum, & introſpexit. Et ecce Daniel ſedens in medio leonum.Et exclamauit rex voce magna dicens. Magnus es domine deus Danielis.Et extraxit eum de lacu.Illos autem qui perditionis eius cauſa fuerant:intromiſit in lacum:& deuorati ſunt in momento corã eo. Tũc rex ait. Paueãt omnes habitantes in vniuerſa terra deum Danielis:quia ipſe eſt ſaluator, & liberator: faciens ſigna & mirabilia in cælo & in terra.Qui liberauit Danielem:

de

de lacu leonũ. ℟. Diſcerne cauſam meam domine: ab homine iniquo & doloſo eripe me. ℣. Emitte lucem tuam & veritatem tuã: ipſa me deduxerunt: & adduxerunt in montẽ ſanctum tuũ. ¶Euangeliũ ſecundum Ioannem. Capi. vij.

IN illo tẽpore: Ambulabat dominus Ieſus in Galilæa: non enim volebat in Iudęa ambulare: quia quærebant eũ Iudęi interficere. Erat autẽ in proximo dies feſtus Iudæorũ: ſcenopegia. Dixerunt autẽ ad eũ fratres eius. Tranſi hinc, & vade in Iudæã: vt & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis: nemo quippe in occulto aliquid facit: & quęrit ipſe in palã eſſe. Si hæc facis: manifeſta teipſum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eũ. Dixit ergo eis Ieſus. Tempus meum nõdum aduenit: tempus autem veſtrũ ſemper eſt paratũ. Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit: quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo: quia opera eius: mala ſunt. Vos aſcẽdite ad diẽ feſtũ hunc: ego enim non aſcẽdam ad diem feſtum iſtũ: quia meum tempus nondum adimpletũ eſt. Hæc cũ dixiſſet: ipſe manſit in Galilæa. Vt autẽ aſcẽderunt fratres eius: tunc & ipſe aſcẽdit ad diem feſtum nõ manifeſtè: ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo quærebant eũ in die feſto: & dicebant. Vbi eſt ille? Et murmur multũ erat de eo in turba. Quidam enim dicebãt, quia bonus eſt: alij autem dicebant: nõ, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo: propter metum Iudæorum. Offer. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis quęrentes te. Pſallite domino qui habitat in Sion: quoniam non eſt oblitus orationes pauperum. Sacra.

HOſtias tibi domine offerimus immolandas: quę temporali conſolatione nos lętificent, vt promiſſa certiùs ſperemus æterna. Per. Commũ. Redime me deus Iſrael: ex omnib' anguſtijs meis. Poſt communio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt quę diuina ſunt iugiter exequentes, donis mereamur cæleſtibus propinquare.

quare.Per. Super populũ.Orõ.

DA nobis dñe quæſumus perſeuerãtẽ in tua volũtate famulatũ: vt in diebus noſtris,&merito &numero populus tibi ſeruiens augeatur.Per.

¶ Feria quarta. Statio ad ſanctum Marcellum. Officium.

LIberator meus de gẽtibus iracundis: ab inſurgẽtibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me dñe. ℣. Diligam te dñe fortitudo mea: dominus firmamentum meum:& refugium meũ: & liberator meus. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fideliũ miſerator illuſtra:& quibus deuotionis præſtas affectum,prębe ſupplicantibus pium benignus auditum.Per. ¶ Lectio libri Leuitici. Capite.xix.

IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſen dicẽs: Ego dñs deus veſter.Nõ facietis furtum:nõ mentiemini:neque decipiat vnuſquiſq; proximum ſuum.Nõ periurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui:ego dñs. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Nõ morabitᷣ opus mercenarijtui apud te: vſq; mane. Non maledices ſurdo:neq; coram cæco pones offendiculum:ſed timebis dominũ deum tuũ:quia ego ſum dominus.Non facies quod iniquũ eſt: nec iniuſtè iudicabis: neq; cõſideres perſonam pauperis:nec honores vultum potentis.Iuſtè iudica ꝓximo tuo. Non eris criminator: & ſuſurro in populis. Non ſtabis contra ſanguinẽ proximi tui: ego dominus.Non oderis fratrem tuum in corde tuo:ſed publicè argue eum:ne habeas ſuper illo peccatum. Non quæras vltionem: nec memor eris iniurię ciuium tuorũ. Diliges amicum tuum ſicut te ipſum. Ego dominus: leges meas cuſtodite. Ego enim ſum: dñs deus veſter. ℟. Exaltabo te domine:quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. ℣. Domine deus meus clamaui ad te & ſanaſti me: domine abſtraxiſti ab inferis animam meam:ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.

¶ Euangel.ſecũdùm Ioan.c.x.

IN illo tempore: Facta ſunt encænia in Ieroſolymis: & hyems erat: & ambulabat dominus Ieſus in templo:in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi: & dicebant ei. Quouſq; animam noſtrã tollis? Si tu es Chriſtus: dic nobis palam. Reſpondit eis Ieſus. Loquor vobis:& non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei: hæc teſtimonium perhibent de me:ſed vos non creditis: quia nõ eſtis ex ouibus meis. Oues meę vocem meam audiunt:& ego cognoſco eas:& ſequũtur me: & vitam æternam do eis. Et non peribunt in æternum: & nõ rapiet eas quiſq̃ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi: maius omnib' eſt: & nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum ſumus. Suſtulerũt ergo lapides Iudæi: vt lapidarent eum. Reſpondit eis Ieſus. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo: propter quod eorũ opus me lapidatis? Reſpõderunt ei Iudæi. De bono opere nõ lapidamus te: ſed de blaſphemia. Et quia tu homo cùm ſis: facis teipſum deũ. Reſpondit eis Ieſus. Nõne ſcriptũ eſt in lege veſtra: quia ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt:& non poteſt ſolui ſcriptura: quẽ pater ſanctificauit, & miſit in mundum: vos dicitis quia blaſphemas: q̄ adixi, filius dei ſum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi: ſi autẽ facio:& ſi mihi non vultis credere: operibus credite. Vt cognoſcatis & credatis: quia in me eſt pater:& ego in patre. Offerto.

Eripe me de inimicis meis deus meus:& ab inſurgentibus in me libera me domine. Sacra.

ANnue nobis miſericors deus: vt hoſtias placationis & laudis, ſyncero tibi deferamus obſequio. Per dominũ.

Communio. Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine: vt audiã vocem laudis tuę:& enarrem vniuerſa mirabilia tua. Poſt cõmunio.

CÆleſtis doni benedictione percepta: ſupplices te deus

deus omnipotẽs deprecamur, vt hoc idẽ nobis & ſacramenti cauſa ſit & ſalutis. Per dñm.

Super populum. Oratio.

ADeſto ſupplicationibus nr̃is omnipotens deus: & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per dominum.

¶ Feria quinta. Statio ad ſanctum Appollinarem. Officiũ.

OMnia quę feciſti nobis domine: in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi: & mandatis tuis nõ obediuimus. Sed da gloriam nomini tuo: & fac nobiſcum ſecundum multitudinẽ miſericordiæ tuæ. ℣. Magnus dñs & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius: Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humanę per immoderantiam ſauciata, medicinalis perſimonię ſtudio reformetur. Per dominum noſtrum. ¶ Lectio Danielis prophetæ. c.iij.

IN diebus illis: Orauit Daniel dicẽs. Domine deus ne deſpicias populum tuum: neq; auferas miſericordiam tuam à nobis: propter Abraham dilectum tuum: & Iſaac ſeruũ tuũ: & Iſrael ſanctum tuũ: quibus locutus es: pollicens quod multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cęli: & ſicut arenam quę eſt in littore maris. Quia domine imminuti ſumus pluſquam omnes gentes: ſumuſq; humiles in vniuerſa terra hodie: propter peccata noſtra. Et non eſt in tẽpore hoc princeps: & propheta & dux. Neq; holocauſtum neq; ſacrificiũ: neq; oblatio neq; incenſum: neq; locus primitiarum coram te: vt poſſimus inuenire miſericordiam tuam: ſed in animo cõtrito, & ſpũ humilitatis ſuſcipiamur.

Sicut in holocauſto arietũ & taurorum: & ſicut in millibus agnorum pinguiũ: ſic fiat ſacrificium noſtrũ in cõſpectu tuo hodie: vt placeat tibi: quoniã non eſt confuſio cõfidentibus in te. Et nũc ſequimur te in toto corde: & timemus te: & quęrimus faciem tuã: domine ne cõfundas nos: ſed fac nobiſcũ

iuxta mãſuetudinem tuam: & ſecundùm multitudinẽ miſeri cordiæ tuæ: & erue nos in mirabilibus tuis: & da gloriã nomini tuo dñe. Et confundãtur qui oſtendunt ſeruis tuis mala: confundantur in omnipotentia tua: & robur eorum conteratur. Et ſciant quia tu es dominus deus ſolus: & glorioſus ſuper omnẽ terram: dñe deus noſter. ℟. Tollite hoſtias & introite in atria eius: adorate dominum in aula ſancta eius. ℣. Reuelabit dominus condenſa: & in templo eius omnes dicent gloriã. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannẽ. c.vij.

IN illo tempore: Cùm audiſſent quidã de turba ſermones domini Ieſu dicebant. Hic eſt verè ꝓpheta. Alij dicebant: hic eſt Chriſtus: quidam autẽ dicebant. Nunquid à Galilæa Chriſtus venit? Nonne ſcriptura dicit: quia ex ſemine Dauid & de Bethleẽ caſtello, vbi erat Dauid: venit Chriſtus? Diſſenſio itaq; facta eſt in turba: propter eum. Quidam autẽ ex eis volebant apprehẽdere eũ: ſed nemo miſit in illũ manus. Venerunt ergo miniſtri ad pontifices & phariſæos: & dixerunt eis illi. Quare nõ adduxiſtis eũ? Reſponderunt miniſtri. Nunquam locutus eſt homo ſic: ſicut hic homo loquitur. Reſpõderunt ergo phariſæi. Nũquid & vos ſeducti eſtis? Nunquid aliquis ex principibus credidit in eũ: aut ex phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem: maledicti ſunt. Dixit Nicodemus ad eos: (ille qui venerat ad Ieſum nocte: qui vnus erat ex ipſis) Nunquid lex noſtra iudicat hominem: niſi audierit ab ipſo priùs: & cognouerit quid faciat? Reſponderunt & dixerunt ei. Nũquid & tu Galilæus es? Scrutare ſcripturas, & vide: quia propheta à Galilæa non ſurgit. Et reuerſi ſunt: vnuſquiſque in domum ſuam. Offerto. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus: dum recordaremur tui Sion. Sacra.

DOmine deus noſter: qui in his potiùs creaturis quas ad fragilitatis noſtræ ſubſidium cõdidiſti: tuo quoq; nomini munera iuſsiſti dicanda cõſtitui:

cōſtitui:tribue quęſumus, vt& vitę nobis præſentis auxiliū:& æternitatis efficiāt ſacramētū. Per. Commu. Memēto verbi tui ſeruo tuo dñe: in quo mihi ſpem dediſti:hæc me conſolata eſt in humilitate mea. Poſt cōmu.

QVod ore ſumpſimus domine pura mente capiamus:& de munere temporali, fiat nobis remediū ſempiternum. Per dominum.

Super populum. Oratio.

ESto quæſumus dñe propitius plebi tuæ: vt quæ tibi non placent reſpuens:tuorum potiùs repleatur delectationibus mandatorum. Per dñm.

¶Feria.vj. Statio ad. ſ. Stephanum in Celio mōte. Officium.

MIſerere mihi dñe qm̄ tribulor: libera me & eripe me de manibus inimicorū meorum & à perſequentibus me:domine non confundar quoniam inuocaui te. ℣. In te domine ſperaui: non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me. Oratio.

COrdibus noſtris quæſumus gratiā tuam dñe benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes: temporaliter potiùs maceremur:quā ſupplicijs deputemur ęternis. Per. ¶ Lectio Hieremię prophetę. Cap.xvij.

IN diebus illis: Dixit Hieremias. Domine omnes qui te derelinquunt, confundētur: recedentes à te, in terra ſcribētur:quoniam dereliquerūt venam aquarum viuentium dominum. Sana me dñe, & ſanabor:ſaluū me fac, & ſaluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Vbi eſt verbū dñi? Veniat. Et ego nō ſum turbatus, te paſtorem ſequens: & diē hominis non deſideraui tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis:rectū in conſpectu tuo fuit. Non ſis mihi tu formidini:ſpes mea tu in die afflictionis. Confundātur qui me perſequuntur: & non confundar ego. Paueant illi:& non paueā ego. Induc ſuper eos diē afflictionis: & duplici contritione contere eos: domine deus noſter. ℟. Pacificè loquebantur mihi inimici mei:&in ira moleſti erāt

mihi. ℣. Vidiſti domine ne ſileas: ne diſcedas à me. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Cap. xj.

IN illo tempore: Collegerũt pontifices & phariſæi concilium: & dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eũ ſic: omnes credent in eum: & venient Romani: & tollent noſtrum locum & gentem. Vnus autẽ ex eis Caiphas nomine: qui erat pontifex anni illius: dixit eis. Vos neſcitis quicquam: nec cogitatis: quia expedit nobis: vt vnus moriat̃ homo pro populo: & non tota gens pereat. Hoc autẽ à ſemetipſo nõ dixit: ſed cùm eſſet põtifex anni illius: prophetauit: quia Ieſus moriturus erat pro gẽte. Et non tantùm pro gente: ſed vt filios dei qui erant diſperſi: cõgregaret in vnum. Ab illo ergo die: cogitauerunt vt interficerent eum. Ieſus ergo iam nõ in palàm ambulabat apud Iudęos: ſed abijt in regionẽ iuxta deſertum: in ciuitatem quæ dicitur Ephren. Et ibi morabatur: cum diſcipulis ſuis. Offer.

Benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas: & non tradas me calumniantibus me ſuperbis: & reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. Sacra.

PRæſta nobis miſericors deus: vt dignè tuis ſeruire ſemper altaribus mereamur, & eorũ perpetua participatione ſaluari. Per. Cõmunio. Ne tradideris me domine in animas perſequentium me: quia inſurrexerunt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi. Poſt cõmu.

SVpti ſacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: & noxia ſemper à nobis cuncta depellat. Per dñm.

Super populum. Oratio.

COncede quęſumus omnipotẽs deus: vt qui ꝓtectionis tuæ gratiã quęrimus, liberati à malis omnibus: ſecura tibi mente ſeruiamus. Per.

¶ Sabbato. Statio ad ſ. Ioãnem ante portam Latinã. Officiũ.

MIſerere mihi dñe quoniã tribulor: libera me & eripe me de manib⁹ inimicorum meorum

rum & à perſequentibus me:domine non confundar quoniam inuocaui te. ℣. In te domine ſperaui: non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me. Oratio.

PRoficiat quæſumus domine plebs tibi dicata piæ deuotionis affectu: vt ſacris actionibus erudita, quãtò maieſtati tuæ ſit gratior: tantò donis potioribus augeat. Per. ¶ Lectio Hieremiæ prophetæ. ca.xviij.

IN diebus illis: Dixerunt impij Iudæi ad inuicem. Venite: cogitemus cõtra iuſtum cogitationes. Non enim peribit lex à ſacerdote: neq; cõſilium à ſapiente: nec ſermo à propheta. Venite percutiamus eũ lingua: & non attẽdamus ad vniuerſos ſermones eius. Attende domine ad me: & audi voces aduerſariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malũ: quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare ꝙ ſteterim in conſpectu tuo: vt loquerer pro eis bonum: & auerterem indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorum in famem: & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum abſq; liberis & viduæ: & viri earũ interficiantur morte. Iuuenes eorum cõfodiantur gladio in prælio: audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim ſuper eos latronem repentè: quia foderunt foueam vt caperẽt me: & laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autẽ domine ſcis omne conſilium eorũ: aduerſum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorum: & peccatum eorum à facie tua non deleatur. Fiant corruẽtes in cõſpectu tuo in tempore furoris tui: domine deus meus. ℟. Pacificè loquebãtur mihi inimici mei & in ira moleſti erant mihi. ℣. Vidiſti domine ne ſileas: ne diſcedas à me. ¶ Euangelium ſecũdùm Ioannem. Capite.vj.

IN illo tẽpore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis: & turbis Iudæorũ. Amen amẽ dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitã in vobis. Qui manducat meã carnem, & bibit meũ ſanguinem: habet vitam æter-

nam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Caro enim mea verè eſt cibus: & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me manet: & ego in illo. Sicut miſit me viuens pater: & ego viuo propter patrem: & qui manducat me: & ipſe viuet ꝑpter me. Hic eſt panis: qui de cęlo deſcẽdit. Non ſicut manducauerũt patres veſtri manna: & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem: viuet in æternum. Hęc dixit in ſynagoga: docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius: dixerunt. Durus eſt hic ſermo: & quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum: quia murmurarent de hoc diſcipuli eius: dixit eis. Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis: aſcẽdentem vbi erat priùs? Spiritus eſt qui viuificat: caro nõ prodeſt quicquã. Verba quę ego locutus ſum vobis: ſpiritus & vita ſunt: ſed ſunt quidam ex vobis qui non credũt. Sciebat enim Ieſus ab initio: qui eſſent credẽtes: & quis traditurus eſſet eũ: & dicebat. Propterea dixi vobis: quia nemo poteſt venire ad me: niſi fuerit ei datũ à patre meo. Ex hoc ergo multi diſcipulorum eius abierunt retro: & iam nõ cum illo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim. Nunquid & vos: vultis abire? Reſpõdit ergo ei Simon Petrus. Domine: ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus: quia tu es Chriſtus filius dei. Reſpondit eis Ieſus. Nonne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolus eſt? Dicebat autẽ de Iuda Simonis Iſcariota. Hic enim erat traditurus eũ: cùm eſſet vnus ex duodecim. Offert. Benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas: & non tradas calumniantibus me ſuperbis: & reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. Sacra.

A Cunctis nos dñe reatibꝰ & periculis quæſumus propiciatus abſolue: quos tãti myſterij tribuis eſſe conſortes. Per. Cõio. Ne tradideris me domine

mine in animas perſequentiũ me: q̃a inſurrexerũt in me teſtes iniqui: & mẽtita eſt iniquitas ſibi. Poſt cõ.

DIuini muneris largitate ſatiati quęſumus domine de⁹ noſter: vt huius ſemper participatione viuamus. Per.

Super populum. Oratio.

TVeatur quæſumus domine dextera tua populum tuum deprecãtem: & purificatum dignanter erudiat, vt conſolatione prę́ſenti ad futura bona proficiat. Per dominum.

Dominica in ramis palmarũ.

Ante tertiam aqua benedicitur priuatè: qua finita, ſuper conuentum aſpergitur: vt moris eſt. Inde Abbas vel qui miſſam dicturus eſt: benedicit ramos cũ his orationibus. Dñs vobiſcum. Oratio,

DEus qui diſperſa congregas, & congregata conſeruas: qui populis tuis obuiam Ieſu ramos portantibus benedixiſti: bene ✠ dic etiã hos ramos palmę vel reliquorum florum quos tui famuli ad nominis tui honorem ſuſcipiunt: vt in quæcunq; loca introducti fuerint, tuam bene ✠ dictionẽ conſequantur: vt omni aduerſa valetudine effugata, dextera tua protegat quos redemit. Per dominum noſtrum. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte qui ante mundi principium cũ deo patre & ſpiritu ſancto regnas, & tui regni non erit finis: qui pro mundi ſalute in plenitudinem temporum veniẽs: ſicut per legem & prophetas eras promiſſus, & veniente te in ciuitatem Ieruſalem ad diẽ feſtum: turbæ multæ occurrerunt tibi, & gaudentes acceperunt ramos palmarũ clamãtes oſanna filio Dauid. Ideo ſupplici obſecratione depoſcim⁹ maieſtatem tuã: vt qui pro noſtra veniſti redẽptione, ſoluere nos à vinculis peccatorum noſtrorum digneris: omnemq; morbum expelle: infirmitates cura: aerum temperiem præſta, ſecuritatem temporũ omnibus cõcede: hos quoq; ramos & flores palmarũ quos populus tuus per manus ſeruitutis noſtræ accepturus eſt, tua bene ✠ dictio

ne ſancti ✠ fica: vt quicunq; ex eis acceperint, tua in omnibus repleantur gratia: ſalutis cōſequantur medelam, & ſicut per huius diei ſolennitatem lætantur: ita & eorū habitacula tua benedictione repleas, corporaque & animas ab omni contagione delicti mundas efficias: atque paſchaliū eis tribuas chariſmata gratiarū: vt paſchalia feſta, te auxiliante, cum omni alacritate ſuſcipere mereamur Qui viuis. Oremus.

DOmine ſancte pater omnipotēs ęterne deus, qui cælum & terrā mare & omnia quæ in eis ſunt creaſti: te ſupplices exoramus, vt hos flores & ramos arborum ſiue palmarū: bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris: vt quicunque eos ad laudem & honorem nominis tui ferendos acceperint: cū turbis quę filio tuo domino noſtro obuiam lætantes proceſſerunt: bendici mereātur, & hîc & in æternum tuam clementiam magnificare non deſināt. Per eundem dominum noſtrū Ieſum Chriſtum. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus mūdi redemptor, qui de cælis ad terram deſcendere, & ad paſsionem voluntate tua venire dignatus es: vt humanū genus tuo pretioſo ſanguine liberares, adeſto pijs eccleſiæ tuæ votis & ſupplicationibus noſtris: tu enim dn̄e māſuetus: manſueti animalis aſelli terga inſidens: ad paſsionem redemptionis noſtræ ſpontaneus adueniſti: cùm tibi ramis arboreis occurrētibus populorum turbis certatim ſterneretur via: & triumphatricib⁹ palmis cū voce laudis occurrerēt populorum plurimæ cateruæ, reſultantes pariter & dicentes: oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini, tibi in monte Olíueti oliuarum ramis via conſtrata eſt: tu quōdam Noe in arca ſuper vndas diluuij gubernaſti, & columbę miniſterio: per oliuę ramū pacem redditam terris nuntiare voluiſti, ſed & Iacob patriarcha in myſteriū glorię tuę erigens lapidem: ex huius arboris ramis oleum benedictionis in cacu-

cacumine tituli infudit, vnde vnxiſti reges & ꝓphetas tuos: tu enim es Chriſtus filius dei vi ui:tibi competit fructusvnctio nis & pacis: in cuius ineffabilē laudē pſalmiſta cecinit dicens, vnxit te deus deus tuus oleo ex ultationis prę participibustuis: quapropter ſupplices te domi- ne deprecamur: vt bene ✠ di- cas hos ramos arborum quos tui famuli in ſuis ſuſcipientes manibus:in occurſum tui pro- perare teq; benedicere & glo- rificare deſiderant, ecce Ieruſa lem ſedens ſuper aſinā rex mā- ſuetus aduениſti: adueni ergo rogamus & nobis,& in mediū noſtri conſiſte: vt te aduenire in cordibus noſtris ſentiamus, & qui nos tūc reparaſti per cru cem: iterum lapſos repara per eandem beatificam paſsionē, oris noſtri confeſsionem ac ie- iunij humiliationem libens ſu ſcipe: & fructū nos viriditatis habere concede, quatinus tuis imbribus irrigati:mereamur ti bi ſuauium fructuum vbertate placere, & ſicut illi tibi proceſ ſerūt obuiam cū arboreis frōdi bus egreſsi:ita nos te redeunte in ſecundo aduentu:cū palmis victorię lęti mereamur occur- rere. Saluator mundi:qui cum patre in vnitate ſpiritus ſancti viuis & regnas de⁹: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶Orationibus finitis, Abbas vel qui miſſam dicturus eſt: aſpergit ramos cum aqua be- nedicta: & poſt incēſat altare: deinde crucē, & poſtea ramos. Quibus expletis ſacriſta palmā ſeu ramum cū manus deoſcu- latione Abbati tribuit. Inde cū ſocio ſuo vnus ad dextrū cho- rum: alius ad ſiniſtrum, con- uentui ramos diſtribuit. Magi ſter verò nouitiorum de manu ſacriſtę ramos recipit: quos ipſe nouitijs tribuit. Cùm autem di ſtribuūtur: hę antiphonę can- tantur. Aña. Pueri Hebræorum tollētes ramos oliuarū:obuiauerūt dño clamātes & dicētes. Oſanna in excelſis. Aña. Pueri Hebręorū ve ſtimenta proſternebāt in via:& cla mabant dicentes. Oſanna filio Da uid:benedictus qui venit in nomi- ne dñi. Aña. Saluator mundi ſalua nos oēs: ſancta dei genitrix virgo ſemper

ſemper Maria ora pro nobis omnibus: precibus quoq; ſanctorum apoſtolorum martyrum confeſſorum atq; ſanctarum virginum ſuppliciter petimus: vt à malis omnib⁹ eruamur: boniſq; omnibus nunc & ſemper perfrui mereamur. Qua finita dicitur ab Abbate. ℣. Orate pro nobis omnes ſancti dei. Vt digni. Dominus vobiſcũ. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Concede quæſum⁹ omnipotens deus: vt interceſſio nos ſanctę dei genitricis Mariæ ſanctarumq́; omnium cæleſtium virtutum: & beatorũ patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, atq; ſanctarum virginum, & omnium electorum tuorum vbiq; lætificet: vt dum eorũ merita recolimus, patrocinia ſentiamus: Per eundem.

¶ Et dicitur conuentu inclinato. Statimq; diaconus deponit crucem de baculo: & cum ambabus manibus tenet eã ſuper ſtratũ in choro: ad hoc ipſum decenter paratum. Et tunc imponitur hæc añ. Aue rex noſter fili Dauid: redemptor mundi: quẽ prophetæ prædicauerunt ſaluatorem domui Iſrael eſſe venturum. Te enim ad ſalutarem victimã pater miſit in mundum: quem expectabãt omnes ſancti ab origine mũdi: & nũc oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini: oſanna in excelſis. Omnibus genua flectentibus: & ſic flexis genibus ſtantibus donec finiatur. Qua finita crux in ſtratu ponitur: ſtatimq; cõuentus ſurgit: poſtea diacon⁹ benedictione ab Abbate ſumpta, ad euangelium dicendum tendit: in loco vbi alijs diebus dici conſueuit, cõuerſis cũ cãdelabris hinc inde ſtantibus Euangeliũ. Cũ appropinquaſſent. fo. j. Statimq; fit ſermo: ſi oporteat. Inde fiat proceſſio cũ iſto. ℟. Collegerunt pontifices & phariſæi concilium: & dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic: omnes credent in eum. Ne fortè veniant Romani: & tollant noſtrum locum & gentem. ℣. Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine: cũ eſſet pontifex annni illius: prophetauit dicens. Expedit nobis: vt vnus moriatur homo

mo pro populo : & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum:dicentes. Ne fortè. Qua finita cùm ad ianuã eccleſiæ peruenerint:cantor inuit quatuor monachis qui intrant eccleſiam: & clauſo oſtio cantant hos. ℣. Gloria laus & honor:tibi ſit rex Chriſte redemptor: cui puerile decus: promp ſit oſanna pium. Gloria. Iſrael es tu rex, Dauidis & inclyta proles: nomine qui in domini : rex benedicte venis. Gloria. Cœtus in excelſis : te laudat cælitus omnis : & mortalis homo : cuncta creata ſimul. Gloria. Plebs Hebræa tibi:cum palmis obuia venit:cum prece & voto: hymnis canimus ecce tibi. Gloria. Fecerat Hebræos hos : gloria ſanguinis altos : nos fecit Hebræos: tranſitus ecce pius. Gloria. Hi placuere tibi: placeat deuotio noſtra : Rex pie Rex clemens: cui bona cuncta placent. Gloria. Hi tibi paſſuro:ſoluebant munia laudis : nos tibi regnanti:pangimus ecce melos. Gloria. Cum cæteris ſequentibus conuentu in fine cuiuſlibet. ℣. reſpondente primum ℣. ſcilicet Gloria laus &. Verſibus expletis Abbas crucis baculo ſumpto, dicit. Attollite portas. &c. oſtiũ vno ictu cum baculo percutiẽdo:& tunc monachi intrà ſtantes reſpondeãt. Quis eſt iſte rex gloriꝫ? Cõuentus proſequitur. Dominus fortis & potẽs: dominus potens in prælio. Et eodem modò fiat alijs duabus vicibus:excepto quòd in tertia vice reſpõdet conuentus. Dominus virtutum:ipſe eſt rex gloriæ. Et qualibet vice altiùs reſpondetur. Et tunc Abbas percutit oſtiũ cũ baculo, ſimulq; aperit : & proceſsio intrat eccleſiam cum. ℟. Ingrediente domino in ſanctam ciuitatem: Hebræorum pueri reſurrectionem vitæ prænuntiantes: cũ ramis palmarum oſanna clamabãt in excelſis. Cùm audiſſet populus quia Ieſus venit Ieroſolymam:exierunt ei obuiam. Cum ſuo verſu. Quo finito dicitur ab Abbate ad gradũ altaris ſtante. ℣. Erue à framea deus. Dominus vobiſcum. Orõ. Omnipotens ſempiterne deus : qui humano generi. vt infra. His autẽ peractis: cantetur miſſa principaliter vt duo in capis.

¶ Sta-

¶ Statio ad ſanctum Ioãnem in Laterano. Officium.

DOmine ne longè facias auxilium tuum à me: ad defenſionẽ meam aſpice. Libera me de ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meã. ℣. Deus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? longè à ſalute mea verba delictorũ meorũ. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus: qui humano generi ad imitandũ humilitatis exẽplum, ſaluatorẽ noſtrũ carnẽ ſumere & crucẽ ſubire feciſti: cõcede propitius, vt & patientiæ ipſius habere documẽta: & reſurrectionis cõſortia mereamur. Per eũ. ¶ Ad Philippẽ. c. ij

FRatres: Hoc ſentite in vobis: quod & in Chr̃o Ieſu. Qui cũ in forma dei eſſet: nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiẽs: in ſimilitudinem hominũ factus: & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum: factus obediẽs vſq; ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illũ: & donauit illi nomẽ quod eſt ſuper omne nomẽ: vt in nomine Ieſu, omne genuflectatur: cęleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. Et omnis lingua cõfiteatur: quia dñs Ieſus Chr̃us: in gl̃ia eſt dei patris. ℟. Tenuiſti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxiſti me: & cũ gloria aſſumpſiſti me. ℣. Quã bonus Iſrael deus recti corde. Mei autẽ penè moti ſunt pedes: pen effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorũ videns. Tractus. Deus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? ℣. Lõgè à ſalute mea verba delictorũ meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem nec exaudies: & nocte & non ad inſipientiã mihi. ℣. Tu autem in ſancto habitas: laus Iſrael. ℣. In te ſperauerũt patres noſtri: ſperauerunt: & liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerunt: & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt: & nõ ſunt cõfuſi. ℣. Ego autẽ ſum vermis & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. ℣. Oẽs qui videbant me aſpernabãtur me: locuti ſunt labijs: & mouerunt caput. ℣. Sperauit in dño, eripiat eũ:

ſaluũ faciat eũ quoniã vult eũ. ℣. Ipſi verò conſiderauerũt & inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea: & ſuper veſtẽ meam miſerunt ſortẽ. ℣. Libera me de ore leonis: & à cornibus vnicorniũ humilitatem meam. ℣. Qui timetis dominum, laudate eũ: vniuerſum ſemen Iacob magnificate eũ. ℣. Annũtiabitur dño generatio vẽtura: & annũtiabũt cæli iuſtitiã eius. ℣. Populo qui naſcetur: quem fecit dominus. ¶Hodie & feria. iij. & iiij. ad paſsionem dicitur ſicut alio tẽpore. Dñs vobiſcũ. & reſpondetur. Et cũ ſpiritu tuo. ſed ad Paſsio dñi noſtri Ieſu Chriſti. Nõ reſpõdetur. Glľia tibi dñe.

Paſsio domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Matthæum. Capite. xxvj.



IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Scitis: quia + poſt biduum paſcha fiet: & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotũ & ſeniores populi: in atrium principis ſacerdotum qui dicebatur Caiphas: & conſilium fecerũt vt Ieſum dolo tenerent: & occiderent. Dicebant autem. Nõ in die feſto. Ne fortè tumultus fieret in populo. Cùm autẽ eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis leproſi: acceſsit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi: & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Vidẽtes autem diſcipuli: indignati ſunt dicentes. Vt quid perditio hæc? Potuit enim iſtud vnguentum venundari multo: & dari pauperibus. Sciens autem Ieſus: ait illis. Quid moleſti eſtis huic + mulieri? Opus enim bonum: operata eſt in me. Nã ſemper pauperes habetis vobiſcũ: me autem: nõ ſemper habetis. Mittens enim hæc vnguẽtum hoc in corpus meum: ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mũdo: dicetur & quod hęc fecit: in memoriã eius. Tũc abijt vnus de duodecim qui dicitur Iudas Iſcariotes ad principes ſacerdotum:

tum:& ait illis. Quid vultis mi
hi dare: & ego vobis eum tra-
dam? At illi conſtituerunt ei tri
ginta argenteos: & exinde quę
rebat opportunitatem: vt eum
traderet. Prima autem die azy-
morum: acceſſerunt diſcipuli
ad Ieſum dicentes. Vbi vis: pa-
remus tibi, comedere paſcha?
At Ieſus dixit. Ite in ciuitatem
ad quendam: & dicite ei. Magi
ſter dicit. Tempus meum pro-
pè eſt: apud te facio paſcha: cũ
diſcipulis meis. Et fecerunt di-
ſcipuli: ſicut conſtituit illis Ie-
ſus: & parauerunt paſcha. Ve-
ſpere autem facto: diſcumbe-
bat cum duodecim diſcipulis
ſuis. Et edẽtibus illis dixit. Amẽ
dico vobis: quia vnus veſtrum
me traditurus eſt. Et contriſta-
ti valde: cœperunt ſinguli dice
re. Nunquid ego ſum domine?
At ipſe reſpondens ait. Qui in-
tingit mecum manum in paro
pſide: hic me tradet. Filius qui-
dem hominis vadit: ſicut ſcri-
ptum eſt de illo: væ autem ho-
mini illi, per quem filius homi
nis tradetur. Bonum erat ei: ſi
natus nõ fuiſſet homo ille. Re-
ſponden s autem Iudas qui tra
didit eum: dixit. Nunquid ego
ſum rabbi? Ait illi. Tu dixiſti.
Cœnantibus autem eis accepit
Ieſus panẽ: & benedixit ac fre-
git: deditq; diſcipulis ſuis: & ait.
Accipite & comedite: hoc eſt
corpus meum. Et accipiens ca
licem, gratias egit: & dedit illis
dicens. Bibite ex hoc omnes.
Hic eſt enim ſanguis meus no
ui teſtamenti: qui pro multis ef
fundetur: in remiſsionem pec-
catorum. Dico autẽ vobis: nõ
bibam amodo de hoc genimi
ne vitis: vſq; in diem illum cũ
illud bibam vobiſcum nouũ:
in regno patris mei. Et hymno
dicto: exierunt in mõtem Oli-
ueti. Tunc dicit illis Ieſus. Oẽs
vos ſcandalũ patiemini in me:
in iſta nocte. Scriptũ eſt enim.
Percutiam paſtorem: & diſper
gentur oues gregis. Poſtquàm
autem reſurrexero: præcedam
vos in Galilæam. Reſpondens
autẽ Petrus: ait illi. Et ſi omnes
ſcandalizati fuerint in te: ego
nunquàm ſcandalizabor. Ait
illi Ieſus. Amen dico tibi: quia
in hac nocte antequã gallus cã
tet:

tet: ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiã ſi oportuerit me mori tecum:non te negabo. Similiter autem:& omnes diſcipuli dixerunt. Tunc venit Ieſus cũ illis in villam quę dicitur Gethſemani: & dixit diſcipulis ſuis. Sedete hîc:donec vadam illuc, & orem. Et aſſumpto Petro,& duob⁹ filijs Zebedæi:cœpit cõtriſtari:& mœſtus eſſe. Tũc ait illis. Triſtis eſt anima mea, vſq; ad mortem. Suſtinete hîc:& vigilate mecũ. Et progreſſus puſillum: procidit in faciem ſuã: orans & dicens. Mi pater: ſi poſſibile eſt: trãſeat à me calix iſte. Veruntamen nõ ſicut ego volo:ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos ſuos: & inuenit eos dormientes. Et dicit Petro:ſic. Nõ potuiſti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt:caro autem infirma. Iterum ſecundò abijt: & orauit dicens. Pater mi: ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum:fiat volũtas tua. Et venit iterum:& inuenit eos dormientes. Erãt enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis:iterum abijt: & orauit tertiò eundem ſermonem dicẽs. Tunc venit ad diſcipulos ſuos: & dicit illis. Dormite iam:& requieſcite. Ecce appropinquabit hora: & filius hominis traditur in manus peccatorũ. Surgite eamus: ecce appropinquauit: qui me tradit. Adhuc ipſo loquente: ecce Iudas vnus de duodecim, venit: & cũ eo turba multa cum gladijs & fuſtibus: miſsi à principibus ſacerdotum: & ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum:dedit illis ſignum dicens. Quęcunq; oſculatus fuero:ipſe eſt: tenete eum. Et confeſtim accedẽs ad Ieſum:dixit. Aue rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitq; illi Ieſus. Amice:ad quid veniſti? Tunc acceſſerũt: & manus iniecerũt in Ieſum:& tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cũ Ieſu: extendens manum, exemit gladium ſuum: & percutiens ſeruum principis ſacerdotum: amputauit auriculã eius. Tunc ait illi Ieſus. Cõuerte gladium tuum in locum ſuum:

omnes eñ qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas: quia nõ poſſum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modò pluſquàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebũtur ſcripturę, quia ſic oportet fieri? In illa hora: dixit Ieſus turbis. Tãquàm ad latronem: exiſtis cũ gladijs & fuſtibus cõprehendere me? Quotidie apud vos ſedebã in templo docens: & non me tenuiſtis. Hoc autem totum factum eſt: vt implerẽtur ſcripturæ prophetarum. Tunc diſcipuli omnes: relicto eo, fugerũt. At illi tenentes Ieſum: duxerũt ad Caipham principem ſacerdotũ: vbi ſcribæ & ſeniores cõuenerant. Petrus autem ſequebatur eum à lõgè: vſq; in atriũ principis ſacerdotũ: & ingreſſus intrò ſedebat cũ miniſtris: vt videret finem. Principes autem ſacerdotum & omne conciliũ: quærebãt falſum teſtimonium contra Ieſum: vt eũ morti traderent. Et non inuenerũt cũ multi falſi teſtes acceſsiſſẽt. Nouiſsimè autẽ venerunt duo falſi teſtes: & dixerunt. Hic dixit. Poſſum deſtruere templũ dei: & poſt triduum reædificare illud. Et ſurgens princeps ſacerdotum: ait illi. Nihil reſpondes: ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotũ ait illi. Adiuro te per deum viuum: vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei. Dixit illi Ieſus. Tũ dixiſti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis dei: & venientem in nubibus cęli. Tunc princeps ſacerdotũ: ſcidit veſtimenta ſua dicens. Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nũc: audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt. Reus eſt mortis. Tunc expuerunt in faciẽ eius: & colaphis eum cæciderunt. Alij autem palmas in faciem ei dederũt: dicentes. Propheti za nobis Chriſte: quis eſt qui te percuſsit? Petrus verò: ſedebat foris in atrio. Et acceſsit ad eũ vna ancilla dicens. Et tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit

uit coram omnibus dicens. Neſcio quid dicis. Exeũte autem illo ianuam: vidit eum alia ancilla: & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento: quia non noui hominem. Et poſt puſillum: acceſſerunt qui ſtabant: & dixerũt Petro. Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit. Tunc cœpit deteſtari & iurare: quia non nouiſſet hominem. Et continuò gallus cãtauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat: priuſquam gallus cantet: ter me negabis: & egreſſus foras: fleuit amarè. Manè autem facto: concilium inierunt omnes principes ſacerdotum: & ſeniores populi aduerſus Ieſum: vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum: & tradiderunt Põtio Pilato præſidi. Tũc videns Iudas qui eum tradidit quòd damnatus eſſet: pœnitentia ductus: retulit triginta argẽteos principibus ſacerdotum: & ſenioribus dicens. Peccaui: tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo, receſsit: & abiẽs laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum: acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio autem inito: emerunt ex illis agrum figuli: in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt, ager ille Haceldema: hoc eſt, ager ſanguinis: vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt: quod dictum eſt per Ieremiam prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati: quem appretiauerunt à filijs Iſrael: & dederunt eos in agrum figuli: ſicut conſtituit mihi dominus. Ieſus autem ſtetit ante præſidem: & interrogauit eum præſes dicens. Tu es rex Iudæorum? Dicit ei Ieſus. Tũ dicis. Et cùm accuſaretur à principibus ſacerdotum, & ſenioribus: nihil reſpondit. Tunc dixit illi Pilatus. Non audis: quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et

nõ reſpondit ei ad vllũ verbũ: ita vt miraretur præſes vehemẽter. Per diem autẽ ſolẽnem conſueuerat præſes dimittere populo vnum vinctum: quem voluiſſent. Habebat autẽ tunc vnum vinctum inſignem: qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis: dixit Pilatus. Quẽ vultis dimittam vobis: Barrabã: an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim: quòd per inuidiam tradidiſſent eum. Sedẽte autem illo pro tribunali: miſit ad illum vxor eius dicẽs. Nihil tibi: & iuſto illi: multa enim paſſa ſum hodie per viſum: propter eum. Principes autem ſacerdotum & ſeniores: perſuaſerunt populis: vt peterent Barrabam: Ieſum verò perderent. Reſpondens autem præſes: ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerũt. Barrabam. Dicit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Ieſu: qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illis præſes. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicẽtes. Crucifigatur. Vidẽs autem Pilatus quia nihil proficeret: ſed magis tumultus fieret: accepta aqua: lauit manus coram populo dicens. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus dixit. Sanguis eius ſuper nos: & ſuper filios noſtros. Tũc dimiſit illis Barrabam: Ieſum autem flagellatum tradidit eis: vt crucifigeretur. Tunc milites præſidis ſuſcipiẽtes Ieſum in prætorio: congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem. Et exuentes eum: chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectẽtes: coronam de ſpinis impoſuerũt ſuper caput eius: & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eũ: illudebant ei dicentes. Aue rex Iudęorum. Et expuentes in eũ: acceperunt arundinem: & percutiebãt caput eius. Et poſtquã illuſerunt ei: exuerunt eũ chlamyde: & induerunt eum veſtimentis eius: & duxerunt eũ vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominẽ Cyrenæũ veniẽtem de villa: nomine Simonem. Hunc angariauerũt: vt tol-

vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locũ qui dicitur Golgotha: quod eſt caluariȩ locus. Et dederunt ei vinum bibere: cum felle mixtum: & cùm guſtaſſet: noluit bibere. Poſtquã autem crucifixerunt eum: diuiſerunt veſtimenta eius: ſortem mittentes: vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtẽ meã miſerunt ſortẽ. Et ſedentes ſeruabant eum. Et impoſuerũt ſuper caput ei⁹ cauſam ipſius ſcriptam. Hic eſt Ieſus Nazarenus: rex Iudæorum. Tunc crucifixi ſunt cũ eo duo latrones: vnus à dextris: & vnus à ſiniſtris. Prȩtereuntes autem blaſphemabant eum: mouẽtes capita ſua & dicentes. Vah qui deſtruis tẽplum dei: & in triduo illud reædificas. Salua temetipſum. Si filius dei es: deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotum: illudentes cum ſcribis & ſenioribus: dicebant. Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt: deſcẽdat nunc de cruce: & credimus ei. Confidit in deo: liberet nunc eum ſi vult. Dixit enim: quia filius dei ſum. Idipſum autẽ & latrones qui crucifixi erãt cũ eo: improperabant ei. A ſexta autẽ hora: tenebrȩ factȩ ſunt ſuper vniuerſam terrã: vſq; ad horam nonã. Et circa horã nonam: clamauit Ieſus voce magna dicens. Heli: heli: lãmaſabachthani. Hoc eſt. De⁹ meus deus meus: vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes & audientes: dicebant. Heliam vocat iſte. Et cõtinuò currens vnus ex eis: acceptam ſpõgiam impleuit aceto: & impoſuit arundini: & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant. Sine: videamus an veniat Elias: liberans eũ. Ieſus autem iterũ clamans voce magna: emiſit ſpiritum. ✠ Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes: à ſummo vſq; deorſum. Et terra mota eſt: & petrȩ ſciſſæ ſunt: & monumẽta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum qui dormierãt: ſurrexerũt. Et exeuntes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ eius: venerunt in ſanctã ciui

tatem : & apparuerunt multis. Cẽturio autem & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum : viſo terręmotu, & his quæ fiebãt: timuerunt valde, dicentes. Verè: filius dei erat iſte. Erant autem ibi mulieres multæ à longæ: quæ ſecutę erat Ieſum à Galilæa: miniſtrãtes ei. Inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Ioſeph mater: & mater filiorũ Zebedæi. Cũ autem ſerò factũ eſſet: venit quidã homo diues ab Arimathia: nomine Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſsit ad Pilatum: & petijt corpus Ieſu. Tũc Pilatus iuſsit reddi corpus. Et accepto corpore Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda: & poſuit illud in monumẽto ſuo nouo: quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxũ magnum ad oſtium monumenti: & abijt. Erãt autẽ ibi Maria Magdalene: & altera Maria: ſedentes contra ſepulchrum.

ALtera autem die quæ eſt poſt paraſceuen: conuenerunt principes ſacerdotũ & phariſęi: ad Pilatum dicẽtes. Domine: recordati ſumus: quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: poſt triduum reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſq; in diem tertium: ne fortè veniant diſcipuli eius & furentur eum, & dicant plebi: ſurrexit à mortuis. Et erit nouiſsim⁹ error: peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis cuſtodiã: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes: munierunt ſepulchrum. Signãtes lapidem: cũ cuſtodibus. Credo. Offert. Improperium expectauit cor meũ & miſeriam: & ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur: & non fuit: conſolantem me quæſiui: & non inueni. Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto.

Poſt offertoriũ diaconus offert palmam Abbatis: deinde ſuũ ramũ: poſtea cõuentus. Sacra.

COncede quæſumus domine: vt oculis tuæ maieſtatis munus oblatum, & gratiã nobis deuotionis obtineat: & effectum beatę perennitatis adquirat. Per. Cõmu. Pater: ſi nõ poteſt hic calix trãſire niſi bibã illum:

illũ: fiat voluntas tua. Poſt cõmu.

PEr huius domine operationem myſterij: & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur. Per dñm.

¶ Feria ſecunda. Statio ad ſanctam Praxedem. Officium.

IVdica domine nocẽtes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma & ſcutũ: & exurge in adiutoriũ meũ: domine virtus ſalutis meæ. ℣. Effunde frameam: & conclude aduerſus eos qui perſequũtur me: dic animę meę: ſalus tua ego ſum. Orõ.

DA quæſumus omnipotens deꝰ, vt qui in tot aduerſis ex nr̃a infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui paſsione, liberemur. Qui te. ¶ Lectio Eſaię prophe. c.l.

IN diebus illis: Dixit Eſaias propheta. Dominus deus aperuit mihi aurem: ego autẽ non contradico: retrorſum nõ abij. Corpus meum dedi percutientibus: & genas meas vellẽtibus. Faciem meam non auerti: ab increpantibus & cõſpuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: & ideo nõ ſum confuſus. Ideo poſui faciẽ meã vt petram duriſsimam: & ſcio quoniam non confundar. Iuxtà eſt qui iuſtificat me: quis cõtradicet mihi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus? Accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator meus: quis eſt qui condemnet me? Ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deum: audiens vocem ſerui ſui? Quis ambulauit in tenebris: & non eſt lumẽ ei? Speret in noĩe dñi: & innitatur ſuper dño deo ſuo. ℟. Exurge dñe: & intẽde iudiciũ meum deus meus: & dñs meus in cauſam meã. ℣. Effunde frameã: & conclude: aduerſus eos qui me perſequuntur.

¶ Euange. ſecundũ Ioan. c.xij.

IN illo tẽpore: Ante ſex dies paſchæ venit dominus Ieſus Bethaniam vbi fuerat Lazarus mortuus: quẽ ſuſcitauit Ieſus. Fecerũt autẽ ei cœnã ibi: & Martha miniſtrabat: Lazarus verò vnus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pi-

ſtici pretioſi:& vnxit pedes Ieſu,& exterſit capillis ſuis pedes eius: & domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes: qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentũ non venijt trecentis denarijs:& datum eſt egenis?Dixit autẽ hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum:ſed quia fur erat:& loculos habens ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Ieſus. Sine illam: vt in diẽ ſepulturæ meæ ſeruet illud. Pauperes em̃ ſemper habetis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic eſſet: & venerunt non propter Ieſum tantùm. Sed vt Lazarum viderẽt: quem ſuſcitauit à mortuis. Cogitauerunt autem principes ſacerdotum: vt & Lazarum interficerent: quia multi propter eum abibant ex Iudæis:& credebant in Ieſum. In craſtinum autem turba multa quæ conuenerat ad diem feſtum: cùm audiſſet quia venit Ieſus Ieroſolymam: acceperunt ramos palmarum: & proceſſerunt obuiam ei: & clamabant. O ſanna: benedictus qui venit in nomine domini:rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum: & ſedit ſuper eum: ſicut ſcriptũ eſt. Noli timere filia Siõ: ecce rex tuus venit tibi:ſedens ſuper pullum aſinæ. Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primùm:ſed quádo glorificatus eſt Ieſus: tunc recordati ſunt,quia hęc ſcripta erant de eo: & hæc fecerunt ei. Teſtimoniũ ergo perhibebat turba quæ erat cum eo: quando Lazarum vocauit de monumento & ſuſcitauit eũ à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba:quia audierũt eum feciſſe hoc ſignum. Phariſęi ergo: dixerunt ad ſemetipſos. Videtis:quia nihil proficimus?Ecce mũdus totus poſt eum abit. Erant autem gentiles quidam, ex his qui aſcenderant:vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerũt ad Philippum qui erat à Bethſaida Galilææ: & rogabant eum dicentes. Domine: volumus Ieſum videre. Venit Philippus: & dicit Andrææ.

Andreas rurſum & Philippus: dixerunt Ieſu. Ieſus autem reſpondit eis dicens. Venit hora: vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: niſi granum fruméti cadens in terrã mortuũ fuerit: ipſum ſolum manet. Si autem mortuũ fuerit: multũ fructum affert. Qui amat animã ſuã perdet eam: & qui odit animam ſuã in hoc mundo: in vitam æternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat: me ſequatur: & vbi ego ſum: illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eũ pater meus. Nũc anima mea turbata eſt. Et quid dicã? Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed ꝓpterea veni in hãc horam. Pater: clarifica tuũ nomen. Venit ergo vox de cælo dicens. Et clarificaui: & iterum clarificabo. Turba ergo quæ ſtabat & audierat: dicebat tonitruum factum eſſe. Alij dicebant: Angelus ei locutus eſt. Reſpõdit eis Ieſus: & dixit. Nõ propter me vox hæc venit: ſed propter vos. Nunc iudiciũ eſt mundi: nunc princeps huius mũdi: eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra: omnia traham ad me ipſum. Hoc autem dicebat: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpõdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia Chriſtus manet in æternũ: & quomodo tu dicis: oportet exaltari filiũ hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicũ lumẽ in vobis eſt. Ambulate dum lucẽ habetis: vt nõ tenebrę vos cõprehẽdãt. Et qui ambulat in tenebris: neſcit quò vadat. Dum lucẽ habetis credite in lucẽ: vt filij lucis ſitis. Hęc locutus eſt Ieſus: & abijt: & abſcõdit ſe ab eis. Offert. Eripe me de inimicis meis domine: ad te confugi, doce me facere volũtatẽ tuam: quia deus meus es tu. Sacra.

HÆc ſacrificia nos omnipotens deus potenti virtute mundatos: ad ſuũ faciant puriores venire principiũ. Per dominũ. Commu. Erubeſcant & reuereantur ſimul: qui gratulantur malis meis. Induantur pudore & reuerentia: qui maligna loquuntur aduerſum me. Poſt cõmu.

PRæbeāt nobis domine diuinū tua ſancta feruorē: quo eorum pariter & actu delectemur & fructu. Per dñm.

Super populum. Oratio.

ADiuua nos deus ſalutaris noſter: & ad beneficia recolēda quibus nos inſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per dominum.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctā Priſcam. Officium.

NOs autem gloriari oportet in cruce domini nr̄i Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra: per quem ſaluati & liberati ſumus. ℣. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuū ſuper nos: & miſereatur nr̄i. Or̄o.

OMnipotens ſempiterne deus: da nobis ita dñicæ paſsionis ſacramēta peragere, vt indulgentiam percipere mereamur. Per eū. dñm. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Capite. ij.

IN diebus illis: Dixerunt Iudæi impij apud ſemetipſos. Venite circunueniamus iuſtū: quoniā inutilis eſt nobis: & cōtrarius operibus noſtris. Et improperat nobis peccata legis: & diffamat in nos peccata diſciplinæ nr̄ę. Promittit ſe ſcientiam dei habere: & filium dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationū noſtrarū: grauis eſt nobis etiā ad videndum: quoniā diſsimilis eſt alijs vita illius: & immutatæ ſunt viæ eius. Tanquā nugaces ęſtimati ſumus ab illo: & abſtinet ſe à vijs noſtris tāquā ab immundicijs, & præfert nouiſsima iuſtorum: & gloriatur patrem ſe habere deū. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint: & tentemus quæ ventura ſunt illi: & ſciemus quę erūt nouiſsima illius. Si enim eſt verè filius dei: ſuſcipiet illum: & liberabit illum de manibus cōtrariorum. Contumelia & tormento interrogemus illum: vt ſciamus reuerentiam illius: & probemus patientiā eius. Morte turpiſsima condemnemus illū: erit enim reſpectus ex ſermonibus illius. Hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum: &

neſcierunt ſacramēta dei:neq; mercedem ſperauerunt iuſtitiæ:neq; iudicauerunt honorē animarum ſanctarū. Dicit dominus omnipotēs. ℟. Ego autē dum mihi moleſti eſſent:induebam me cilicio: humiliabam in ieiunio animam meā: & oratio mea in ſinum meū conuertetur. ℣. Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma & ſcutum:& exurge in adiutorium mihi.

Paſsio domini noſtri Ieſu Chriſti ſecūdùm Marcum. Capite.xiiij.



IN illo tēpore: Erat paſcha& azyma poſt biduum.Et quærebāt ſummi ſacerdotes & ſcribæ: quomodo Ieſum dolo tenerēt & occiderēt. Dicebant enim. Nō in die feſto.Ne fortè tumultus fieret in populo.Et cū eſſet Ieſus Bethaniȩ in domo Simonis leproſi & recūberet: venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi piſticæ pretioſæ. Et fracto alabaſtro: effudit ſuper caput eius. Erant autē quidam indignè ferentes intra ſemetipſos:& dicentes. Vt quid perditio iſta vnguēti facta eſt? Poterat enim vnguētum iſtud venundari pluſq̄ trecētis denarijs: & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Ieſus autē dixit. Sinite eā. Quid illi moleſti eſtis? Bonū opus operata eſt in me: ſemper enim pauperes habetis vobiſcum: & cùm volueritis poteſtis illis benefacere: me autē nō ſemper habebitis. Quod habuit hæc fecit.Prȩuenit vngere corpus meum : in ſepulturam. Amē dico vobis: vbicunque prædicatum fuerit euangelium iſtud in vniuerſo mundo:& quod fecit hæc:narrabitur in memoriam eius. Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim:abijt ad ſummos ſacerdotes: vt proderet eum illis. Qui audientes, gauiſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat : quomodo illum opportunè traderet. Et primo die azymorum quando paſcha immolabant:

dicūt

dicunt ei diſcipuli. Quò vis eamus: & paremus tibi vt mãduces paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis: & dicit eis. Ite in ciuitatẽ: & occurret vobis homo: lagenã aquæ baiulans: ſequimini eum: & quocunq; introierit: dicite dño domus: q̃a magiſter dicit. Vbi eſt refectio mea: vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande ſtratum: & illic parate nobis. Et abierũt diſcipuli ei⁹: & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt ſicut dixerat illis: & parauerũt paſcha. Veſpere autem facto: venit cũ duodecim: & diſcumbentibus illis & mãducantibus: ait Ieſus. Amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet: qui manducat mecum. At illi cœperunt cõtriſtari: & dicere ei ſigillatim. Nunquid ego? Qui ait illis. Vnus ex duodecim: qui intingit mecũ manum in catino. Et quidem filius hominis vadit: ſicut ſcriptum eſt de eo: væ autẽ homini illi: per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat ei: ſi natus non eſſet homo ille. Et mãducantibus illis: accepit Ieſus panẽ: & benedicens fregit: & dedit eis & ait. Sumite: hoc eſt corpus meũ. Et accepto calice: gratias agens, dedit eis: & biberũt ex illo omnes: & ait illis. Hic eſt ſanguis meus, noui teſtamẽti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: q᷑ iam non bibam de genimine vitis: vſq; in diem illum: cùm illud bibã nouũ in regno dei. Et hymno dicto: exierunt in montem oliuarũ. Et ait illis Ieſus. Omnes ſcãdalizabimini in nocte iſta: quia ſcriptum eſt. Percutiam paſtorẽ: & diſpergentur oues. Sed poſtq̃ reſurrexero: præcedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint: ſed non ego. Et ait illi Ieſus. Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priuſquam bis gallus vocẽ dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi: non te negabo. Similiter autem: & omnes dicebant. Et veniunt in prædium

cui

cui nomen Gethſemani:& ait diſcipulis ſuis. Sedete hîc: donec orem. Et aſſumit Petrũ & Iacobum & Ioannẽ ſecum: & cœpit tędere & pauere. Et ait illis. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Suſtinete hîc: & vigilate. Et cùm proceſsiſſet puſillum: procidit ſuper terrã & orabat: vt ſi fieri poſſet: trãſiret ab eo hora: & dixit. Abba pater: omnia tibi poſsibilia ſunt: transfer calicẽ hunc à me. Sed non quod ego volo: ſed quod tu. Et venit: & inuenit eos dormiẽtes. Et ait Petro. Simõ dormis? Non potuiſti vna hora vigilare? Vigilate & orate: vt nõ intretis in tentationẽ. Spiritus quidem promptus eſt: caro verò infirma. Et iterũ abiens orauit: eũdem ſermonem dicens. Et reuerſus denuò: inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati: & ignorabant quid reſponderent ei. Et venit tertiò: & ait illis. Dormite iam: & requieſcite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hominis: in manus peccatorũ. Surgite eamus: ecce qui me tradet propè eſt. Et adhuc eo loquente: venit Iudas Iſcariotes vnus ex duodecim: & cum illo turba multa cũ gladijs: & lignis: miſsi à ſummis ſacerdotib⁹ & ſcribis: & ſenioribus. Dederat autem traditor eis ſignum dicens. Quẽcunq; oſculatus fuero: ipſe eſt, tenete eum: & ducite cautè. Et cũ veniſſet: ſtatim accedens ad eum ait. Aue rabbi. Et oſculatus eſt eum. At illi manus iniecerunt in Ieſum: & tenuerunt eum. Vnus autẽ de circunſtantibus educens gladium: percuſsit ſeruũ ſummi ſacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et reſpondens Ieſus ait illis. Tanq̃ ad latronem: exiſtis cum gladijs & lignis comprehendere me? Quotidie apud vos eram in templo docens: & non me tenuiſtis. Sed vt adimpleantur ſcripturæ. Tunc diſcipuli eius relinquentes eum: omnes fugerũt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum: amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta ſindone: nudus profugit ab eis. Et adduxerũt Ieſum ad

ſummũ

ſummum ſacerdotẽ: & conue
nerũt omnes ſacerdotes & ſcri
bæ & ſeniores. Petrus autem à
longè ſecutus eſt eum: vſq; in-
trò in atriũ ſummi ſacerdotis:
& ſedebat cum miniſtris: & ca
leſaciebat ſe ad ignem. Summi
verò ſacerdotes & omne cõci-
liũ: quærebant aduerſus Ieſum
teſtimoniũ: vt eum morti tra-
derent: nec inueniebant. Mul-
ti enim teſtimoniũ falſum di-
cebant aduerſus eum: & cõue-
nientia teſtimonia non erant.
Et quidã ſurgẽtes: teſtimoniũ
falſum ferebant aduerſus eum
dicẽtes. Quoniam nos audiui-
mus eum dicẽtẽ. Ego diſſoluã
tẽplũ hoc manufactũ: & poſt
triduũ: aliud nõ manufactum
ædificabo. Et non erat conue-
niens teſtimoniũ illorum. Et
exurgens ſummus ſacerdos in
mediũ: interrogauit Ieſum di-
cens. Nõ reſpõdes quicquã: ad
ea quæ tibi obijciuntur ab his?
Ille autẽ tacebat: & nihil reſpõ
dit. Rurſus ſummus ſacerdos
interrogauit eũ: & dixit ei. Tu
es Chriſtus: filius dei benedi-
cti? Ieſus autem dixit illi. Ego

ſum. Et videbitis filium homi
nis ſedentem à dextris virtutis
dei: & venientẽ cũ nubibus cæ
li. Summus autẽ ſacerdos: ſcin
dens veſtimenta ſua ait. Quid
adhuc deſideramus teſtes? Au
diſtis blaſphemiã: quid vobis
videtur? Qui omnes condem-
nauerunt eum: eſſe reũ mortis.
Et cœperunt quidã conſpuere
eum: & velare faciẽ eius: & co-
laphis eũ cædere: & dicere ei.
Prophetiza. Et miniſtri alapis
eum cædebãt. Et cùm eſſet Pe
trus in atrio deorſum: venit v-
na ex ancillis ſummi ſacerdo-
tis: & cùm vidiſſet Petrum ca-
leſacientem ſe: aſpiciens illum
ait. Et tu cum Ieſu Nazareno
eras. At ille negauit dicens. Ne
que ſcio neq; noui quid dicas.
Exijt ergo foras ante atriũ: &
gallus cãtauit. Rurſum autem
cùm vidiſſet illum ancilla: cœ
pit dicere circunſtãtibus. Quia
hic ex illis eſt. At ille iterũ ne-
gauit. Et poſt puſillum: rurſus
qui aſtabant dicebãt Petro. Ve
rè ex illis es: nã & Galilæus es.
Ille autem cœpit anathemati-
zare & iurare: quia neſcio ho-
minem

minem iſtum quem dicitis. Et ſtatim iterum gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus: priuſq̃ gallus cantet bis: ter me negabis: & cœpit flere. Et cõfeſtim manè concilium faciẽtes ſummi ſacerdotes cũ ſenioribus & ſcribis & vniuerſo cõcilio: vincientes Ieſum: duxerũt & tradiderũt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. Tu es rex Iudæorum? At ille reſpondens ait illi. Tu dicis. Et accuſabãt eum ſummi ſacerdotes in multis: Pilatus autem: rurſum interrogauit eum dicens. Non reſpõdes quicquã? Vide in quantis te accuſant. Ieſus autem amplius nihil reſpondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem feſtũ dimittere ſolebat illis vnũ ex vinctis: quemcunq; petiſſent. Erat autem qui dicebatur Barrabas: qui cum ſeditioſis erat vinctus: qui in ſeditione fecerat homicidium. Et cùm aſcẽdiſſet turba: cœpit rogare: ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſpondit eis: & dixit. Vultis dimittam vobis: regem Iudæorum? Sciebat enim ꝙ per inuidiã tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Põtifices autem concitauerunt turbam: vt magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum reſpondens: ait illis. Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eũ. Pilatus verò dicebat eis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt. Crucifige eũ. Pilatus autem volens populo ſatisfacere: dimiſit illis Barrabam: & tradidit Ieſum, flagellis cæſum: vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intrò in atrium prætorij: & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura: & imponunt ei plectentes ſpineam coronã: & cœperunt ſalutare eũ. Aue rex Iudæorũ. Et percutiebant caput eius arũdine: & cõſpuebant eum. Et ponentes genua: adorabant eũ. Et poſtq̃ illuſerunt ei: exuerũt illũ purpura: & induerunt eũ veſtimẽtis ſuis: & ducunt illũ vt crucifigerent eũ. Et angariauerunt quẽpiam prætereũtem Simonem

Cyrenæum: veniẽtem de villa patrem Alexandri & Rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod eſt interpretatum, caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinũ: & non accepit. Et crucifigentes eum: diuiſerunt veſtimẽta eius: mittentes ſortẽ ſuper eis: quis quid tolleret. Erat autẽ hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus: rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnũ à dextris: & alium à ſiniſtris eius. Et adimpleta eſt ſcriptura quę dicit: & cũ iniquis reputatus eſt. Et prætereuntes blaſphemabant eum: mouẽtes capita ſua & dicẽtes. Vah qui deſtruis tẽplum dei: & in tribus diebus reædificas. Saluum fac temetipſum: deſcẽdens de cruce. Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes: ad alterutrum cum ſcribis dicebãt. Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Chriſtus rex Iſrael: deſcẽdat nũc de cruce: vt videamus & credamus. Et qui cũ eo crucifixi erant: conuiciabantur ei. Et facta hora ſexta: tenebræ factæ ſunt per totam terrã: vſq; in horam nonam. Et hora nona: exclamauit Ieſus voce magna dicens. Heloy heloy: lama ſabachthani? Quod eſt interpretatũ. Deus meus deus me᷒: vt quid dereliquiſti me? Et quidam de circunſtantibus audiẽtes: dicebant. Ecce Heliam vocat. Currens autem vnus & implens ſpongiam aceto: circumponenſq; calamo: potũ dabat ei dicẽs. Sinite: videamus ſi veniat Helias ad deponendũ eũ. Ieſus autẽ emiſſa voce magna: expirauit. ✠. Et velum templi ſciſſum eſt in duo: à ſummo vſque deorſum. Videns autẽ Cẽturio qui ex aduerſo ſtabat: q̃a ſic clamans expiraſſet ait. Verè homo hic: filius dei erat. Erant autẽ & mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene: & Maria Iacobi minoris: & Ioſeph mater, & Salome. Et cùm eſſet in Galilæa: ſequebantur eum: & miniſtrabãt ei. Et alię multę: quæ ſimul cum eo aſcẽderãt Ieroſolymã:

T cùm iam ſero eſſet factum:quia erat paraſceue: quod eſt ante ſab batum:venit Ioſeph ab Arima thia,nobilis decurio:qui & ipſe erat expectans regnum dei: & audacter introijt ad Pilatũ: &petijt corpus Ieſu.Pilatus autem mirabatur, ſi iam obijſſet. Et accerſito Centurione:interrogauit eũ: ſi iam mortuus eſſet. Et cũ cognouiſſet à Centurione: donauit corpus Ioſeph. Ioſeph autem mercatus ſindonem:& deponens eum: inuoluit ſindone.Et poſuit eũ in monumento: quod erat exciſſum de petra: & aduoluit lapidem: ad oſtium monumenti. Offer. Cuſtodi me domine de manu peccatoris:& ab hominibus iniquis eripe me domine. Sacra.

SAcrificia quæſumus domine nos propenſiùs iſta reſtaurent: quæ medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per dominum. Iſtis tribus diebus ſcilicet feria.iij.iiij. &.v. dicitur Præfatio. Qui ſalutem humani gene. Cõmunio. Aduerſum me exercebantur qui ſedebant in porta: & in me pſallebant qui bibebant vinum: ego verò orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus in multitudine miſericordiæ tuæ. Poſt cõmu.

SAnctificationibus tuis omnipotens deus: & vitia nr̃a curẽtur: & remedia nobis ſempiterna proueniant.Per.

Super populum. Oratio.

TVa nos miſericordia de⁹: & ab omni ſurreptiõe vetuſtatis expurget: & capaces ſanctæ nouitatis efficiat.Per.

¶Feria.iiij. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Officium.

N nomine domini omne genu flectatur cæleſtium terreſtrium & infernorũ: quia dominus factus eſt obediens vſque ad mortem:mortem autem crucis: ideo dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. ℣. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

¶ In hac feria quarta non dicatur vigilia defunctorũ:niſi frater obierit: vel aliquis defunctus à foris ducatur: miſſa ta-

mē poteſt dici pro defunctis: & ab hinc vſq; in ſecundam feriam non amplius dicatur. Ad primā collectam dicitur. Dominus vobiſcum. Et ad ſecundam. Oremus. Oratio.

PRęſta quęſumus omnipotēs deus: vt qui noſtris exceſsibus inceſsāter affligimur, per vnigeniti tui paſsionem liberemur. Qui tecū. ¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. Capite.lxiij.

HÆc dicit dominus: Dicite filiæ Sion. Ecce ſaluator tuus venit: ecce merces ei⁹ cum eo: & opus illius corā eo. Quis eſt iſte qui venit de Edō: tinctis veſtib' de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Ego qui loquor iuſtitiā: & propugnator ſum ad ſaluandum. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum: & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus: & de gētibus nō eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea: & aſperſus eſt ſanguis eorū ſuper veſtimēta mea: & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meæ venit. Circunſpexi, & non erat auxiliator: quæſiui & nō fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachium meum: & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Miſerationū domini recordabor: laudem dei ſuper omnia quæ reddidit nobis: dominus deus noſter. ℟. Ne auertas faciem tuā à puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac deus: quoniam intrauerūt aquę vſque ad animam meam: infixus ſum in limo profundi: & non eſt ſubſtantia. Oratio.

DEus qui pro nobis filiū tuum crucis patibulum ſubire voluiſti: vt inimici à nobis expelleres poteſtatem: cōcede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis gratiam cōſequamur. Per eundem do. ¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. Capite.liij.

IN diebus illis: Dixit Eſaias. Domine quis credidit auditui noſtro: & brachium domini cui reuelatū eſt? Et aſcendet quaſi virgultum coram eo: & ſicut

ſicut radix de terra ſitienti: & nõ eſt ſpecies ei neq; decor. Et vidimus eum, & nõ erat aſpe-ctus:& deſiderauimus eum de ſpectum, & nouiſsimum viro rum: virum dolorum & ſciẽtẽ infirmitatẽ.Et quaſi abſcondi-tus vultus eius & deſpectus:vn de nec reputauimus eũ. Verè languores nr̃os ipſe tulit:& do lores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus eũ quaſi lepro-ſum:& percuſſum à deo & hu miliatum.Ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera no-ſtra.Diſciplina pacis noſtræ ſu per eũ: & liuore eius ſanati ſu-mus.Omnes nos quaſi oues er rauimus:vnuſquiſq; in viã ſuã declinauit: & dñs poſuit in eo iniquitatẽ omnium noſtrum. Oblatus eſt quia ipſe voluit:& non aperuit os ſuũ. Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur: & quaſi agnus corã tondente ſe obmu teſcet:& non aperiet os ſuum. De anguſtia & de iudicio ſub-latus eſt:generationẽ eius quis enarrabit? Quia abſciſſus eſt de terra viuẽtium. Propter ſcelus populi mei percuſsi eum:& da bit impios pro ſepultura:& di-uites pro morte ſua: eo ꝙ ini-quitatem nõ fecerit:nec dolus fuerit in ore eius: & dñs voluit conterere eũ in infirmitate. Si poſuerit pro peccato animam ſuam:videbit ſemen longæuũ: & volũtas dñi in manu eius di rigetur: pro eo ꝙ tradidit ani-mam ſuam in mortem:& cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorum tulit:& pro tranſgreſſoribus orauit: vt nõ perirẽt. Dicit dominus: omni-potens. Tractus. Domine exau di orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. p̃. Domine. ℣. Non auertas faciem tuam à me: in quacũq; die tribulor:inclina ad me aurem tuam. p̃. Et cla. ℣. In qua-cunq; die inuocauero te: velociter exaudi me. p̃. Domine. ℣. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei:& oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt. p̃. Et cla. ℣. Percuſſus ſum ſi cut fœnum: & aruit cor meũ: quia oblitus ſum manducare panẽ meũ. p̃. Domine. ℣. Tu exurgens dñe miſereberis Sion: quia venit tem-pus miſerendi eius. p̃. Et. ℣. Dñe.

Paſsio domini no ſtri Ieſu Chriſti:ſecundùm Lucam. Capite.xxij.



IN illo tẽpore, Appropĩquabat dies feſtus azymorũ,qui dici turpaſcha:&quęrebant principes ſacerdotum & ſcribæ: quomodo Ieſum interficerent: timebant verò plebem. Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcariotes vnũ de duodecim: & abijt & locutus eſt cum principibus ſacerdotum & magiſtratibus: quẽadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: & pacti ſunt illi pecuniam dare. Et ſpopondit. Et quærebat opportunitatem: vt traderet eum ſine turbis. Venit autẽ dies azymorũ: in qua neceſſe erat occidi paſcha: & miſit Petrum & Ioannem dicens. Euntes parate nobis paſcha:vt mãducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus?Et dixit eis. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ: occurret vobis homo amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domũ in quam intrat: & dicetis patri familias domus. Dicit tibi magiſter. Vbi eſt diuerſoriũ: vbi paſcha cũ diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis oſtendet cœnaculum magnum ſtratũ: & ibi parate. Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis: & parauerunt paſcha. Et cùm facta eſſet hora, diſcubuit: & duodecim apoſtoli cum eo. Et ait illis. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum: antequã patiar. Dico enim vobis:quia ex hoc non manducabo illud:donec impleatur in regno dei. Et accepto calice: gratias egit &dixit. Accipite:& diuidite inter vos:dico enim vobis:ꝙ nõ bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. Et accepto pane : gratias egit & fregit:& dedit eis dicẽs. Hoc eſt corpus meum: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationẽ. Similiter & calicẽ: poſtquàm cœnauit dicens. Hic eſt calix, nouum teſtamẽtum in ſanguine

ne meo: qui pro vobis funde-
tur. Veruntamen ecce manus
tradentis me:mecũ eſt in men
ſa. Et quidem filius hominis,ſe
cundùm ꝗ diffinitũ eſt, vadit:
veruntamẽ væ homini illi: per
quẽ tradetur. Et ipſi cœperunt
inter ſe quærere: quis eſſet ex
eis: qui hoc eſſet facturus. Fa-
cta eſt autem & contẽtio inter
eos: quis eorum videretur eſſe
maior. Dixit autẽ eis Ieſus. Re-
ges gentiũ dominantur eorũ:
& qui poteſtatẽ habent ſuper
eos: benefici vocantur. Vos au
tẽ non ſic. Sed qui maior eſt in
vobis: fiat ſicut minor. Et qui
pręceſſor eſt: ſicut miniſtrator.
Nam quis maior eſt: qui recũ-
bit: an qui miniſtrat? Nõne qui
recũbit? Ego autẽ in medio ve
ſtrum ſum: ſicut qui miniſtrat.
Vos autẽ eſtis: qui permãſiſtis
mecũ in tẽtationibus meis. Et
ego diſpono vobis: ſicut diſpo
ſuit mihi pater meus regnum:
vt edatis & bibatis ſuper men-
ſam meã in regno meo: & ſe-
deatis ſuper thronos: iudicãtes
duodecim tribus Iſrael. Ait au
tem dominus Simoni. Simon:
ecce Satanas expetiuit vos: vt
cribraret ſicut triticum: ego au
tem rogaui pro te: vt non defi-
ciat fides tua. Et tu aliquando
cõuerſus: cõfirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Domine: tecũ pa-
ratus ſum: & in carcerem & in
mortem ire. Et ille dixit. Dico
tibi Petre: non cantabit hodie
gallus: donec ter abneges noſ
ſe me. Et dixit eis. Quando mi
ſi vos ſine ſacculo & pera & cal
ceamentis: nũquid aliquid de
fuit vobis? At illi dixerunt. Ni-
hil. Dixit ergo eis. Sed nũc qui
habet ſacculum: tollat ſimili-
ter & peram. Et qui nõ habet:
vẽdat tunicam ſuam, & emat
gladiũ. Dico enim vobis: quo-
niam adhuc hoc quod ſcriptũ
eſt: oportet impleri in me. Et
cum iniquis deputatus eſt. Et-
enim ea quæ ſunt de me: finẽ
habent. At illi dixerunt. Dñe:
ecce gladij duo hîc. At ille di-
xit eis. Satis eſt. Et egreſſus: ibat
ſecundùm conſuetudinem in
mõtem oliuarum. Secuti ſunt
autem illum: & diſcipuli. Et cũ
perueniſſet ad locum: dixit il-
lis. Orate: ne intretis in tenta-
M 3 tionẽ.

tionem. Et ipſe auulſus eſt ab eis:quantum iactus eſt lapidis. Et poſitis genibus: orabat dicens. Pater ſi vis:transfer calicẽ iſtum à me. Veruntamen non mea voluntas:ſed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cę lo:cõfortans eum. Et factus in agonia,prolixiùs orabat. Et factus eſt ſudor eius: ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrã. Et cũ ſurrexiſſet ab oratione: & veniſſet ad diſcipulos ſuos: inuenit eos dormientes præ triſtitia: & ait illis. Quid dormitis? Surgite orate:ne intretis in tentationem. Adhuc eo loquẽte:ecce turba:& qui vocabatur Iudas vnus de duodecim:antecedebat eos. Et appropinquauit Ieſu:vt oscularetur eum. Ieſus autem dixit ei. Iuda:oſculo filium hominis tradis? Videntes autẽ hi qui circa ipſum erãt quod futurum erat: dixerũt ei. Domine:ſi percutimus in gladio? Et percuſsit vnus ex illis ſeruum principis ſacerdotũ:& amputauit auriculam eius dexteram. Reſpondens autem Ieſus ait. Sinite vſq; huc. Et cùm tetigiſſet auriculam eius:ſanauit eum. Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotũ: & magiſtratus templi & ſeniores. Quaſi ad latronẽ exiſtis cum gladijs & fuſtibus? Cùm quotidie vobiſcũ fuerim in templo:nõ extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora veſtra: & poteſtas tenebrarũ. Comprehendentes autem eum:duxerũt ad domum principis ſacerdotũ. Petrus verò ſequebatur eum à lõge. Accẽſo autẽ igne in medio atrij, & circunſedentibus illis: erat Petrus in medio eorũ. Quem cùm vidiſſet ancilla quædã ſedentẽ ad lumẽ:& eũ fuiſſet intuita dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eũ dicens. Mulier:nõ noui illũ. Et poſt puſillum:alius videns eum dixit. Et tu ex illis es? Petrus verò ait. O homo non ſum. Et interuallo facto quaſi horæ vnius: alius quidam affirmabat dicens. Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus eſt. Et Petrus ait. Homo:neſcio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente: can-

tauit

tauit gallus. Et cõuerſus domi
nus:reſpexit Petrum. Et recor-
datus eſt Petrus verbi domini
ſicut dixerat: quia priuſq̃ gal-
lus cantet: ter me negabis: &
egreſſus foras Petrus: fleuit a-
marè. Et viri qui tenebant Ie-
ſum: illudebant ei cędentes. Et
velauerunt eũ: & percutiebant
faciẽ eius: & interrogabãt eum
dicentes. Prophetiza: quis eſt
qui te percuſsit? Et alia multa
blaſphemãtes: dicebant in eũ.
Et vt factus eſt dies: cõuenerũt
ſeniores plebis: & principes ſa
cerdotũ & ſcribæ: & duxerunt
illum in concilium ſuũ dicen-
tes. Si tu es Chriſtus: dic nobis.
Et ait illis. Si vobis dixero: non
credetis mihi: ſi autem & inter
rogauero: nõ reſpondebitis mi
hi: neq; dimittetis. Ex hoc autẽ
erit filius hominis: ſedẽs à dex-
tris virtutis dei. Dixerunt autẽ
omnes. Tu ergo es filius dei?
Qui ait. Vos dicitis: quia ego
ſum. At illi dixerunt. Quid ad
huc deſideramus teſtimoniũ?
Ipſi enim audiuimus de ore
eius. Exurgens autem omnis
multitudo eorum: duxerũt eũ
ad Pilatum. Cœperunt autem
accuſare illum: dicẽtes. Hunc
inuenimus ſubuertentem gen
tem noſtram: & prohibentem
tributa dari Cæſari: & dicẽtem
ſe Chriſtum regem eſſe. Pila-
tus autẽ: interrogauit eum di-
cens. Tu es rex Iudæorum? At
ipſe reſpondens ait. Tu dicis.
Ait autem Pilatus ad princi-
pes ſacerdotum & turbas. Ni-
hil inuenio cauſæ in hoc ho-
mine. At illi inualeſcebant di-
centes. Commouet populum,
docens per vniuerſam Iudæã:
incipiens à Galilæa vſque huc.
Pilatus autẽ audiens Galilæã:
interrogauit ſi homo Galilæus
eſſet. Et vt cognouit quòd de
Herodis poteſtate eſſet: remi-
ſit eum ad Herodẽ: qui & ipſe
Ieroſolymis erat illis diebus.
Herodes autem viſo Ieſu: ga-
uiſus eſt valde. Erat enim cu-
piens ex multo tempore vide-
re eum: eo quòd audiret mul-
ta de illo: & ſperabat ſignum
aliquod videre ab eo fieri. In-
terrogabat autem illum mul-
tis ſermonibus. At ipſe nihil ei
reſpondebat. Stabant autem

 princi-

principes ſacerdotũ & ſcribæ: cõſtãter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutũ veſte alba: & remiſit illũ ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nã antea inimici erãt adinuicem. Pilatus autem cõuocatis principibus ſacerdotum: & magiſtratibus & plebe: dixit ad illos. Obtuliſtis mihi hunc hominẽ quaſi auertentẽ populũ: & ecce ego corã vobis interrogãs: nullam cauſam inuenio in homine iſto: ex his in quibus eũ accuſatis. Sed nec Herodes. Nã remiſit illũ ad nos: & ecce nihil dignum morte actũ eſt ei. Emendatũ ergo: illũ dimittam. Neceſſe autẽ habebat: dimittere eis per diem feſtũ vnũ vinctũ. Exclamauit autẽ ſimul vniuerſa turba dicens. Tolle hunc: & dimitte nobis Barrabam. Qui erat propter ſeditionem quandã factam in ciuitate, & homicidiũ, miſſus in carcerem. Iterũ autem Pilatus locutus eſt ad illos: volens dimittere Ieſum. At illi ſucclamabãt dicẽtes. Crucifige: crucifige illum. Ille autẽ tertiò: dixit ad illos. Quid enim mali fecit iſte? Nullã cauſam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illũ: & dimittam. At illi inſtabant vocibus magnis: poſtulantes vt crucifigeretur: & inualeſcebãt voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorũ. Dimiſit autẽ eis illum qui propter homicidium & ſeditionẽ miſſus fuerat in carcerẽ: quem petebant. Ieſum verò tradidit voluntati eorum. Et cùm ducerent eum: apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem venientem de villa: & impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus dixit. Filiæ Ieruſalem: nolite flere ſuper me: ſed ſuper voſipſas flete: & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies: in quibus dicent. Beatæ ſteriles & ventres qui non genuerunt: & vbera quæ non lactauerunt.

Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos: & collibus, operite nos. Quia ſi in viri di ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autē & alij duo nequã cũ eo: vt interfi cerentur. Et poſtquã venerunt in locum qui vocatur caluariȩ: ibi crucifixerũt eũ. Et latrones: vnũ à dextris & alterum à ſiniſtris. Ieſus autē dicebat. Pater: dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt. Diuidentes verò veſtimēta eius: miſerũt ſortes. Et ſtabat populus expectãs: & deridebant illum principes cũ eis: dicentes. Alios ſaluos fecit: ſe ſaluum faciat: ſi hic eſt Chri ſtus dei electus. Illudebant autem ei & milites: accedētes, & acetum offerentes illi: dicētes. Si tu es rex Iudæorum: ſaluum te fac. Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper illum: literis Grȩcis & Latinis & Hebraicis. Hic eſt rex Iudæorum. Vnus autem de his qui pendebant la tronibus: blaſphemabat eum dicēs. Si tu es Chriſtus: ſaluum fac temetipſum & nos. Reſpõ dens autē alter: increpabat illũ dicens. Neq; tu times deũ: qui in eadē damnatione es. Et nos quidem iuſtè: nã digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſsit. Et dicebat ad Ieſum. Do mine memento mei: cũ veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradyſo. Erat autē ferè hora ſexta: & tenebrȩ factæ ſunt in vniuerſam terrã: vſq; in horam nonam. Et obſcuratus eſt ſol: & velum tēpli ſciſſum eſt medium. Et clamãs voce magna Ieſus dixit: Pater: in manus tuas commendo ſpi ritum meum. Et hæc dicēs: expirauit. ✠ Videns autem Centurio quod factum fuerat: glorificauit deum dicēs. Verè: hic homo iuſtus erat. Et omnis tur ba eorum qui ſimul aderãt ad ſpectaculum iſtud: & videbãt quæ fiebant: percutiētes pectõ ra ſua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à lõgè: & mulieres quæ ſecutæ erant eum à Galilæa: hæc videntes.

ET ecce vir nomine Ioſeph qui erat decurio: vir bonus &

iuſtus: hic nõ conſenſerat cõſilio & actibus eorũ: ab Arimathęa ciuitate Iudææ: qui expectabat & ipſe regnum dei. Hic acceſsit ad Pilatũ: & petijt corpus Ieſu. Et depoſitũ: inuoluit ſindone. Et poſuit eũ in monumẽto exciſo: in quo nondum quiſquã poſitus fuerat. Offert. Dñe exaudi orationem meã: & clamor meus ad te veniat. Sacra.

PVrifica nos miſericors de⁹: vt eccleſiæ tuæ preces, quę tibi gratæ ſunt, pia munera deferentes: fiant expiatis mentib⁹ gratiores. Per dñm. Commu. Potum meum cũ fletu temperabã: quia eleuans alliſiſti me, & ego ſicut fœnũ arui: tu autem domine in æternũ permanes. Tu exurgẽs miſereberis Sion: quia venit tempus miſerendi eius. Poſt cõmunio.

LArgire ſenſib⁹ nr̃is omnipotẽs deus: vt per temporalem filij tui mortem, quã myſteria veneranda teſtantur, vitam nobis dediſſe perpetuam confidamus. Per eundem.

Super populum. Oratio.

REſpice dñe quęſumus ſuper hanc familiã tuã: pro qua dñs noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium: & crucis ſubire tormentum. Qui tecum viuit.

¶ Feria.v.in cœna domini.

¶ Poſt ſextam vnus ex ſacriſtis nouum ignem cum cryſtallino lapide (ſi habeatur) ſin autẽ à fuſillo & ſilice extracto accẽdit: & in clauſtro ponit. Et poſt ix. abbas & diaconus & tres cõuerſi induũtur. Indeq; impoſito à cantore. p̃s. Miſerere mei deus. proceſsionaliter ad ignẽ tẽditur: in qua proceſsione tã in eũdo quã in redeũdo maiores præcedunt. Hac die ſacriſta maior palmam defert cum cereo deſuper: vnus eorũ monachus abſconſam cum candela non accenſa portat. Cumq; ad ignem ventum erit: conuentu contra ignem facies verſas tenente, non tamen ſe inclinante: illum abbas cũ ſequenti oratione benedicit dicens. Dominus vobiſcum. Oremus.

DOmine de⁹ noſter omnipotens pater, lumẽ indeficiens: conditor omniũ luminũ: exaudi nos famulos tuos, & be-

&bene ✠ dic hūc ignem: qui tua bene ✠ dictione atq; ſancti ✠ ficatione conſecretur, tu illuminas omnem hominem venientē in hunc mundū: illumina cōſcientias cordis noſtri igne tuæ charitatis: vt tuo igne igniti: tuo lumine illuminati, expulſis à cordibus noſtris peccatorum tenebris: ad vitam te illuſtrāte peruenire mereamur æternam. Per dominum.

¶ Inde abbas aquā benedictā aſpergit ſuper ignē: & prunis à conuerſo in thuribulum ſumptis: incēſum per abbatem ibi imponitur: tantūq; conuerſus flat: quouſq; flāma egrediatur. Et cerei accendantur & candela abſconſæ: ne à vento benedictus ignis penitus extinguatur. Inde ſumpto igne benedicto, & incēſata cruce, proceſsio redit in eccleſiā cū ps. Deus miſereatur noſtri. & Deus in adiutoriū. vel Ad dn̄m cū tribularer. aut vnus eorum ſi ſufficiat. Et cū ad chorū peruentum fuerit: cymbala pulſabuntur: & exinde vſq; ad diē ſabbati ad miſſam nullū cymbalum pulſabitur: ſed loco cāpanarum tabulæ pulſantur. Et miſſa cantabitur ſolenniter vt in feſtis principalib⁹. Excepto quòd ad Kyrie eleiſon & ad Sāctus non dicūtur ℣. In hac tamen miſſa cādelabra portabuntur: quod nō fit in duobus ſequētibus dieb⁹.

¶ Ad miſſam. Statio ad ſanctū Ioannē in Laterano. Officium.

Nos autē gloriari oportet in cruce domini nr̄i Ieſu Chriſti in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra: per quem ſaluati & liberati ſumus. ℣. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuū ſuper nos: & miſereatur noſtri. In hac miſſa dicitur. Dn̄s vobiſcum. quādo dicitur in alijs miſſis. Oratio.

Deus à quo & Iudas reatus ſui pœnam: & cōfeſſionis ſuæ latro præmium ſumpſit, concede nobis tuæ propiciationis effectū: vt ſicut in paſſione ſua Ieſus Chriſtus dn̄s noſter diuerſa vtriſq; intulit ſtipēdia meritorū, ita nobis, ablato vetuſtatis errore: reſurrectionis ſuæ gratiā largiatur. Qui tecū.

¶ Ad

¶ Ad Corinthios.j. Capite.xj.

FRatres: Conuenientibus vobis in vnum:iam nõ eſt dominicam cœnam mãducare. Vnuſquiſq; enim: ſuam cœnam præſumit ad manducandum.Et alius quidẽ éſurit:alius autem ebrius eſt. Nunquid domos non habetis ad manducãdum & bibendum: aut eccleſiam dei contemnitis:& cõfunditis eos qui non habẽt? Quid dicã vobis? Laudo vos?In hoc non laudo. Ego enim accepi à domino: quod & tradidi vobis. Quoniam dominus Ieſus in qua nocte tradebatur: accepit panem & gratias agens: fregit & dixit. Accipite & comedite:hoc eſt corpus meũ quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã commemorationẽ. Similiter & calicem:poſtquã cœnauit dicens.Hic calix nouum teſtamẽtum eſt in meo ſanguine: hoc facite quotienſcunq; bibetis: in meã cõmemorationẽ.Quotiẽſcunq; enim mãducabitis panem hunc: & calicẽ bibetis: mortem domini annũtiabitis donec veniat. Itaq; quicũq; manducauerit panem vel biberit calicem dñi indignè: reus erit corporis & ſanguinis domini. Probet autẽ ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat: & de calice bibat.Qui eñ mãducat & bibit indignè: iudiciũ ſibi manducat & bibit:non diiudicans corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles:& dormiũt multi.Quòd ſi noſmetipſos dijudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dũ iudicamur autẽ,à domino corripimur: vt non cũ hoc mundo dãnemur. ℞. Chriſtus factus eſt pro nobis obediẽs vſq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. ℣. Propter qđ & deus exaltauit illum: & dedit illi nomẽ:quod eſt ſuper omne nomẽ.

Euange.ſecundũ Ioã. Ca.xiij.

ANte diẽ feſtum paſchæ: ſciens dñs Ieſus quia venit eius hora vt trãſeat ex hoc mũdo ad patrem: cũ dilexiſſet ſuos q̃ erãt in mũdo: in finẽ dilexit eos.Et cœna facta: cũ diabolus iã miſiſſet in cor vt traderet eũ Iudas Simonis Iſcariotę: ſciẽsq̃ oĩa dedit ei pater in manus:& q̃ à deo exiuit,& ad deũ vadit:

vadit: ſurgit à cœna: & ponit veſtiméta ſua. Et cũ accepiſſet linteum: præcinxit ſe: deinde miſit aquam in peluim: & cœpit lauare pedes diſcipulorũ: & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus. Dñe: tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus: & dicit ei. Quod ego facio, tu neſcis modò: ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus. Nõ lauabis mihi pedes in ęternum. Reſpondit ei Ieſus. Si nõ lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei Simõ Petrus. Dñe: non tãtùm pedes meos: ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus. Qui lotus eſt: nõ indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis: ſed non omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eũ: propterea dixit, non eſtis mundi omnes. Poſtquã ergo lauit pedes eorum: accepit veſtimẽta ſua: & cũ recubuiſſet iterũ: dixit eis. Scitis: quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter & dñe: & benè dicitis: ſum etenim. Si ergo ego laui veſtros pedes dominus & magiſter: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodũ ego feci vobis: ita & vos faciatis.

Offert. Dextera domini fecit virtutẽ: dextera domini exaltauit me. Non moriar ſed viuam: & narrabo opera domini. ¶ Prouidendũ eſt ꝙ in hac miſſa tot hoſtię cõſecrẽtur: quot ad cõionem huius diei & ſequentis ſufficiant. Et ponantur duæ hoſtię de maioribꝰ: vna pro hac die: alia pro ſequenti feria.vj. Sacra.

IPſe tibi quæſumus domine ſanctepater omnipotẽs ęterne deus ſacrificium noſtrũ reddat acceptũ: qui diſcipulis ſuis in ſui cõmemorationem hoc fieri, hodierna traditione monſtrauit Ieſus Chriſtus dominus noſter. Sanctus & Agnus dicãtur. Præfatio. Qui ſalutem humani generis. Infra actionem.


COmmunicantes & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis traditus eſt. Sed & memoriam venerãtes: in primis glorioſæ ſemper virginis

ginis Marię genitricis eiuſdem Dei & dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorũ. Infra actionẽ.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ quam tibi offerimus: ob diem in qua dominus noſter Ieſus tradidit diſcipulis ſuis corporis & ſanguinis ſui myſteria celebrãda. Quę ſumus dñe vt placatus. Deinde dicatur. Quã oblationem. vſque ad illum locum vbi dicitur Domini noſtri Ieſu Chriſti Inde conſecutiuè dicatur.

QVi pridie quã pateretur pro noſtra omniumque ſalute, hoc eſt hodie: accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. vſq; in finem. In hac die poteſt quilibet dicere miſſam poſt euangeliũ miſſæ: cũ licentia & igne benedicto. Et poſt Agnus dei. vel modicũ antè, cãtor duobus fratribus innuit vt ſe induãt & cãdelabra ſumãt. Inde cõicent cõmunicaturi: & dicat̃ cõicanda. Dñs Ieſus poſtquã cœnauit cum diſcipulis ſuis & lauit pedes eorũ: ait illis. Scitis quid fecerim vobis: ego dominus & magiſter? exemplũ dedi vobis: vt & vos ita faciatis.

¶Poſt hæc diaconus thuribulum tribuat abbati ad corpus dñi incenſandum. Inde diaconus arcã & monumẽtum dñi incenſat: & quatuor monachi cappis optimis induti: virgas cũ pallio ad hoc deputato: & à ſacriſtis priùs parato ſumũt: ad corpus dñi ad monumentum ducẽdum. Et abbas corpus dñi intra calicẽ poſitum reuerẽter ſumens: hanc añam imponit.



H oc corpus.

¶Quam conuentus proſequatur, & finiat: omnib' genua flectentibus. Et illud ad cuſtodiã in monumẽto ponat: diacono corã eo incẽſante: quod monumentum à ſacriſta antè debet eſſe paratũ. Cauendũ tamẽ ne ibidem aliquãdo lumẽ deficiat die aut nocte: neq; ſine pręſentia monachorũ (quibus abbas iuſſerit) dimittat̃. Corpore dñi honeſtiſsimè in monumẽ-

to locato: abbas cũ miniſtris re deũt ad altare: & tũc dicit̃ poſt cõ. & Benedicam⁹ dño. & miſſa pfecta ad cap. tẽdit̃. Poſt cõ.

REfecti vitalibus alimẽtis quæſumus dñe deus noſter: vt quod tẽpore nr̃ę mortalitatis exequimur: immortalitatis tuę munere cõſequamur. p.

¶ Feria. vj. in paraſceue ignis nouus accẽdatur: & omnia fiãt ſicut in die præcedẽti ordinatũ eſt: excepto quòd hodie Prior palmã defert. Cũq; proceſsio redierit ad eccleſiã: tabulæ pulſantur: & vnus frater ſacerdos dicat hanc prophetiam quæ ſequitur. Incipiendo, ſine titulo, & eodẽ modo dicitur prophetia ſequẽs, & pphetię quę dicũtur ſabbato ſancto. Oſeę. c. vj.

IN tribulatione ſua manè cõſurgẽt ad me. Venite, & reuertamur ad dñm: quia ipſe cepit, & ſanabit nos: percutiet & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos: & viuemus in conſpectu eius: ſciemus ſequemurq; vt cognoſcamus dñm. Quaſi diluculũ prępararatus eſt egreſſus eius: & veniet quaſi imber nobis tẽporaneus: & ſerotinus terrę. Quid faciã tibi Ephraim: quid faciã tibi Iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina: & quaſi ros manè pertranſiẽs. Propter hoc dolaui in prophetis: & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia mea quaſi lux egrediẽtur. Quia miſericordiã volui & nõ ſacrificiũ: & ſciẽtiã dei: pluſq̃ holocauſta. Poſt hãc prophetiã duo fratres cãtabunt ſuper analogiũ Tractũ. Dñe audiui. Et finito primo verſu à cantoribus: reſumatur idẽ verſus à cõuẽtu vſq; ad mediũ. Et dicto ſecũdo verſu: reſumatur à cõuentu ab illo loco. Cõſideraui. vſq; in finẽ ℣. & ſic alternatim repetãtur prędictę preſę poſt alios ℣. & in fine repetatur primus ℣. ab integro. ſ. Dñe audiui. Tract. Dñe audiui auditũ tuũ & timui: cõſideraui opera tua & expaui. p. Dñe. ℣. In medio duũ animaliũ innoteſcéris: dum appropinquauerint anni cognoſcéris: dũ aduenerit tẽpus oſtẽdéris. p. Cõſide. ℣. In eo dũ cõturbata fuerit anima mea: in ira miſericordię memor eris.

ris. ℟. Domine audi. ℣. Deus à Libano veniet: & ſanctus de monte vmbroſo & condenſo. ℟. Conſideraui. ℣. Operuit cælos maieſtas ei⁹: & laudis eius plena eſt terra. ℟. Domine audiui. Et ad vltimum verſum, abbas caſula nigra indutus, & diaconus ſtola & manipulo: ad altare intrabunt, nec orationem nec confeſsionem faciẽtes. Et finito prædicto tractu: abbas dicit orationẽ Deus à quo. ſinẽ Dominus vobiſcũ. ad quã diaconus dicit. Flectamus genua leuate. Orõ Deus à quo & Iudas. vt ſupra. Poſt hanc orationem vnus frater ſacerdos dicat hanc prophetiam quæ ſequitur.

¶ Prophetia Exodi. Capi. xij.

Dixit dominus ad Moyſen & Aaron: in terra Ægypti. Menſis iſte vobis principium mẽſium primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael: & dicite eis. Decima die menſis huius: tollat vnuſquiſq; agnum per familias & domos ſuas. Sin autẽ minor eſt numerus vt ſufficere poſsit ad veſcẽdum agnum: aſſumat vicinum ſuũ qui coniunctus eſt domui eius: iuxta numerum animarũ quæ ſufficere poſsint ad eſum agni. Erit autem agnus abſque macula: maſculus, anniculus. Iuxta quem ritũ tolletis & hœdum: & ſeruabitis eum: vſq; ad quartamdecimam diem menſis huius. Immolabitq; eũ vniuerſa multitudo filiorũ Iſrael ad veſperum, & ſument de ſanguine eius, ac ponẽt ſuper vtrũque poſtem: & in ſuperliminaribus domorum: in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni: & azymos panes cum lactucis agreſtibus. Nõ comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantùm igni. Caput cũ pedibus eius & inteſtinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicquã vſq; mane. Si quid reſiduũ fuerit: igne comburetis. Sic autem comedetis illũ. Renes veſtros accingetis: & calciamenta habebitis in pedibus: tenẽtes baculos in manibus: & comedetis feſtinanter. Eſt enim phaſe: id eſt tranſitus domini.

Inde

Inde quatuor monachi hunc tractū qui ſequitur cantabunt. Tractus. Eripe me domine ab homine malo: à viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die conſtituebāt prę-lia. ℣. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labijs eorum. ℣. Cuſtodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerūt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. ℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. ℣. Dixi domino Deus meus es tu: exaudi domine vocem orationis meæ. ℣. Domine domine virtus ſalutis meę: obumbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me domine à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt aduerſum me: nec derelinquas me, ne vnquam exaltētur. ℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos. ℣. Veruntamen iuſti cōfitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo. Poſtea diaconus dicat paſsionem ſine Dominus vobiſcum.

Paſsio domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Ioannem, Capite. xviij.



IN illo tempore: Egreſſus eſt dominus Ieſus cum diſcipulis ſuis trās torrētem Cedron: vbi erat hortus: in quem introiuit ipſe & diſcipuli ei⁹. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum: quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas autem cùm accepiſſet cohortem: & à pontificibus & phariſæis miniſtros: venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. Ieſus itaq; ſciens omnia quæ vētura erant ſuper eū: proceſsit, & dixit eis. Quē quæritis? Reſponderunt ei. Ieſum Nazarenum. Dixit eis Ieſus. Ego ſum. Stabat autem & Iudas: qui tradebat eū cū ipſis. Vt ergo dixit eis ego ſum: abierunt retrorſum: & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. Quem quæritis? Illi autem dixerunt. Ieſum Nazarenum.

renum. Reſpondit Ieſus. Dixi vobis, quia ego ſum: ſi ergo me quęritis: ſinite hos abire. Vt im pleretur ſermo quē dixit: quia quos dediſti mihi: non perdidi ex eis quemq̃. Simon ergo Petrus habens gladiū, eduxit eum: & percuſsit ſeruum pontificis: & abſcidit eius auriculā dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro. Mitte gladium tuū in vaginam. Calicem quē dedit mihi pater: nō vis vt bibam illum? Cohors igitur & tribunus & miniſtri Iudæorū cōprehenderunt Ieſum: & ligauerūt eum: & adduxerunt eū ad Annam primùm. Erat enim ſocer Caiphę: qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui cōſilium dederat Iudæis: quia expedit vnum hominē mori pro populo. Sequebatur autē Ieſum Simon Petrus: & alius diſcipulus. Diſcipulus autē ille erat notus pōtifici: & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis: Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille qui erat notus pōtifici: & dixit oſtiarię: & introduxit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria. Nūquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille. Nō ſum. Stabant autē ſerui & miniſtri ad prunas, q́a frigus erat: & calefaciebant ſe: erat autem cū eis & Petrus: ſtans & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis: & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus. Ego palā locutus ſum mundo: ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo quo omnes Iudæi cōueniūt: & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt: quid locutus ſum ipſis: ecce hi ſciūt quæ dixerim ego. Hæc autem cùm dixiſſet: vnus aſsiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu dicens. Sic reſpondes pontifici? Reſpōdit ei Ieſus. Si malè locutus ſum: teſtimoniū perhibe de malo: ſi autem bene: quid me cædis? Et miſit eū Annas ligatū: ad Caiphā pontificē. Erat autē Simō Petrus ſtans: & calefaciens ſe. Dixerūt ergo ei. Nūquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit il

le: &

le: & dixit. Non ſum. Dicit ei vnus ex ſeruis pōtificis: cognatus eius: cuius abſcidit Petrus auriculam. Nōne ego te vidi: in horto cum illo? Iterū ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prętorium. Erat enim mane. Et ipſi nō introierunt in prætorium: vt nō contaminarentur: ſed manducarent paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras: & dixit. Quā accuſationem affertis: aduerſus hominem hunc? Reſponderunt, & dixerunt ei. Si non eſſet hic malefactor: non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos: & ſecundùm legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi. Nobis non licet interficere quenquam. Vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus: & vocauit Ieſum, & dixit ei. Tu es rex Iudæorum? Reſpondit Ieſus. A temetipſo hoc dicis: an alij dixerunt tibi de me? Reſpondit Pilatus. Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua & pontifices tui: tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Ieſus. Regnum meum nō eſt de hoc mundo. Si de hoc mundo eſſet regnum meum: miniſtri mei vtiq; decertarent: vt non traderer Iudæis. Nunc autem: regnum meum non eſt hinc. Dixit itaque ei Pilatus. Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus. Tu dicis: quia rex ſum ego: ego in hoc natus ſum: & ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate: audit meam vocem. Dicit ei Pilatus. Quid eſt veritas? Et cùm hoc dixiſſet: iterum exiuit ad Iudæos: & dixit eis. Ego nullam cauſam inuenio in eo. Eſt autem conſuetudo vobis: vt vnum dimittam vobis in paſcha. Vultis ergo dimittam vobis: regem Iudæorum? Clamauerunt rurſum omnes dicentes. Non hunc: ſed Barrabam. Erat autem Barrabas latro. Tunc ergo Pilatus apprehendit Ieſum: & flagellauit. Et mi-

lites plectentes: coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circundederunt eũ: & veniebant ad eum, & dicebant. Aue rex Iudęorũ. Et dabant ei alapas. Exiuit ergo iterũ Pilatus foras: & dicit eis. Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoſcatis quia nullá in eo cauſam inuenio. Exiuit ergo Ieſus foras: portás ſpineã coronam: & purpureum veſtimentum. Et dicit eis. Ecce homo. Cùm ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri: clamabant dicentes. Crucifige: crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo cauſam. Reſpóderunt ei Iudęi. Nos legem habemus: & ſecundùm legem debet mori: quia filium dei ſe fecit. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem: magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterũ: & dicit ad Ieſum. Vnde es tu? Ieſus auté: reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te: & poteſtaté habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus. Non haberes aduerſum me poteſtatem vllam: niſi tibi eſſet datum déſuper. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatum habet. Exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Iudæi autem clamabant dicẽtes. Si hunc dimittis: nõ es amicus Cæſaris: omnis enim qui ſe regẽ facit: contradicit Cæſari. Pilatus ergo cũ audiſſet hos ſermones: adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali: in loco qui dicitur Lithoſtrotos: Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem paraſceue paſchæ: hora quaſi ſexta: & dixit Iudæis. Ecce rex veſter. Illi autem clamabãt. Tolle tolle: crucifige eum. Dixit eis Pilatus. Regẽ veſtrũ crucifigam? Reſponderunt pótifices. Non habemus regem: niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis illum: vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum: & eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem: exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locũ, Hebraicè Golgotha, vbi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc & inde:

inde:medium autẽ Ieſum. Scripſit autem & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucẽ. Erat autem ſcriptũ. Ieſus Nazarenus: rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerũt Iudæorũ: quia prope ciuitatem erat locus: vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum:hebraicè, græcè & latinè. Dicebant ergo Pilato:pontifices Iudæorum. Noli ſcribere,rex Iudæorũ:ſed quia ipſe dixit: rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cũ crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimenta eius,& fecerunt quatuor partes: vnicuiq; militi partem. Et tunicam. Erat autẽ tunica inconſutilis: déſuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem. Nõ ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa, cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi:&in veſtem meam miſerũt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius: & ſoror matris eius Maria Cleophe: & Maria Magdalene. Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem: & diſcipulum adſtantem quem diligebat:dixit matri ſuæ. Mulier:ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam diſcipulus in ſua. Poſtea ſciens Ieſus quia iam omnia conſummata ſunt: vt conſummaretur ſcriptura, dixit. Sitio. Vas ergo poſitũ erat aceto plenum. Illi autem ſpongiã plenam aceto hyſſopo circumponentes: obtulerunt ori eius. Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit. Cõſummatum eſt. Et inclinato capite:tradidit ſpiritum. ✠ Iudęi ergo,quoniam paraſceue erat: vt non remanerent corpora in cruce ſabbato: (erat enim magnus dies ille ſabbati:) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerũt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura:& alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cùm veniſſent: vt viderunt eum iam mortuum: non fregerunt eius crura. Sed vnus militum lancea latus eius

aperuit: & continuò exiuit ſan guis & aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimoniū eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt & vos creda tis. Facta ſunt enim hæc: vt ſcri ptura impleretur. Os nō comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

POſt hæc autem rogauit Pilatū Ioſeph ab Arimathæa: eo ꝙ diſcipulus eſſet Ieſu: occultus autem propter metum Iudæorum: vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo: & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus: (qui venerat ad Ieſum no cte) primùm: ferens mixturam myrrhæ & aloes: qua libras cē tum. Acceperunt ergo corpus Ieſu: & ligauerunt eum linteis, cum aromatibus: ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt hortus: & in horto monumentum no uum: in quo nondum quiſquā poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum: quia iuxta erat monumentum: poſuerunt Ieſum.

¶ Poſt paſsionem abbas dicat orationes infraſcriptas ordine quo ſcriptæ ſunt. Diaconus vero ad omnes dicat. Flectamus genua leuate. Excepto ad orationē quæ pro perfidis Iudæis dicitur. Oratio.









OMnipotens ſempiterne deus: qui gloriã tuã omnibꝰ in Chriſto gẽtibus reuelaſti: cuſtodi opera miſericordiæ tuę, vt eccleſia tua toto orbe diffuſa, ſtabili fide in cõfeſsiõe tui nomi-

nominis perſeueret. Per eundem dominum noſtrum.


¶Pro papa. Oratio.




O Remus & pro bea




ti ſsimo papa noſtro




N. vt deus & domi-




nus noſter q̃ elegit eũ in




ordinẽ epiſcopatus: ſal-




uum atq; in columẽ cu-



ſtodiat eccle ſiæ ſuæ ſan-



ctæ: ad regendũ popu-




lũ ſanctũ dei. Oremus.


Omnipotens ſempiterne deus: cuius iudicio vniuerſa fundãtur: reſpice ꝓpitius ad preces noſtras, & electũ nobis antiſtitem tua pietate conſerua: vt Chriſtiana plebs quæ tali gubernatur auctore: ſub tãto põtifice credulitatis ſuæ meritis augeatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶Pro


Pro ordinibus ſacerdotũ Oratio.




O Remus




& pro omnibus epiſco-




pis presbyteris: diaconi-




bus ſubdiaconibus acoly




tis, exorciſtis: lectoribus




oſti arijs, confeſſoribus,



virginibus, viduis:& pro




omni populo ſancto dei.



O remus.

OMnipotens ſempiterne deus:cuiusſpiritu totum corpus eccleſiæ ſanctificatur & regitur,exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratię tuę munere,ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. eiuſdem.

¶Pro rege. Oratio.



O Remus & pro Chri-

ſtianiſsi mo rege noſtro

N vt deus & dominus

noſter ſubditas illi faciat

omnes barbaras natio-


nes: ad noſtrā perpetuam

pacem. Oremus.


OMnipotens ſempiterne deus, in cuius manu ſunt omniū poteſtates & omnium iura regnorū : reſpice ad Chriſtianum benignus imperium, vt gentes quæ in ſua feritate cō fidunt: potentię tuæ dextera cō primantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶Pro catechumenis. Oratio.


ORemus & pro catechumenis noſtris : vt deus & dominus noſter aperiat aures pręcordiorum ipſo




rum ianuamq; miſericor




diæ : vt per lauacrũ rege




nerationis accepta remiſ




ſione omnium peccato-



rum : & ipſi inuenian-



tur digni in Chriſto Ieſu




domino noſtro. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus : qui eccleſiam tuã noua ſemper prole fœcundas, auge fidẽ & intellectum catechumenis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tuæ filijs aggregentur. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.


Pro populo catholico. Oratio.




ORemus dilectiſsimi




nobis deum patrẽ omni-




potentem: vt cũctis mun-




dum purget erro ribus:




morbos au ferat: famẽ re




pellat: aperiat carceres:



vincla diſſoluat: peregri-



nantibus reditum: infir-



mantibus ſanitatem: na-



uigantibus portum ſalu-




tis indulge at. Oremus.


OMnipotens ſempiterne deus: mœſtorum conſolatio, laborantiũ fortitudo: per ueniant ad te preces de quacũ que tribulatione clamantium: vt omnes ſibi in neceſsitatibus ſuis: miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe. Per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ. ¶ Pro hæreticis & ſchiſmaticis. Oratio.




O Remus & ꝑ hęreti




cis & ſchiſmaticis: vt deus



& dominus noſter eruat



eos ab erroribus vniuer-




ſis: & ad ſanctã matrẽ ec-



cleſiam catholicam atque



apoſtolicam reuocare di-




gnetur. O remus.
Flectamus genua.

OMnipotens ſempiterne deus: qui ſaluas omnes & neminem vis perire, reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni prauitate depoſita: errãtium corda reſipiſcãt: & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.


¶Pro perfidis Iudæis.




O Remus & pro per-




fidis Iudæis: vt deus &




dominus noſter auferat ve-



lamẽ de cordib⁹ eorum:




vt & ipſi agnoſcant Chri-




ſtũ Ieſum dominũ noſtrũ.

Nõ dicit᷑ Oremus, nec Flectamus. Et tamẽ reſpõdẽt. Amẽ.


OMnipotens ſempiterne deꝰ: qui etiã Iudaicã perfidiã à tua miſericordia nõ repellis: exaudi preces nr̃as quas pro illiꝰ populi obcęcatione deferimus: vt agnita veritatis tuæ luce, quę Chr̃us eſt: à ſuis tenebris exuãtur. Per eũd. Pro paganis.




ORemus & pro paga




nis: vt deus omnipotens




auferat iniquitatem à cor




dibus eorum: vt relictis




idolis ſuis cõuertantur ad




deum viuũ & verum: &




vnicum filium eius Ieſum




Chriſtũ deum & dominũ




noſtrum : cum quo viuit



& regnat cū ſpiritu ſancto



deus per omnia ſecula ſe-



culorum. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus:qui nō mortē peccatorū, ſed vitā ſemper inquiris: ſuſcipe propitius orationē noſtrā:& libera eos ab idolorū cultura:& aggrega eccleſię tuę ſanctę ad laudē & gloriā nominis tui. Per. ¶ Finitis prædictis orationibꝰ, abbas & diaconus in ſacrariū redeunt:& abbas caſulam & ſtolā & manipulū deponit:& diaconus ſtolā & manipulū, inde chorum ingrediūtur. Poſtea ambo cantores, capis induti nigris, ad altare accedentes: facta prius venia, crucem, vel lignum domini deſuper altare ſumunt, incipientes Antiphonā. Popule meus quid feci tibi: aut in quo contriſtaui te? reſpōde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti: paraſti crucem ſaluatori tuo. Dextrum brachium crucis diſcooperiunt: deinde duo monachi albis induti cantant gręcis verbis. Agios o Theos: Agios Iſchiros: Agios Athanatos: Eleyſon Imas. Et conuentus reſpondet verbis Latinis. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis: Miſerere nobis. Ita tamē vt prima vice, cùm dicitur Agios. & Sanctus: ab omnibus genua flectantur. Inde cantores aliquantulum vltra procedentes incipiendo. Quia eduxi tē per deſertum: quadraginta annis manna quoque cibaui te: & introduxi in terram ſatis optimam paraſti crucem ſaluatori tuo.


Diſcooperiunt ſiniſtrum brachiū,

chiũ. Inde dicitur Agios à duobus vt ſupra, & à conuentu reſpondetur. Sanctus deus. vt ſupra. Inde cantores adhuc vltra procedentes: incipiendo. Quid vltrà debui facere tibi, & non feci? Ego quidẽ plantaui te, vineã meã ſpecioſiſsimam, & tu facta es mihi nimis amara, aceto nãq; ſitim meã potaſti: & lancea perforaſti latus ſaluatori tuo. Superius brachiũ crucis diſcooperiũt: niſi quòd linteum in ſuperiori parte brachij ſuperioris pendeat. Poſtea à duobus cantatur. Agios. vt ſupra. Et à conuentu reſpondetur. Sanctus Deus. vt ſupra.


¶ Inde ambo cantores procedunt vſq; ad vltimum gradum vbi crux debet adorari: incipiẽdo alta voce. Ecce lignum crucis: in quo ſalus mundi pependit: venite adoremus. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. non tamen dicitur. Gloria. Et iteratur aña: & crucem omnino diſcooperiunt. Et tunc conuentus adoret per ordinẽ proſtrati, petẽtes veniam. Et cùm crux adoratur: hæ añæ cantantur. Aña. Crucem tuã adoramus domine: & ſanctam reſurrectionẽ tuam laudamus, & glorificamus. Ecce enim propter crucem venit gaudium in vniuerſo mũdo. Aña. O crux ſplendidior cunctis aſtris: mundo celebris: hominibus multũ amabilis: ſanctior vniuerſis: quæ ſola fuiſti digna portare talentũ mundi: dulce lignum: dulces clauos: dulcia ferens pondera. Salua præſentẽ cateruã, in tuis hodie laudibus congregatam. Alia aña. O crux, viride lignum: quia ſuper te pependit redemptor Iſrael. O quàm dulce lignũ: q̃ dulces clauos: tã dulce pondus ſuſtinet. O q̃ pretioſum eſt lignũ q̃ pretioſa arbor: quæ Chriſtũ meruit ſuſtinere: per quẽ totus mũdus redemptus eſt. Aña. O crux benedicta: quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere Regem cælorum & dñm. Cantoribus ſemper crucẽ tenẽtibus. ¶ Illi verò qui dixerunt Agios in albis: non exuantur quoadusque crux ab omnibus adoretur: vt crucem teneãt dũ cantores eam adorant. ¶ Cruce ab omnibus adorata: & à cantoribus reſumpta, & in altum eleuata: cantores incipiunt excelſa voce hanc Añam. Super omnia

omnia ligna cedrorum tu ſola excelſior: in qua vita mundi pepēdit: in qua Chr̄us triumphauit: & mors mortem ſuperauit in æternum.


Inde reponunt eam ſuper altare: & petita venia, recedūt. Perfecta adoratione crucis: abbas ſumptis manipulo & ſtola & caſula, & diaconus manipulo & ſtola, ad altare procedunt: faciuntq; orationē & confeſsionem. Inde cantor duobus monachis innuit, vt ſe induant, & candelabra ſumant. & diacono thuribulum ſumente: ad locum vbi corpus domini conſiſtit, tenditur. Abbaſq; illud reuerenter incenſat, hanc Antiphonam imponens. Hoc corpus. Et corpus domini adorās, vna cum calice ſumit: & illud ſuper altare ponit, cōuentu genua flectente. Abbas etiā mittit vinum in calice, abſq; aqua: & vnam ex conſecratis hoſtijs in corporali ante calicem ponit, calice corporali cooperto. Inde miſſam incipit ſubmiſſa voce cantando ab illo loco. Oremus pręceptis ſaluta. & Pater noſter. vſq; in finem. Et abbas eleuat illam hoſtiam cum ſola manu dextera: ad partem dexteram vt populus eam videat: ſic dicendo vt ſupraſcriptum eſt: & hîc ſequitur.




O Remus præceptis




ſalutaribus moniti: & di-



uina inſtitutione forma-



ti: audemus di cere.



P ater noſter.

¶Et finito Pater noſter, conuētus reſpondet. Sed libra nos à malo,

malo. Poſt hæc dicitur. Libera nos quæſumus domine. Et cū dicitur Per eundem dominū. tres partes de hoſtia facit vt ſolitum eſt: & dicit. Per omnia ſecula ſeculorum. conuentu reſpondente. Amen. Non tamē dicitur. Pax dñi. nec Agnus dei. ſed reſponſo Amen. tertiam partem mittit in calicem nihil dicendo. Ratio eſt: quia in oratione. Hæc ſacroſancta commixtio. Et in alijs tribus ſequentibus fit mentio de ſanguine, cùm in calice nō ſit ſanguis, nec hodie conſecretur. Inde abbas communicat corpus domini, deuotè recipiendo: & intra ſe orādo, quicquid ei dominus dignatus fuerit miniſtrare: poſtea communicat diaconus & cæteri per ordinem: vltimò infirmi.

¶ Poſtquam verò omnes communicauerint: ſtatim abbas & cæteri reuertuntur in ſacrariū ad exuendum ſe.

¶ Et tabula pulſatur: & inde tēditur ad capitulum.

¶ Et nota quòd nec dicitur illa oratio. Placeat tibi. quia in cā continetur vt hoc ſacrificium quod oculis tuæ. &c. Et hac die ſacrificium non offertur ſacramentaliter: ſed ſumitur quod præcedenti die fuit oblatum.

¶ Sabbato ſancto in vigilia paſchæ: poſt Sextam ignis nouus in clauſtro accēdatur: & dicta Nona, conuentus ad eum tendit: ea forma quæ in conſuetudinibus feriæ. v. habetur. Hodie tamen abbas palmam defert. Cumq; proceſsio ad eccleſiam redierit: tabulæ pulſantur poſt quā quidā diaconus ſumptis ſtola & manipulo, & almatica, & palma cum igne ſanctificato ad gradum ſtans benedictionem candelæ incipit.




exultent diuina myſteria:
& pro tanti regis victo-
ri a tuba intonet ſa lu
ta ris. Gaudeat ſe tel
lus tantis ir radi atam
fulgo ribus: & æterni
regis ſplendore illuſtra-
tam: to ti us orbis ſe
ſentiat amiſiſſe cali
ginem. Lætetur & ma
ter eccleſia: tanti lumi-
nis adornata fulgoribus:


& magnis populorū voci
bus: hæc aula reſul-
tet. Qua propter aſtanti-
bus vobis fratres chariſsi
mi ad tam mirā ſancti hu
ius luminis claritatē vnà
mecū quæſo dei omnipo-
tentis miſericordiā implo
rate: vt qui me non meis
meritis intra leuitarū nu-
merum dignatus eſt ag-
grega re: luminis ſui gra


tiam infundẽdo cerei hu-
ius laudem implere per-
fi ciat. Per dominũ
noſtrum Ieſum Chriſtũ
filium ſuum:qui cũ eo vi-
uit & regnat deus: in vni-
tate ſpi ritus ſancti. Per
omnia ſecula ſeculorum.
Amen. Dominus vobi-
ſcum. Et cum ſpi ri tu
tu o. Surſum cor da.
Habe mus ad dominũ.


Gratias agamus domino
de o noſtro. Dignum &
iuſtum eſt. V erè qui a
dignum & iuſtum eſt:
inui ſibilem deum patrē
omnipotentē: filiumq́ue
eius vnigenitum dominū
noſtrū Ieſum Chriſtū &
ſpiritum ſanʗtū: toto cor-
dis ac mentis a ffeʗtu:
& vocis miniſteri o per
ſonare. Qui pro nobis


æterno patri Adæ debitũ
ſoluit: & veteris pi aculi
cau ti onem pio cruo
re deterſit. Hæc ſunt enim
fe ſta paſ chali a: in qui
bus verus il le agnus oc
ci ditur eiuſque ſangui
ne poſtes conſe cran
tur. H æc no x
eſt: in qua primùm
patres noſtros fi li os
Iſra el eductos de


Ægy pto:rubrũ mare ſic-
co veſtigio tranſi re ſe-
cit.H ęc nox eſt:
quę peccatorum tene-
bras colũnæ illuminatio
ne purgauit.Hæ c
nox eſt:quæ hodi e per
vniuerſum mundum in
Chriſtũ credentes à vi
ti js ſeculi ſe grega-
tos & caligine pecca-
torũ : reddit gratiæ: ſo


ci at ſan cti ta ti. Hæc
i gitur nox eſt: in
qua deſtructis vinculis
mortis Chr̃us ab in-
feris vi ctor aſcẽdit.
Nihil enim nobis na-
ſci pro fuit: niſi re-
dimi pro fuiſſet. O
mira cir ca nos tuæ
pie ta tis di gna tio.
O ineſtimabilis di-
le ctio chari ta tis vt


ſeruũ redimeres filium
tradidiſti. O be a-
ta nox: quæ ſola me-
ruit ſcire tẽpus &
horã: in qua Chr̃us ab
infe ris reſurrexit. Hæc
nox eſt de qua ſcri-
ptũ eſt: & nox ſicut di-
es illu minabitur: &
nox illumi natio me a
in deli ci js me is.
Huius igitur ſanctificatio




¶ Hîc diaconus det bñdictionẽ ſup incẽſum cũ hac orõne.

VEniat op̃s de⁹ ſuper hoc incẽſum larga tuę benedictionis ✠ infuſio: & hũc nocturnũ ſplendorẽ inuiſibilis regenerator accẽde: vt nõ ſolũ ſacrificiũ qđ hac nocte litãdũ eſt arcana tui luminis admixtiõe refulgeat: ſed quocũq; loco ex hui⁹ aliq̃d myſterio ſanctificatiõis fuerit deportatũ: expulſa diabolicę fraudis neq̃tia: virtus tuæ maieſtatis aſsiſtat. Per. Poſt hæc cãtor faciat crucẽ in cereo ex lapidibus thuris: ita tamẽ q̃ finita orõne prædicta reſpondeatur à cõuentu Amen. Poſt hæc diaconus reſumit benedictionem cerei ſic dicendo.








¶ Hic accipit ſacriſta palmam & ceræum accendit: inde diacono reſtituit.



Q Vi li. cet ſit diuiſus
in partes:mutua ti lumi-
nis detrimenta non no-
uit. A litur liquentibus
ce ris: quas in ſubſtantia
pre tioſæ huius lampa-
dis : apis mater eduxit.
O ve re bea ta nox:
quæ expoli auit Æ gy-
ptios: dita uit Hebræos.
N ox in qua terre nis cæ
leſti a iungũtur. Oramus


te domine: vt
cerȩus iſte in honorē tui
nominis conſe cratus:
ad noctis huius ca li gi
nē deſtruendam: indefi-
ciens per ſe ueret. I n
odorē ſuauitatis ac ce-
ptus ſupernis luminari-
bus miſce a tur. F lāmas
e ius lu cifer matuti-
nus in ue niat. I lle
inquā lu cifer: qui ne-



ſcit occaſum. Ille qui re-
greſſus ab in feris: hu-
mano generi ſe re nus
illuxit. Precamur ergo
te domine: vt
nos famulos tuos: & o-
mnem clerum & deuo-
tiſsimum populũ Chri-
ſti anum vnà cum
patre noſtro bea tiſsi-
mo papa. N. & re-
ge noſtro. N.




quiete temporũ conceſ-



ſa: in his paſchalibus gau




dijs: conſeruare digneris.




Per dominum noſtrum




Ieſum Chriſtum fi lium




tuum: qui tecum viuit &




regnat de us: in vni ta-



te ſpiri tus ſancti: per



omnia ſecu la ſecu



lorum. Amen.

¶ Laude ceræi finita ſequitur prima lectio: quæ dicenda eſt à Priore cum alba & manipulo: & ſic etiam induti eſſe debent qui alias prophetias dicere debent. Lectiones tamẽ ſine titulis dicantur: incipiendo ſtatim in nigro. Lectio .j. Geneſis .j. c.

IN principio creauit deus cęlum & terram. Terra autẽ erat

erat inanis & vacua: & tenebrę erant ſuper faciē abyſsi: & ſpiritus dn̄i ferebatur ſuper aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucē quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris: appellauitq; deus lucē diem: & tenebras noctem. Factūq; eſt veſpere & mane dies vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamētum in medio aquarū: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentū: diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamēto: ab his quæ erāt ſupra firmamentum. Et factum eſt ita. Vocauitq; deus firmamentum cælum. Et factū eſt veſpere & mane dies ſecundus. Dixit verò deus. Congregentur aquę quę ſub cælo ſunt in locum vnum: & appareat arida. Factūq; eſt ita. Et vocauit deus aridam terram: congregationeſq; aquarum appellauit maria. Et vidit deus quòd eſſet bonum: & ait. Germinet terra herbam virentem: & facientem ſemen: & lignū pomiferū faciens fructū: iuxta genus ſuū: cuius ſemē in ſemetipſo ſit ſuper terrā. Et factū eſt ita. Et protulit terra herbam virētem: & afferentem ſemē iuxta genus ſuū: lignumq; faciens fructū: & habens vnūquodq; ſementem: ſecundùm ſpeciē ſuā. Et vidit deus quòd eſſet bonū: factumq; eſt veſpere & mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiāt luminaria in firmamento cæli: & diuidant diem ac noctē: & ſint in ſigna & tempora & dies & annos: vt luceant in firmamento cæli: & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitq; deus duo magna luminaria: luminare maius vt præeſſet diei: & luminare minus vt pręeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas in firmamēto cæli: vt lucerent ſuper terram: & præeſſent diei ac nocti: & diuiderent lucē ac tenebras. Et vidit deus quòd eſſet bonum: & factū eſt veſpere & mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producant aquæ reptile animę viuētis: & volatile ſuper terram: ſub firmamēto cæli. Creauitq; deus cete grandia: & omnem animam viuentem atq; motabilem: quam produxerāt aquę

in ſpecies ſuas: & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit deus quòd eſſet bonum: benedixitq; eis dicens. Creſcite & multiplicamini: & replete aquas maris: aueſque multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt veſpere & mane dies quintus. Dixit quoque deus. Producat terra animam viuentem in genere ſuo: iumenta & reptilia & beſtias terræ: ſecundùm ſpecies ſuas. Factumque eſt ita. Et fecit deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas: iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit deus quòd eſſet bonum: & ait. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris: & volatilibus cæli: & beſtijs vniuerſæ terræ: omnique reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: ad imaginem dei creauit illum: maſculum & fœminam creauit eos. Benedixitque eis deus & ait. Creſcite & multiplicamini: & replete terram: & ſubijcite eam: & dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli: & vniuerſis animantibus: quæ mouentur ſuper terram. Dixitque deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram: & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui: vt ſint vobis in eſcam: & cunctis animãtibus terræ: omnique volucri cæli: & vniuerſis quæ mouentur in terra: & in quibus eſt anima viuens: vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditq; deus cuncta quæ fecerat: & erãt valde bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cæli & terra: & omnis ornatus eorũ. Cõpleuitq; deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo: ab omni opere quod patrarat.

¶ Antequam finiatur iſta prophetia abbas omnibus indutus veſtimentis: ad altare ingreditur ſolus, collectas dicturus, quæ omnes ſine Dominus vobiſcum. dicuntur.

Oratio.

Deus

DEus qui mirabiliter creaſti hominē & mirabiliùs redemiſti: da nobis quæſumus cōtra oblectamēta peccati mētis rōne perſiſtere: vt mereamur ad gaudia æterna peruenire. Per. ¶ Lect. ij. Exo. xiiij.

FActū eſt in vigilia matutina: & ecce reſpiciens dn̄s ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis: interfecit exercitum eorū: & ſubuertit rotas curruum: ferebanturq; in profundū. Dixeruntq; Ægyptij. Fugiamus Iſraelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad Moyſen. Extende manū tuam ſuper mare: vt reuertātur aquę ad Ægyptios: ſuper currus & equites eorum. Cumq; extendiſſet Moyſes manum contra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum. Fugiētibus autem Ægyptijs: occurrerūt aquæ: & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerſæq; ſunt aquæ: & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis: qui ſequētes ingreſsi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem Iſrael perrexerunt per mediū ſicci maris: & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris. Liberauitque dn̄s in die illo Iſrael de manu Ægyptiorū: & viderunt Ægyptios mortuos ſuper litus maris: & manum magnam quam exercuerat dn̄s cōtra eos. Metuitq; populus dominū: & crediderūt domino: & Moyſi ſeruo eius. Tunc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmē hoc domino: & dixerunt. Tractus. Cantemus domino: glorioſè enim honorificatus eſt: equum & aſcenſorē proiecit in mare. Adiutor & protector factus es mihi in ſalutem. ℣. Hic deus meꝰ & honorificabo eū: deus patris mei & exaltabo eum. ℣. Dominus cōterens bella: dominus nomen eſt illi. Oratio.

DEus cuiꝰ antiqua miracula etiā noſtris ſeculis coruſcare ſentimus: dum qđ vni populo à perſecutione Ægyptia liberando dexteræ

teræ tuæ potentia contuliſti:id in ſalutem gẽtium per aquam regenerationis operaris:pręſta vt in Abrahę filios:& in Iſraeliticam dignitatem:totius mundi tranſeat plenitudo.Per.

¶ Lectio.iij.Eſaiæ.Capite.iiij.

APprehendent ſeptẽ mulieres virum vnũ in die illa dicentes. Panem noſtrum comedemus:& veſtimẽtis noſtris operiemur:tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos:aufer opprobrium noſtrũ. In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria: & fructus terræ ſublimis:& exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit. Omnis qui relictus fuerit in Sion: & reſiduus in Ieruſalẽ:ſanctus vocabitur: omnis q̧ ſcriptus eſt in vita in Ieruſalẽ. Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion:& ſanguinem Ieruſalem lauerit de medio eius:in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Et creabit dominus ſuper omnem locum mõtis Sion:& vbi inuocatus eſt nubem per diem : & fumum & ſplendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio: & tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab æſtu. Et in ſecuritatem & in abſconſionem: à turbine & à pluuia. Tractus. Vinea facta eſt dilecto:in cornu in loco vberi. ℣. Et maceria circundedit & circunfodit: & plantauit vineam Soreth: & ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea : vinea enim domini ſabbaoth domus Iſrael eſt. Oratio.

DEus qui in omnibus eccleſiæ tuæ filijs: ſanctorum prophetarum voce manifeſtaſti in omni loco dominationis tuæ ſatorem te bonorum ſeminum & electorum palmitum eſſe cultorem: tribue quæſumus populis tuis: qui & vinearum apud te nomine cenſentur & ſegetum:vt & ſpinarum & tribulorum ſqualore reſecato: digni efficiantur fruge fœcunda. Per. ¶ Lectio iiij.Eſaiæ.liiij.&.v.Capite.

HÆc eſt hæreditas ſeruorum domini: & iuſtitia eorũ apud me dicit dominus.

Omnes

Oẽs ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum properate: emite & comedite. Venite emite abſq; argento: & abſq; vlla cõmutatione vinũ & lac. Quare appenditis argen tum non in panibus: & laborẽ veſtrum non in ſaturitate? Au dite audientes me: & comedi-te bonum: & delectabitur in craſsitudine anima veſtra. In-clinate aurem veſtram & veni te ad me: audite & viuet anima veſtra: & feriam vobiſcum pa-ctum ſempiternum: miſericor dias Dauid fidelis. Ecce teſtem populis dedi eum: ducẽ ac præ ceptorem gentibus. Ecce gen-tem quam neſciebas vocabis: & gentes quæ nõ cognouerũt te ad te current: propter domi num deum tuum: & ſanctum Iſrael quia glorificauit te. Quæ rite dominũ dum inueniri po-teſt: inuocate eum dum propè eſt. Derelinquat impius viam ſuam: & vir iniquus cogitatio-nes ſuas: & reuertatur ad domi num & miſerebitur eius: & ad deum noſtrum: quoniam mul tus eſt ad ignoſcendum. Non enim cogitationes meę cogita tiones veſtræ: neq; viæ meę vię vr̃æ dicit dñs. Quia ſicut exal-tantur cæli à terra: ſic exaltatæ ſunt vię meę à vijs veſtris: & co gitationes meæ à cogitationi-bus veſtris. Et quomodo deſcẽ dit imber & nix de cælo: & il-luc vltra non reuertitur: ſed in ebriat terrã & infundit eam: & germinare eã facit: & dat ſemẽ ſerenti & panẽ comedenti: ſic erit verbũ meũ: quod egredie-tur de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuũ: ſed faciet quæcũ que volui: & proſperabit in his ad quæ miſi illud. Dicit dñs o-mnipotens. Tractus. Attẽde cę lum & loquar: & audiat terra ver-ba ex ore meo. ℣. Expectetur ſi-cut pluuia eloquium meum: & de-ſcendant ſicut ros verba mea: ſicut imber ſuper gramina. ℣. Et ſicut nix ſuper fœnum: quia nomen dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo noſtro: deus vera opera eius: & omnes viæ eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non eſt iniquitas: iu-ſtus & ſanctus dominus. Oratio.

Deus qui eccleſiam tuam ſemper gẽtiũ vocatione

multiplicas: cōcede propitius: vt quos aqua baptiſmatis abluis: cōtinua protectione tuearis. Per dominum noſtrum.

Tractus. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū: ita deſiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quando veniam & apparebo ante faciem dei mei. ℣. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi per ſingulos dies: vbi eſt deus tuus? Oratio.

COncede quæſumus omnipotens deus: vt qui feſta paſchalia agimus: cæleſtibus deſiderijs accenſi: fontem vitæ ſitiamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum. ¶ Orationibus finitis: abbas ad ſacrarium redit caſulam & ſtolam depoſiturus: inde reuertitur in chorum. Poſt ambo cantores litaniam incipiunt. Et cùm in ea dicitur. Omnes ſancti. Abbas ad ſe reueſtiendum in ſacrariū redit. Poſt litaniam: ſtatim cantores tribus vicibus dicūt. Accendite. Statimq; ſacriſtę campanas pulſabunt. Et cantores miſſam incipiunt in Kyrie eleiſon. Et dicatur principaliter. Et ſtatim abbas vel qui miſſam dicturus erit: cum miniſtris ad altare procedunt ordinatè: cōuerſi tamen ante ipſos candelas non deferunt. Statim oratione & confeſsione perfecta: & dicto Kyrię eleiſon. dicitur Gloria in excelſis deo. Hîc dicitur. Dn̄s vobiſcum. Oratio.

DEus qui hanc ſacratiſsimam noctē gloria dominicæ reſurrectionis illuſtras: conſerua in noua familiæ tuæ progenie adoptionis ſpiritum quem dediſti: vt corpore & mente renouati: puram tibi exhibeāt ſeruitutem. Per eiuſdem.

¶ Ad Coloſſenſes. Capite. iij.

FRatres. Si conſurrexiſtis cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt quærite: vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt ſapite: non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis: & vita veſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in deo. Cū enim

enim Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Hoc Alla. quod ſequitur: bis dicitur ante. ℣. & poſt. ℣. non repetatur: ſed ſtatim ſequat̃ tractus. Alleluia. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculũ miſericordia eius. Tractus. Laudate dominum omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniã confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas dñi manet in æternũ. Hac die candelæ nõ ſunt tenendę ad euangeliũ: fertur tamen incenſum. ¶ Euangeliũ ſecundũ Matth. c. xxviij.

VEſpere autẽ ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati: venit Maria Magdalene & altera Maria: videre ſepulchrũ. Et ecce terræmotus factus eſt magnus: angelus enim domini deſcendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem: & ſedebat ſuper eum. Erat autẽ aſpectus eius ſicut fulgur: & veſtimenta eius ſicut nix. Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes: & facti ſunt velut mortui. Reſpondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos: ſcio enim: quòd Ieſum qui crucifixus eſt quęritis. Non eſt hîc: ſurrexit enim ſicut dixit. Venite & videte locũ: vbi poſitus erat dominus. Et citò euntes: dicite diſcipulis eius: quia ſurrexit: & ecce præcedet vos in Galilæã. Ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis. Hîc dicitur Dominus vobiſcum, non tamen dicitur offerenda. Sacra.

SVſcipe domine quęſumus preces populi tui cũ oblationibus hoſtiarum: vt paſchalibus initiatæ myſterijs. ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiãt. Per dominum noſtrum. Præfatio.





D ñs vobiſcum. S ur-
ſum corda. G ratias a-
gamus: domino de o no-
ſtro. V ere dignũ & iu-
ſtũ eſt: ęquum & ſa lu-
tare. T e quidẽ omni
tẽpore: ſed in hac potiſ-
ſimũ nocte glorio ſi us
prædicare: cũ paſcha no-
ſt rũ immolatus eſt Chri-
ſtus. I pſe enim ve rus
eſt agnus: qui abſtulit




Dicuntur infra actionem.

COmmunicātes & noctē ſacratiſsimā celebrātes reſurrectionis dn̄i noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm carnē. Sed & memoriam venerātes: in primis glorioſæ ſemper virginis Marię: genitricis eiuſdē dei & dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti. Sed & beatorū apoſtolorū. Infra actionē.


HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ: ſed & cunctæ familiæ tuæ quam tibi bi offerim⁹: pro his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua & ſpiritu ſancto: tribuens eis remiſsionem omnium peccatorum quæſumus domine.




Per omnia ſecula ſeculorũ.



Oremus. Præceptis. Libera nos quęſumus. Inde dicat.




Per omnia ſecula ſeculorũ.



Pax dñi ſit ſemper vobiſcũ.

Agnus dei. non dicitur nec cõmuni nec datur pax. Sed ſumpto ſacramento à ſacerdote: ſtatim pro veſperis cãtatur in choro añ Allꝉa, allꝉa, allꝉa, allꝉa, allꝉa, allꝉa. Pſal. Laudate dominũ omnes gentes. Bis dicatur ſine Gloria patri. & tertia vice dicitur Gloria patri. & Sicut erat. & reiteratur aña. Allꝉa. Cap. ℟. Hymnus, & ℣. non dicãtur. Ad Magnificat aña inchoatur in altari à ſacerdote, ſcilicet.



Ve ſpere autem ſabbati.

Quam chorus proſequitur vſque ad finem. Aña. Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſupulchrum, alleluia. Canticum Magnificat, cũ Gloria pr̃i. & Sicut erat. Repetitaq; à choro añ. Veſpere autẽ. Sacerdos dicit in miſſa Dñs vobiſcũ. Verſus populum more ſolito, deinde orone. Oro.

SPiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos ſacra-

ſacramentis paſchalibus ſatiaſti tua facias pietate cõcordes. Per dominum.in vnitate eiuſdem ſpiritus.Deinde dicit Dominus vobiſcum.Verſus populum.Poſtea diaconus dicit. Ite miſſa eſt.cũ duplici. Alleluia. Deinde fit ſtatio. ℟. Chriſtus reſurgens.&c. cum ſuis verſibus. Qua finita ſacerdos ad gradũ altaris dicto.℣. Surrexit dñs verè alleluia.& Dñs vobiſcũ.dicit orationẽ.Orõ. Deus qui pro ſalute mũdi.&c. vt in breuiario.

¶Hãc orationem compoſuiſſe dicitur beatus Auguſtinus: dicendam hodie ante miſſam, vel poſt miſſam. Oratio.

AD te loquor: quia de te loquor verbum patris: non de te ipſo:quia ſapiẽtia dei patris es. vilitas mortalitatis meę quippiã diceret: niſi vim cordis & linguam meæ carnis tua tangere dignatio voluiſſet. Ad te leuamus oculos noſtros lumen verũm:quod ante ſecula es genitũ ex patre in fine ſeculorum hic natus ex virgine: hodie ad ſaluationem mundi veniſti ex quiete ſepulchri. Te virtutẽ dei cõtingere quęrim⁹: ad quẽ nemo conſurgeret: niſi tu ipſe ęqualis paternæ ſubſtantię: pro omnib⁹ hominibus in aſſumpta carne:per paſsionem infirmari velles: atq; in reſurrectione aſſumptę carnis refectionẽ credẽtibus præbuiſſes: & victorem te hodie diabolicæ poteſtatis demõſtraſſes.Ecce anhelãtes hodie venimus ad te: quæcũq; plebs illa ſumus: quã antè pridie redemiſti:ſuſceptione vulneris & effuſione ſacri cruoris. Occurrimus ad te lumẽ æternũ: & veniã optamus peccatorũ qui de ſepulchro cũ triũpho victoriæ redijſti ad ſuperos. Cupimus eſſe regnum tuum: qui deſtruxiſti eum qui habebat mortis imperiũ. Dulcedinem tuam quærimus: qui nos tuis amaritudinib⁹ & liuore ſanaſti:& ex omni dominatu impię ſeruitutis liberaſti. Ad te cõfugientes corã te proſternimur: vt tuæ pietatis amplexibus ſuſtentemur. Renoua nos per quotidianã gratiã: qui nos innouaſti per baptiſmi vndã. Laua per miſericordiam: quos

iam

iam lauaſti per ſanguinis vndã. Non punias de peccati impunitate: quos ne punires: affligi dignatus es in cruce. Facito nos per pietatem acquiſitionis vulnerũ tuorũ cognitores: qui nos à noſtris damnationũ vulneribus feciſti exortos. Abſcõdat nos intra ſe pietas miſerentis: cuius largitas iam patet redimentis. Non ad vltionem iuſtitia requirat: quos ad ſaluationem miſeratio celat. Ipſo affectu diligamus iudicem quo & patrem: ipſa reuerentia honoremus patrem: qua terribilem veneramur & iudicem. Nunc ergo fratres chariſſimi: quia claritas emicuit luminis æterni: recedamus à peccatorum tenebris: & quia nouitas apparuit vitæ: vetuſtatem conuerſationis relinquamus antiquæ. Seruemus dignitatem noſtræ redemptionis: amplectamur gloriam inclytę veritatis. Non priſtina peccati ſeruitus iam liberos deprimat: non coinquinamenta immunda iam Chriſti ſanguine mundatos attingat. Qui tranſactis diebus ieiunauimus pro delictis noſtris: nunc exultemus in laudib⁹ redẽptoris nr̃i. Qui pertulimus crimina doloris: ꝓmamus regi magno canticũ laudis. Et cũ ſpirituali exultatione cordis dicamus voce patuli oris Alleluia.

¶ In die ſancto Paſchæ: nõ cõcurrente feſto aliquo. iij. lectĩ. miſſa matuti. erit Reſurrexi. cũ omnibus ad ſe pertinentibus. Hac die induatur ſacerdos miſſam dicturus & diaconus ante tertiam: & veſtiti ſint in tertia. Et poſt tertiã benedicat aqua more ſolito, & loco de Aſperges me. Cantatur. Vidi aquã. ℣. Hæc dies quã. Gloria patri. & reſumitur. Vidi aquam. Deinde fit proceſsio: ſicut in conſuetudinib⁹ & proceſsionarijs cõtinetur: perfectaq; proceſsione cũ in chorum ad gradum peruentum fuerit: dicatur. ℣. Dicite in nationibus, alleluia. &c. Vt in conſuetudinibus habentur. Nec etiam Oratio. Via ſanctorũ. remaneat: ſicut nec in qualibet dominica: quęcunq; ſolennitas accidat. Hoc tamẽ obſeruato, ſcilicet ꝙ oratio feſtiui-

ratis

tatis dicat̃ priùs: deinde ſequatur. Via ſanctorum. Eſt notandum: quòd in hac hebdomada dicitur vt in alio tẽpore. ℞. & Alleluia, ſed poſt hebdomadam iſtam vſq; ad feſtũ trinitatis incluſiuè in feſtis duodecim lectio. vel ſupra dicuntur duo Alleluia. & non dicitur ℞. In feſtis tamen trium lectionum dicitur tantũ vnũ Alleluia.

In die ſancto Paſchæ, ad miſſam maiorem Officium.



Reſurrexi & adhuc tecum ſum alleluia: poſuiſti ſup me manum tuã allꝰa. Mirabilis facta eſt ſcientia tua alleluia, allꝰa. ℣. Hæc eſt dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. ℣. Dñe probaſti me: & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionem meã & reſurrectionem meã. Gloria patri. Gloria in excelſis. Oratio.

Deus q̃ hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota nr̃a quæ præueniendo aſpiras etiam ad iuuando proſequere. Per eundem dominum noſtrum.

¶ Ad Corinthios. j. Capite. v.

Fratres: Expurgate vetus fermentũ: vt ſitis noua cõſperſio: ſicut eſtis azymi. Etẽm paſcha noſtrũ: immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur: non in fermento veteri: neque in fermento malitiæ & nequitiæ: ſed in azymis ſynceritatis: & veritatis. ℞. Hæc dies quam fecit dominus: exultemus & lętemur in ea. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Alleluia. ℣. Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. ℣. Epulemur in azymis ſynceritatis & veritatis. ¶ Euangelium ſecundùm Marcum. Cap. xvj.

In

IN illo tempore: Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata: vt venientes vngerẽt dominum Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum: veniũt ad monumẽtum: orto iam ſole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem: ab oſtio monumẽti? Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum: viderũt iuuenem ſedentem in dextris: coopertum ſtola candida. Et obſtupuerũt. Qui dicit illis. Nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit nõ eſt hîc. Ecce locus: vbi poſuerunt eum. Sed ite dicite diſcipulis ei⁹ & Petro: quia præcedet vos in Galilęam. Ibi eum videbitis: ſicut dixit vobis. Credo in deũ. Offert. Terra tremuit & quieuit: cùm reſurgeret in iudicio deus, alleluia. Sacra.

SVſcipe domine quęſumus preces populi tui cũ oblationibus hoſtiarum: vt paſchalibus initiatę myſterijs, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiãt. Per dominum noſtrum Ieſum. Præfatio.

EQuum & ſalutare. Te quidem omni tempore: ſed in hac potiſsimùm die glorioſiùs prædicare: cùm paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: ipſe enim verus eſt agnus: qui abſtulit peccata mundi. Qui mortem noſtram moriẽdo deſtruxit: & vitam reſurgendo reparauit. Et ideo cum angelis & archangelis: cũ thronis & dominationibus. Cumq́ue omni militia cæleſtis exercitus: hymnum gloriæ tuæ canimus: ſine fine dicentes. Infra actionem.

COmmunicantes & diẽſacratiſsimum celebrãtes reſurrectionis dñi noſtri Ieſu Chriſti ſecũdùm carnem. Sed & memoriam venerãtes: in primis glorioſæ ſemper virginis Mariæ genitricis eiuſdẽ dei & dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorum. &c. Infra actionẽ. Hanc igitur oblationẽ. fo cxvij Commu. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, alleluia: itaque epulemur in azymis ſynceritatis & veritatis, alleluia. alľa. Poſt com.

Spiritũ

SPiritum nobis domine tuæ charitatis infunde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti,tua facias pietate cõcordes. Per dominum.eiuſdem.

¶Feria.ij.& per totã hebdomadam,ad miſſam matu.Officiũ. Reſurrexi. cum omnibus ad ſe pertinentibus:& pręfatione & Communicantes. & Hanc igitur.ſicut in die. Item ſi feſtum iij.lect.in hac hebdoma.euenerit, fiat tantũ cõ. de eo ad miſſam matuti. ita quòd. j. cõ. fiat de miſ.maiori.ij.de feſto.

INtroduxit vos dominus in terrã fluẽtẽ lac & mel, all'a: & vt lex domini ſemper ſit in ore veſtro alleluia,alleluia. ℣. Confitemini dño quoniã bonus: quoniã in ſeculũ miſericordia eius. Orõ.

DEus qui ſolennitate paſchali mũdo remedia cõtuliſti: populum tuum quæſumus cæleſti dono proſequere, vt & perfectam libertatem cõſequi mereatur: & ad vitã proficiat ſempiternam.Per dñm.

¶Lectio Actuũ apoſtolo.c.x.

IN diebus illis: Stans Petrus in medio plebis dixit. Viri fratres: vos ſcitis quod factum eſt verbum per vniuerſam Iudæam. Incipiens enim à Galilæa poſt baptiſmum quod prędicauit Ioannes Ieſum à Nazareth: quomodo vnxit eũ deus ſpiritu ſancto & virtute. Qui pertranſijt benefaciendo: & ſanando omnes oppreſſos à diabolo: quoniã deus erat cũ eo. Et nos teſtes ſumus omniũ quę fecit in regione Iudæorum & Ieruſalem: quẽ occiderũt ſuſpẽdentes in ligno. Hunc deus ſuſcitauit tertia die: & dedit eum manifeſtum fieri nõ omni populo: ſed teſtibus præordinatis à deo: nobis qui mãducauimus & bibimus cum illo: poſtquã reſurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & teſtificari: quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à deo: iudex viuorũ & mortuorum. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent: remiſsionẽ peccatorum accipere per nomẽ eius: omnes qui credunt in eum. ℟. Hęc dies quam fecit dominus: exultemus & læ-

& lætemur in ea. ℣. Dicat nũc Iſ-
rael quoniam bonus: quoniã in ſe-
culũ miſericordia eius. Alleluia.
℣. Nonne cor noſtrũ ardens erat
in nobis de Ieſu: dum nobiſcum lo-
queretur in via? ¶ Euangelium
ſecundùm Lucam. Cap. xxiiij.

IN illo tempore: Duo ex di-
ſcipulis domini Ieſu ibant
ipſa die in caſtellum: quod erat
in ſpacio ſtadiorum ſexaginta
à Ieruſalem nomine Emaus.
Et ipſi loquebãtur ad inuicem:
de his omnibus quæ acciderãt.
Et factum eſt dum fabularen-
tur & ſecum quęrerent: & ipſe
Ieſus appropinquans ibat cũ il
lis. Oculi autem eorum tenebã
tur: ne eum agnoſcerent. Et ait
ad illos. Qui ſunt hi ſermones
quos confertis ad inuicem am
bulantes: & eſtis triſtes? Et re-
ſpondens vnus cui nomẽ Cleo
phas: dixit ei. Tu ſolus peregri-
nus es in Ieruſalem: & non co-
gnouiſti quæ facta ſunt in illa
his diebus? Quibus ipſe dixit.
Quæ? Et dixerunt. De Ieſu Na
zareno qui fuit vir propheta:
potẽs in opere & ſermone: co-
rã deo & omni populo: & quo
modo tradiderũt eũ ſummi ſa
cerdotes & principes noſtri in
damnationem mortis: & cruci
fixerunt eum. Nos autem ſpe-
rabamus: quia ipſe eſſet redem
pturus Iſrael: & nũc ſuper hæc
omnia: tertia dies eſt hodie ꝙ
hæc facta ſunt. Sed & mulieres
quędã ex noſtris terruerũt nos:
quæ ante lucem fuerũt ad mo-
numentũ: & non inuento cor-
pore eius: venerunt dicẽtes: ſe
etiam viſionem angelorum vi
diſſe: qui dicunt eum viuere. Et
abierunt quidam ex noſtris ad
monumentum: & ita inuene-
runt ſicut mulieres dixerunt:
ipſum verò nõ inuenerunt. Et
ipſe dixit ad eos. O ſtulti & tar-
di corde ad credendũ: in omni
bus quæ locuti ſunt prophetæ:
Nonne hæc oportuit pati Chri
ſtum: & ita intrare in gloriam
ſuam? Et incipiens à Moyſe &
omnibus prophetis: interpreta
batur illis in omnibus ſcriptu-
ris: quæ de ipſo erant. Et appro
pinquauerũt caſtello quo ibãt:
& ipſe ſe finxit longiùs ire: &
coegerunt illum dicentes. Ma-
ne nobiſcum: quoniam adue-

ſperaſcit:&inclinata eſt iã dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt dum recumberet cum illis: accepit panem & benedixit ac fregit: & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum: & cognouerunt eũ. Et ipſe euanuit ex oculis eorũ. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dũ loqueretur in via: & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hora: regreſsi ſunt in Ieruſalẽ. Et inuenerũt congregatos vndecim: & eos qui cũ ipſis erãt: dicentes quòd ſurrexit dominus verè: & apparuit Simoni. Et ipſi narrabãt quæ geſta erãt in via: & quomodo cognouerunt eum: in fractione panis.

Offer. Angelus dñi deſcendit de cælo & dixit mulieribus: quẽ quęritis? ſurrexit: ſicut dixit, alľa. Sacra.

SVſcipe domine quęſumus preces populi tui cũ oblationibus hoſtiarũ: vt paſchalibus initiatæ myſterijs, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per. Præfatio. Te quidem. dicitur per totam hebdomadam. Communicantes & Hanc igitur. dicũtur hodie & duobus diebus ſequentibus vt ſupra in die. folio. cxix.

Cómu. Surrexit dñs & apparuit Petro, alleluia. Poſt communio.

SPiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate cócordes. Per dominum. eiuſdem.

¶ Feria tertia. Ad miſſam maiorem. Officium.

AQua ſapientiæ potabit eos alleluia: firmabitur in illis: & non flectetur alleluia: & exaltabit eos in æternum alleluia, alľa. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuam nouo ſemper fœtu multiplicas: concede famulis tuis, vt ſacramentum viuendo teneant: quod fide perceperunt. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio Actuũ apoſto. c. xiij.

IN diebus illis: Surgens Paulus & manu ſilentium indicens ait. Viri fratres: filij generis Abraham: & qui in vobis ti

ment deum: vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt. Qui enim habitant Ieruſalẽ & principes eius: ignorantes Ieſum: & voces prophetarũ: quæ per omne ſabbatum leguntur: iudicantes impleuerunt. Et nullam cauſam mortis inuenientes in eo: petierunt à Pilato: vt interficerent eum. Cumq; conſummaſſent omnia quæ de ipſo ſcripta erãt: deponentes eũ de ligno: poſuerũt eum in monumento. Deus verò: ſuſcitauit eum à mortuis tertia die. Qui viſus eſt per dies multos: his qui ſimul aſcenderãt cum eo de Galilæa in Ieruſalẽ: qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem. Et nos vobis annũtiamus eã quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniã hanc deus adimpleuit filijs veſtris. Reſuſcitans Ieſum Chriſtum: dominum noſtrum. ℟. Hęc dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti ſunt à domino: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos. Allła. ℣. Angelus dñi deſcendit de cęlo: & accedens reuoluit lapidẽ: & ſedebat ſuper eũ. ¶ Euãgeliũ ſecũdùm Lucã. Cap. xxiiij.

IN illo tempore: Stetit dominus Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum: & dixit eis. Pax vobis. Ego ſum: nolite timere. Conturbati verò & conterriti: exiſtimabant ſe ſpiritum videre: & dixit eis. Quid turbati eſtis: & cogitationes aſcendũt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes: quia ego ipſe ſum: palpate & videte: quia ſpiritus carnem & oſſa nõ habet: ſicut me videtis habere. Et cũ hoc dixiſſet: oſtẽdit eis manus & pedes. Adhuc autẽ illis non credentibus: ſed mirãtibus prę gaudio dixit. Habetis hîc aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſsi: & fauum mellis. Et cũ mãducaſſet coram eis: ſumens reliquias dedit eis: & dixit ad eos. Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos: cùm adhuc eſſem vobiſcũ. Quoniam neceſſe eſt impleri oĩa quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi: & ꝓphetis & pſalmis de me. Tunc aperuit illis

ſenſum:vt intelligerēt ſcriptu-
ras:& dixit eis.Quoniã ſic ſcri-
ptum eſt:& ſic oportebat Chri
ſtũ pati: & reſurgere à mortuis
die tertia.Et prędicari in nomi
ne eius pœnitẽtiã:& remiſsio-
nẽ peccatorũ in omnes gentes
Offer.Intonuit de cælo dñs: & al-
tiſsimus dedit vocem ſuã:& appa-
ruerũt fontes aquarũ allła. Sacra.

SVſcipe domine fideliũ pre
ces cum oblationibus ho-
ſtiarum:vt per hęc pię deuotio
nis officia, ad cæleſtem gloriã
tranſeamus. Per. Communio.
Si conſurrexiſtis cum Chriſto:quę
ſurſum ſunt quærite allła, vbi Chri
ſtus eſt in dextera dei ſedens: quæ
ſurſum ſunt ſapite allła. Poſt cõm.

COncede quęſumus om-
nipotens deus: vt qui pa
ſchalis feſtiuitatis ſolẽnia coli-
mus:in tua ſemper ſanctifica-
tione viuamus.Per dominum.

¶ Feria. iiij. Ad miſsã maiorẽ.
Statio ad.ſ.Laurentiũ.Officiũ.

VEnite benedicti pa-
tris mei percipite re
gnũ alleluia: quod
vobis paratũ eſt ab
origine mundi, alleluia, allła, allła.
℣. Cantate dño canticum nouum:
cantate dño omnis terra. Oratio.

DEus qui nos reſurrectio
nis dominicæ annua ſo-
lennitate lętificas:cõcede pro-
pitius,vt per tẽporalia feſta quę
agimus, peruenire ad gaudia
æterna mereamur. Per eũdem
dominum. ¶ Lectio actuum
apoſtolorum. Capite.iij.

IN diebus illis: Aperiens Pe
trus os ſuum dixit. Viri Iſ-
raelitæ:& qui timetis deum au
dite.Deus Abrahã,deus Iſaac,
& deus Iacob,deus patrum no
ſtrorum glorificauit filiũ ſuum
Ieſum: quem vos quidẽ tradi-
diſtis: & negaſtis ante faciẽ Pi-
lati:iudicante illo dimitti.Vos
autem ſanctum & iuſtum ne-
gaſtis:& petijſtis virum homi-
cidam dari vobis: auctorẽ ve-
ro vitę interfeciſtis:quem deus
ſuſcitauit à mortuis: cuius nos
teſtes ſumus.Et nũc fratres ſcio
quia per ignorantiã feciſtis: ſi-
cut & principes veſtri.Deus au
tem qui prænuntiauit per os
omniũ prophetarũ pati Chri-
ſtum ſuum:impleuit ſic. Pœni
temini igitur & conuertimini:

vt deleantur peccata veſtra. ℟. Hęc dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Alleluia. ℣. In die reſurrectionis meæ dicit dominus: præcedam vos in Galilęam.

¶ Euange. ſecundū Ioan. c. xxj.

IN illo tempore: Manifeſtauit ſe dn̄s Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tyberiadis: manifeſtauit autem ſe ſic. Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus: & Nathanael qui erat à Chana Galilęæ & filij Zebedæi: & alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piſcari. Dicūt ei. Venimus & nos tecū. Et exierunt & aſcenderunt in nauim: & illa nocte nihil prēdiderūt. Mane autem iam facto: ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerūt diſcipuli: quia Ieſus eſt. Dicit ergo eis Ieſus. Pueri: nunquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei. Non. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam non valebant illud trahere: præ multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille: quem diligebat Ieſus Petro. Dominus eſt. Simō Petrus cū audiſſet quia dominus eſt: tunica ſuccinxit ſe: erat enim nudus: & miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio venerūt: nō enim lōgè erāt à terra: ſed quaſi cubitis ducētis: trahētes rete piſcium. Vt ergo deſcēderunt in terram: viderunt prunas poſitas & piſcem ſuperpoſitum: & panem. Dicit eis Ieſus. Afferte de piſcibus: quos prēdiſtis nunc. Aſcendit Simō Petrus: & traxit rete in terram: plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti eſſent: non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus. Venite prandete. Et nemo audebat diſcūbentium interrogare eum tu quis es: ſcientes quia dominus eſt. Et venit Ieſus & accepit panem: & dabat eis: & piſcem ſimiliter. Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis: cùm reſurrexiſſet à mortuis.

Offertorium. Portas cæli aperuit dominus: & pluit illis manna vt ederent: panem cæli dedit illis:

panem

panem angelorũ manducauit homo,alleluia. Sacra.

SVſcipe dñe ſacrificia quæ paſchalibus gaudijs immolamus: quibus eccleſia tua mirabiliter & paſcitur &nutritur. Per. Cõmunio. Chriſtus reſurgens ex mortuis:iam non moritur alleluia:mors illi vltrâ nõ dominabitur,alleluia,alleluia. Poſt cõm.

AB omni nos quæſumus domine vetuſtate purgatos: ſacramenti tui veneranda perceptio: in nouam trãsferat creaturam.Per domium.

¶ Feria quinta. Ad miſſam maiorem. Statio ad ſanctos. xij. apoſtolos. Officium.

VIctricem manum tuam domine laudauerunt pariter alleluia : quia ſapientia aperuit os mutum: & linguas infantium fecit diſertas alleluia, alleluia. ℣. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Oratio.

DEus qui diuerſitatem gẽtiũ in cõfeſſiõe tui nominis adunaſti: da vt renatis fonte baptiſmatis:vna ſit fides mẽtium & pietas actionum. Per.

¶ Lectio Actuũ apoſto. c.viij.

IN diebus illis: Angelus domini locutus eſt ad Philippum dicens.Surge & vade cõtra meridianũ ad viam quæ deſcendit à Ieruſalem inGazam: hæc eſt deſerta. Et ſurgẽs abijt. Et ecce vir quidã Ethiops: Eunuchus potens Candacis reginæ Æthiopũ: qui erat ſuper omnes gazas eius: venerat adorare in Ieruſalem:& reuertebatur ſedens ſuper currum ſuũ:legenſq; Eſaiam prophetam. Dixit autẽ ſpiritus Philippo. Accede: & adiunge te ad currum iſtum. Accurrens autẽ Philippus: audiuit illũ legẽtẽ Eſaiam prophetam: & dixit. Putaſne intelligis quæ legis? Qui ait. Et quomodo poſſum:niſi aliquis oſtẽderit mihi? Rogauitq; Philippũ: vt aſcenderet & ſederet ſecum.Locus autem ſcripturæ quã legebat: hic erat. Tanquã ouis ad occiſionẽ ductus eſt:& ſicut agnus corã tondente ſe ſine voce:ſic non aperuit os ſuũ. In humilitate iudiciũ eius ſublatũ eſt: generationẽ eius quis

enarrabit? Quoniã tolletur de terra vita eius. Reſpondens autem eunuchus Philippo dixit. Obſecro te: de quo propheta dicit hoc: de ſe an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os ſuum: & incipiens à ſcriptura iſta: euangelizauit illi Ieſum. Et dum irent per viam: venerunt ad quandam aquam: & ait eunuchus. Ecce aqua: quis prohibet me baptizari? Dixit autẽ Philippus. Si credis ex toto corde licet. Et reſpondẽs dixit. Credo dei filiũ eſſe Ieſum Chriſtum. Et iuſsit ſtare currũ: & deſcenderũt vterq; in aquã Philippus & eunuchus: & baptizauit eũ. Cùm autem aſcendiſſent de aqua: ſpiritus dñi rapuit Philippum: & amplius nõ vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam ſuam gaudens: Philippus autem inuentus eſt in Azoto. Et pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis: donec veniret Cæſaream: nomen dñi Ieſu Chriſti. ℟. Hæc dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. ℣. Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. A dño factũ eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Alleluia. ℣. Surrexit altiſſimus de ſepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. ¶ Euãgelium ſecundùm Ioannem. Cap. xx.

IN illo tẽpore: Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret: inclinauit ſe & proſpexit in monumẽtũ: & vidit duos angelos in albis: ſedẽtes vnũ ad caput & vnũ ad pedes: vbi poſitũ fuerat corpus Ieſu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum: & neſcio vbi poſuerunt eũ. Hæc cũ dixiſſet: cõuerſa eſt retrorſum: & vidit Ieſum ſtantẽ: & nõ ſciebat quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus. Mulier quid ploras? Quẽ quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet: dicit ei. Domine ſi tu ſuſtuliſti eũ: dicito mihi vbi poſuiſti eum: & ego eum tollã. Dicit ei Ieſus. Maria? Cõuerſa illa dicit ei. Rabboni: quod dicitur Magiſter. Dicit ei Ieſus. Noli me tangere: nondum enim aſcẽdi ad patrem meum: vade autem ad fratres meos: & dic eis.

eis. Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum, deum meũ & deum veſtrum. Venit Maria Magdelene annuntians diſcipulis: quia vidi dñm meũ: & hæc dixit mihi. Offer. In die ſolẽnitatis vr̃ę dicit dñs: inducã vos in terrã fluentẽ lac & mel all'a. Sacra.

SVſcipe quęſumus domine munera populorũ tuorũ propitius: vt cõfeſsione tui nominis & baptiſmate renouati, ſempiternam beatitudinẽ cõſequantur. Per. Communio.

Populus acquiſitionis annũtiate virtutes ei⁹, alleluia: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen ſuum, alleluia. Poſt communio.

EXaudi domine preces noſtras: vt redemptionis noſtræ ſacroſancta commercia: & vitæ nobis conferant pręſentis auxilium: & gaudia ſempiterna concilient. Per dominũ.

¶Feria. vj. Ad miſſam maiorem. Statio ad ſanctam Mariã Rotundam. Officium.

IDuxit eos dominus in ſpe, alleluia: & inimicos eorũ operuit mare, alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Attendite popule meus legẽ meam: inclinate aurẽ veſtram in verba oris mei. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui paſchale ſacramentum in recõciliationis humanæ fœdere cõtuliſti, da mẽtibus noſtris: vt quod profeſsione celebramus: imitemur effectu. Per dominum noſtrum.

¶Lectio epiſtolæ beati Petri apoſtoli. j. Capite. iij.

CHariſsimi: Chr̃us ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret deo mortificatos quidem carne: viuificatos autẽ ſpiritu. In quo & his qui in carcere erãt: ſpiritualiter veniens prędicauit. Qui increduli fuerãt aliquando: quãdo expectabãt dei patientiã: in dieb⁹ Noe dũ fabricaretur arca: in qua pauci id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & vos nunc ſimilis formæ: ſaluos facit baptiſma. Non carnis depoſitio ſordium: ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in deũ. Per reſurrectionem Ieſu Chriſti à mortuis: qui eſt in dextera dei.

℟. Hæc dies quam ſecit dominus: exultemus & lætemur in ea. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus & illuxit nobis. Alleluia. ℣. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.

¶ Euãge. ſecundũ Matth. c. vlt.

IN illo tempore: Vndecim diſcipuli abierunt in Galilæam: in montem vbi conſtituerat illis Ieſus. Et videntes eũ adorauerunt: quidam autẽ dubitauerunt. Et accedens Ieſus: locutus eſt eis dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas: in cęlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gẽtes baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Docentes eos ſeruare omnia: quæcunq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus: vſq; ad conſummationem ſeculi. Offert. Erit vobis hic dies memorialis alleluia: & diem feſtum celebrabitis ſolennem domino in progenijs veſtris: legitimum ſempiternum diẽ: alleluia, alleluia, alleluia. Sacra.

HOſtias quæſumus domine placatus aſſume: quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cæleſtis auxilij. Per.

Cõmunio. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra alla. Eũtes docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, alla, alla. Poſt commu.

REſpice domine populum tuũ: & quẽ æternis dignatus es renouare myſterijs: quæſumus à temporalibus culpis dignanter abſolue. Per dñm.

¶ Sabbato in Albis. Ad miſſam maiorem. Statio ad ſanctũ Ioannẽ in Laterano. Officiũ.

EDuxit dñs populum ſuũ in exultatione, alleluia: & electos ſuos in lætitia, alla, alla. ℣. Cõfitemini dño & inuocate nomen eius: annuntiate inter gẽtes opera eius. Oratio.

COncede quęſum⁹ omnipotens deus: vt qui feſta paſchalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia ęterna mereamur. ¶ Lectio epiſtolę beati Petri apoſto. j. c. ij.

FRatres. Deponẽtes omnẽ malitiã & omnem dolũ: & ſimulationes & inuidias & omnes

omnes detractiones:ſicut modò geniti infantes rationabiles & ſine dolo lac concupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem. Si tamen guſtatis: quoniam dulcis eſt dominus. Ad quem accedentes lapidem viuũ:ab hominibus quidem reprobatũ:à deo autem electum & honorificatum. Et ipſi tanquam lapides viui: ſuperædificamini domos ſpirituales: ſacerdotiũ ſanctum:offerre ſpiritales hoſtias acceptabiles deo: Per Ieſum Chriſtũ. Propter quod cõtinet ſcriptura.Ecce pono in Sion lapidẽ ſummũ angularẽ electũ pretioſum:& omnis qui crediderit in illũ nõ cõfundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem: lapis quem reprobauerunt ædificantes:hic factus eſt in caput anguli. Et lapis offenſionis & petra ſcãdali: his qui offendunt verbo:nec credunt in quo & poſiti ſunt. Vos autem genus electum: regale ſacerdotiũ: gens ſancta, populus acquiſitionis: vt virtutes annũtietis eius: qui de tenebris vocauit vos: in admirabile lumen ſuum. Qui aliquando non populus dei: nũc autem populus dei. Qui non conſecuti miſericordiam: nũc autem miſericordiam conſecuti. Alleluia. ℣. Hæc dies quam fecit dominus:exultemus & lętemur in ea. Alleluia. ℣. Eduxit dominus populum ſuum in exultatione: & electos ſuos in lætitia.

¶ Euange. ſecundũ Ioan. c. xx.

IN illo tempore. Vna ſabbati Maria Magdalene venit manè cùm adhuc tenebræ eſſent ad monumentum: & vidit lapidem ſublatum à monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonẽ Petrum: & ad aliũ diſcipulum quem amabat Ieſus:& dicit eis. Tulerunt dominum de monumẽto: & neſcio vbi poſuerunt eum. Exijt ergo Petrus & ille aliꝰ diſcipulus:& venerũt ad monumẽtum. Currebãt autẽ duo ſimul:& ille aliꝰ diſcipulus præcucurrit citiùs Petro: & venit primus ad monumentũ. Et cũ ſe inclinaſſet: vidit poſita linteamina: nõ tamẽ introiuit. Venit ergo Simõ Petrus ſequens eũ: & introiuit

in monumẽtũ. Et vidit linteamina poſita: & ſudariũ quod fuerat ſuper caput eius:non cũ linteaminibus poſitum:ſed ſeparatim inuolutum in vnũ locum. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumẽtum: & vidit & credidit .Nõdum enim ſciebant ſcripturas: quia oportuit eum à mortuis reſurgere. Offerto. Benedictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini:deus dñs & illuxit nobis:alleluia,alleluia. Sacra.

C Oncede quæſumus dñe ſemper nos per hæc myſteria paſchalia gratulari:vt cõtinua noſtræ redẽptionis operatio, perpetuæ nobis fiat cauſa lætitiæ. Per. Cõmu. Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis: Chriſtum induiſtis,allꝰa. Poſt cõmu.

R Edemptionis noſtræ munere vegetati quæſumus domine:vt hoc perpetuæ ſalutis auxilium,fides ſemper vera perficiat.Per dominum.

¶Dominica in octauo die Paſchæ. Ad miſſam matuti. Statio ad ſ.Pancratium.Officium.

Reſurrexi & adhuc tecũ ſum allꝰa. Cum omnibus ad ſe pertinentibus vt ſupra in dñica Paſchę. Ad miſſam maiorẽ.Officium.

Q Vaſi modò geniti infantes allꝰa:rationabiles ſine dolo: lac cõcupiſcite alleluia alleluia,alleluia. ℣. Exultate deo adiutori noſtro,iubilate deo Iacob. Oratio.

P Ræſta quęſumus omnipotens deus:vt qui paſchalia feſta peregimus,hæc te largiẽte moribus & vita teneamus. Per. ¶Lectio epiſtolæ beati Ioannis apoſtoli.j. Capite.v.

C Hariſsimi: Omne quod natum eſt ex deo: vincit mũdũ.Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum: fides noſtra. Quis eſt autem qui vincit mũdum: niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius dei? Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinẽ: Ieſus Chriſtus.Non in aqua ſolùm: ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur: quoniam Chriſtus eſt veritas. Quia tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cælo: pater verbum & ſpiritus

ſpiritus ſanctus: & hi tres vnũ ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dãt in terra: ſpiritus aqua & ſanguis: & hi tres vnũ ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimoniũ dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium dei quod maius eſt: quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium dei: habet teſtimonium dei in ſe. Alleluia. ℣. Poſt dies octo ianuis clauſis ſtetit Ieſus in medio diſcipulorũ ſuorũ: & dixit eis, Pax vobis, alleluia allꝰa. ℣. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite.xx.

CVm eſſet ſerò die illo vna ſabbatorum: & fores eſſent clauſæ: vbi erant diſcipuli congregati propter metũ Iudæorum: venit dominus Ieſus: & ſtetit in medio: & dixit eis. Pax vobis. Et cùm hoc dixiſſet: oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli: viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit me pater: & ego mitto vos. Hoc cùm dixiſſet: inſufflauit: & dicit eis. Accipite ſpiritum ſanctũ: quorum remiſeritis peccata: remittuntur eis: & quorum retinueritis: retenta ſunt. Thomas autem vnus de duodecim qui dicitur Didymus: non erat cum eis quãdo venit Ieſus. Dixerũt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum: & mittã digitum meum in locum clauorum: & mittam manum meã in latus eius: non credã. Et poſt dies octo: iterum erant diſcipuli eius intus: & Thomas cũ eis. Venit Ieſus ianuis clauſis: & ſtetit in medio: & dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc: & vide manus meas: & affer manum tuam: & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus ſed fidelis. Reſpondit Thomas & dixit ei. Dominus meus: & deus meus. Dicit ei Ieſus. Quia vidiſti me Thoma credidiſti: beati qui non viderunt: & crediderunt. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum: quæ non ſunt ſcripta ĩ libro hoc. Hęc autem

té ſcripta ſunt: vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine ipſius. Offert. Angelus domini deſcendit de cælo: & dixit mulieribus, quem quæritis? ſurrexit non eſt hìc alleluia. Sacra.

SVſcipe munera quęſumus domine exultãtis eccleſię: & cui cauſam tanti gaudij præſtitiſti, perpetuum fructum cócede lætitiæ. Per. Præfatio propria dicatur per totam reſurrectionem, niſi quando agitur de feſto. Cõmu. Mitte manum tuam: & cognoſce loca clauorum, alleluia, & noli eſſe incredulus ſed fidelis, alleluia, alľa. Poſt cõmu.

QVæſumus dñe deus noſter: vt ſacroſancta myſteria quæ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti, & pręſens nobis remedium eſſe facias & futurũ. Per dñm. Et ſciendum, ꝙ quando contigerit non cantari in dominica ipſius dominicæ miſsã, propter feſtum excludens dominicam, tunc miſſa dominicę cantanda eſt in prima feria ipſius hebdomadæ in qua nó occurrat feſtum proprium, etiã ſi ſit intra octauas præcipuas. ¶ Per totã hebdomadã. Ad miſſam maiorẽ. Offiñ. Quaſi modo. fol. cxxv. cũ omnibus ad ſe pertinentibus. ¶ Itẽ ſi aliquod feſtũ euenerit in hac hebdoma. modò ſit. xij. lectio. modò. iij. miſſa maior dicatur de feſto: & miſſa matuti. de Quaſi modo.

¶ Feria. iiij. Ad Hebręos. c. xiij.

FRatres: Obedite præpoſitis veſtris: & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationẽ pro animabus veſtris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciãt & non gemẽtes. Hoc enim nó expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conſcientiã habemus: in omnibus bene volentibus cõuerſari. Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celeriùs reſtituar vobis. Deus autẽ pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouiũ: in ſanguine teſtamenti æterni dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ: aptet vos in omni bono: vt faciatis eius volũtatẽ. Faciens in vobis quod placeat coram ſeper

per Ieſum Chriſtum dominũ
noſtrum.¶ Euangelium ſecũ-
dum Marcum. Capite.xvj.

IN illo tempore:Surgens Ie
ſus mane prima ſabbati: ap
paruit primò Mariæ Magdale
nę:de qua eiecerat ſeptem dæ-
monia.Illa autem vadens:nũ-
tiauit his qui cum eo fuerãt: lu
gentibus & flentibus.Et illi aũ
diẽtes quia viueret: & viſus eſ-
ſet ab ea: non crediderũt. Poſt
hæc autem duobus ex eis am-
bulantibus in via:oſtẽſus eſt in
alia effigie:euntibus in villam.
Et illi eũtes:nũtiauerũt cęteris.
¶ Feria. vj. Alleluia. ℣. Surre-
xit dominus: & occurrens mulieri
bus ait. Auete.tunc acceſſerunt &
adorauerũt eum.¶ Euãge.ſecũ-
dùm Matthæum. Cap.xxviij.

IN illo tẽpore: Exierunt mu
lieres citò de monumento
cũ timore & gaudio magno:
currentes nũtiare diſcipulis do
mini Ieſu.Et ecce Ieſus occur-
rit illis dicens. Auete. Illæ autẽ
acceſſerunt: & tenuerũt pedes
eius:& adorauerunt eũ. Tunc
ait illis Ieſus.Nolite timere.Ite
nũtiate fratribus meis: vt eant
in Galilæam:ibi me videbunt.
Quę cùm abijſſent:ecce quidã
de cuſtodibus venerũt in ciui-
tatem: & nuntiauerunt princi
pibus ſacerdotum:omnia quæ
facta fuerant. Et cõgregati cũ
ſenioribus:cõſilio accepto pe-
cuniam copioſam dederũt mi
litibus dicentes. Dicite quia di
ſcipuli eius nocte venerunt:&
furati ſunt eum vobis dormiẽ-
tibus. Et ſi hoc auditum fuerit
à præſide: nos ſuadebimus ei:
& ſecuros vos faciemus. At illi
accepta pecunia:fecerunt ſicut
erãt edocti. Et diuulgatum eſt
verbum iſtud apud Iudęos:vſ-
que in hodiernum diem.

¶ Dominica ſecunda. Ad miſ
ſam maiorem. Officium.

MIſericordia domi
ni plena eſt terra,
alleluia:verbo do
mini cæli firmati
ſunt,alleluia,alle-
luia. ℣. Exultate iuſti in dño:re-
ctos decet collaudatio. Oratio.

DEus qui in filij tui humi-
litate iacentem mũdum
erexiſti:fidelibus tuis perpetuã
concede lętitiam, vt quos per-
petuæ

petuæ mortis eripuiſti caſibus: gaudijs facias ſempiternis perfrui. Per eũd. ¶ Lectio epiſtolæ beati Petri apoſtoli.j. Capite.ij.

CHariſsimi: Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum: vt ſequamini veſtigia eius qui peccatũ non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur non maledicebat: cũ pateretur nõ comminabatur. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè: qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus: cuius liuore ſanati ſumus. Eratis enim aliquando ſicut oues errantes: ſed conuerſi eſtis nũc ad paſtorem: & epiſcopum animarum veſtrarũ. Alleluia. ℣. Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco oues meas: & cognoſcũt me meę. Alleluia. ℣. Angelus domini deſcẽdit de cælo: & accedens reuoluit lapidem: & ſedebat ſuper eum. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capit.x.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor: animam ſuam dat pro ouibus ſuis: mercenarius autẽ & qui non eſt paſtor: cuius nõ ſunt oues propriæ: videt lupũ venientem: & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit: & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit: quia mercenarius eſt: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus. Et cognoſco oues meas: & cognoſcunt me meę. Sicut nouit me pater: & ego agnoſco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ nõ ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & vocem meam audient. Et fiet vnũ ouile: & vnus paſtor. Offerto. Deus deus meus ad te de luce vigilo: & in nomine tuo leuabo manus meas, alleluia. Sacra.

BEnedictionẽ domine nobis conferat ſalutarem ſacra ſemper oblatio: vt qđ agit myſterio, virtute perficiat. Per dominum. Toto tempore paſchali, omnibus diebus dominicis vſq; ad quintam dominicam incluſiuè, dicitur prefatio paſchalis, hoc modo. Te quidem

dem omni tempore:ſed in hoc potiſsimum glorioſius prædicare.&c.Communio. Ego ſum paſtor bonus alleluia: & cognoſco oues meas: & cognoſcũt me meæ, alleluia,alleluia. Poſt cõmunio.

PRæſta nobis omnipotens deus: vt viuificationis tuæ gratiam conſequentes: in tuo ſemp munere gloriemur. Per.

¶Feria.iiij.Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli.j. Capite.j.

SCiẽtes quòd non corruptibilibus argẽto vel auro redempti eſtis: de vana veſtra cõuerſatione paternæ traditiõis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incõtaminati:& immaculati Ieſu Chrĩ. Præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem: manifeſtati autem in nouiſsimis tẽporibus propter vos: qui per ipſum fideles eſtis in deo.Qui ſuſcitauit eum à mortuis: & dedit ei gloriam: vt fides veſtra & ſpes eſſet in deo. Animas veſtras caſtificãtes in obedientia charitatis: in fraternitatis amore. Simplici ex corde inuicem diligite attentiùs: renati non ex ſemine corruptibili:ſed incorruptibili per verbum dei viui: & permanentis in æternum. Quia omnis caro fœnum : & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exaruit enim fœnum: & flos eius decidit. Verbum autẽ domini:manet in æternum. Alleluia. ℣. Surrexit paſtor bonus: qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis: & pro ſuo grege mori dignatus eſt.

¶Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.xxiiij.

IN illo tempore: Vna ſabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentũ: portantes quæ parauerant aromata. Et inuenerunt lapidem reuolutum à monumento: & ingreſſę non inuenerunt corpus domini Ieſu. Et factum eſt dum mente cõſternatæ eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterunt ſecus illas : in veſte fulgenti. Cùm timerent autem:& declinarent vultum in terram:dixerunt ad illas. Quid quæritis viuẽtem cum mortuis? Non eſt hìc:ſed ſurrexit. Recordamini qualiter locutus ſit vobis: cùm adhuc in Galilæa eſſet dicens.

Quia

Quia oportet filium hominis tradi in manus peccatorũ hominum:& crucifigi:& die tertia reſurgere.Et recordatę ſunt verborũ eius: & regreſſæ à monumento: nũtiauerunt hæc omnia illis vndecim: & cæteris omnibus.Erat autẽ Maria Magdalene & Ioãna:& Maria Iacobi: & cæteræ quæ cum ipſis erant:quæ dicebant ad apoſtolos hæc. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramẽtum verba iſta: &non crediderunt illis.Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumẽtũ:& procũbẽs vidit linteamina ſola poſita.Et abijt:ſecũ mirans quod factũ fuerat.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Matthæum. Cap.ix.

IN illo tempore: Acceſſerũt ad dominũ Ieſum diſcipuli Ioannis: dicẽtes. Quare nos & phariſæi ieiunamus frequẽter: diſcipuli autẽ tui non ieiunãt? Et ait illis Ieſus. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere: quãdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies: cùm auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabũt. Nemo autem immittit cõmiſſuram pànni rudis:in veſtimẽtum vetus. Tollit enim plenitudinem eius à veſtimento: & peior ſciſſura fit. Neq; mittunt vinum nouũ in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres:& vinum effunditur: & vtres pereũt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittũt:&ambo cõſeruantur.

¶ Dñica.iij.poſt paſcha.Offi.

IVbilate deo omnis terra, alleluia: pſalmũ dicite nomini eius,alleluia Date gloriam laudi eius alleluia,allła,allła. ℣.Dicite deo quàm terribilia ſunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tuæ mẽtiẽtur tibi inimici tui. Oratio.

DEus qui errantibus vt in viam poſsint redire iuſtitiæ veritatis tuæ lumen oſtendis: da cunctis qui Chriſtiana profeſsione cẽſentur:& illa reſpuere quæ huic inimica ſunt nomini:& ea quę ſunt apta ſectari.Per. ¶ Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli. j. Capite.ij.

CHariſsimi: Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos:abſtinere vos à carnalibus

libus deſiderijs: quæ militãt ad uerſus animã. Cõuerſationem veſtram inter gentes habentes bonã: vt in eo quod detractãt de vobis tanquam de malefactoribus: ex bonis operib⁹ vos conſiderantes: glorificent deũ in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote omni humanę creaturæ: propter deum. Siue regi quaſi præcellenti: ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis ad vindictam malefactorum: laudẽ vero bonorũ. Quia ſic eſt voluntas dei: vt bene faciẽtes: obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quaſi liberi: & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem: ſed ſicut ſerui dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite. Deum timete: regem honorificate. Serui ſubditi eſtote: in omni timore dominis. Non tantùm bonis & modeſtis: ſed etiã diſcolis. Hæc eſt enim gratia in Chriſto Ieſu: domino noſtro. Alleluia. ℣. Modicum & non videbitis me dicit dominus: iterum modicum & videbitis me: quia vado ad patrem. Alleluia. ℣. In die reſurrectionis meæ: dicit dominus præcedam vos in Galilæam.

¶ Euangeliũ ſecundũm Ioannem. Capite. xvj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Modicũ & iam non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me: quia vado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius: adinuicẽ. Quid eſt hoc: quod dicit nobis modicũ & non videbitis me: & iterum modicũ & videbitis me: & quia vado ad patrẽ? Dicebant ergo. Quid eſt hoc: quod dicit nobis modicum? Neſcimus quid loquitur. Cognouit autẽ Ieſus: quia volebant eum interrogare: & dixit eis. De hoc quæritis inter vos: quia dixi modicum & nõ videbitis me: & iterum modicum & videbitis me? Amen amen dico vobis: quia plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos autem contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. Mulier cũ parit triſtitiam habet: quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum: iam non meminit

preſſuræ: propter gaudiũ quia natus eſt homo in mũdum. Et vos igitur:nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos: & gaudebit cor veſtrum. Et gaudium veſtrũ: nemo tollet à vobis. Offert. Lauda anima mea dominum: laudabo dñm in vita mea:pſallam deo meo quandiu ero alleluia. Sacra.

HIs nobis domine myſterijs conferatur: quo terrena deſideria mitigantes, diſcamus amare cæleſtia. Per dominum. Communio. Modicũ & non videbitis me, alleluia: iterũ modicum & videbitis me: quia vado ad patrem,alleluia. Poſt cõm.

SAcramenta quæ ſumpſimus quæſumus domine: & ſpiritalibus nos inſtruant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs.Per dñm noſtrum. Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit. &c.

¶ Feria.iiij.Lectio epiſtolę beati Ioannis apoſtoli.j.Capit.ij.

CHariſsimi: Hæc ſcribo vobis: vt non peccetis. Sed & ſiquis peccauerit:aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum:& ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Nõ pro noſtris autem tantùm: ſed etiam pro totius mundi. Et in hoc ſcimus quia cognouimus eum: ſi mandata eius obſeruemus. Qui dicit ſe noſſe deum & mandata eius non cuſtodit: mendax eſt: & veritas in eo non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius: verè in hoc charitas dei perfecta eſt.In hoc ſcimus:quoniam in ipſo ſumus: ſi in ipſo perfecti fuerimus. Qui dicit ſe in ipſo manere: debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Chariſſimi non mandatum nouum ſcribo vobis: ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio. Mandatum vetus eſt: verbum quod audiſtis. Iterum mandatum nouũ ſcribo vobis: quod eſt verum: & in ipſo & in vobis.Quoniam tenebrę tranſierunt: & lumen verum iam lucet. Per Ieſum Chriſtum: dominum noſtrum. Alleluia. ℣. Iterũ videbo vos: & gaudebit cor veſtrum.¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite.iij.

IN illo tempore: Facta eſt quæſtio ex diſcipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione: & venerunt ad Ioannem: & dixerunt ei. Rabbi: qui erat tecum trans Iordanem cui tu teſtimonium perhibuiſti: ecce hic baptizat: & omnes veniunt ad eum. Reſpondit Ioãnes: & dixit. Non poteſt homo accipere quicquã niſi fuerit ei datum de cælo. Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis: quod dixerim, ego non ſum Chriſtus: ſed qui miſſus ſum ante illum. Qui habet ſponſam ſponſus eſt: amicus autem ſpõſi qui ſtat & audit eum: gaudio gaudet propter vocẽ ſponſi. Hoc ergo gaudium meum: impletũ eſt. Illum oportet creſcere: me autem minui. Qui de ſurſum venit: ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra: de terra eſt: & de terra loquitur. Qui de cælo venit: ſuper omnes eſt: & quod vidit & audiuit: hoc teſtatur: & teſtimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius teſtimonium: ſignauit quia deus verax eſt. Quem enim miſit deus: verba dei loquitur. Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum. Pater enim diligit filium: & omnia dedit ei in manu eius. Qui credit in filium dei: habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt filio: non videbit vitam. Sed ira dei: manet ſuper eum.

¶ Feria ſexta.

¶ Euangelium ſecundũm Ioãnem. Capite.xij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me: in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit verba mea & cuſtodierit ea: ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicẽ mundum: ſed vt ſaluum faciã mũdum. Qui ſpernit me & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus ſum: ille iudicabit eum in nouiſsimo die. Quia ego ex meipſo non ſum locutus: ſed qui miſit me pater: ipſe mihi mandatum dedit: quid dicam & quid loquar. Et ſcio quia mãdatum eius: vita æterna eſt.

Quæ ergo ego loquor: ſicut dixit mihi pater ſic loquor.

¶ Dominica.iiij. Officium.

CAntate dño canticum nouum alleluia: quia mirabilia fecit dominus, alleluia: ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam, alleluia, alleluia. ℣. Saluabit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius. Oratio.

DEus qui fidelium mẽtes vnius efficis volũtatis: da populis tuis id amare q̃d præcipis: id deſiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda: vbi vera ſunt gaudia. Per dominum. ¶ Lectio epiſtolæ beati Iacobi apoſtoli. Capite.j.

CHariſsimi: Omne datũ optimum & omne donum perfectum: deſurſum eſt deſcendens à patre luminum: apud quem non eſt tanſmutatio: nec viciſsitudinis obũbratio. Voluntariè genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initiũ aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectiſsimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendũ: & tardus ad iram: ira enim viri: iuſtitiam dei nõ operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiã & abundantiam malitię: in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbũ. Quod poteſt ſaluare: animas veſtras. Alleluia. ℣. Vado ad eum qui miſit me: ſed quia hęc locutus ſum vobis: triſtitia impleuit cor veſtrum. Alleluia. ℣. Ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadã.

¶ Euangeliũ ſecundũ Ioannem. Capite.xvj.

IN illo tempore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Vado ad eum qui miſit me: & nemo ex vobis interrogat me quò vadis. Sed quia hæc locutus ſum vobis: triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero: mittam eũ ad vos. Et cùm venerit ille: arguet mũdũ de peccato & de iuſtitia: & de iudicio. De peccato quidẽ: quia non crediderũt in me. De

iuſtitia verò: quia ad patrẽ vado:& iam nõ videbitis me. De iudicio autem: quia princeps mũdi huius iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modò. Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnem veritatẽ. Non enim loquetur à ſemetipſo: ſe queçũq; audiet loquetur: & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet: & annũtiabit vobis. Omnia quæcunq; habet pater: mea ſunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet: & annuntiabit vobis. Offerto. Iubilate deo vniuerſa terra: iubilate deo vniuerſa terra: pſalmum dicite nomini eius: Venite & audite: & narrabo vobis oẽs qui timetis deum: quanta fecit dñs animæ meæ, allꝉa. Sacra.

DEus qui nos per huius ſacrificij veneranda commercia: vnius ſummæq; diuinitatis participes efficis, præſta quæſumus: vt ſicut tuã cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per. Cõio. Cùm venerit paracletus ſpiritus veritatis: ille arguet mundum de peccato & de iuſtitia & de iudicio, alleluia, alleluia. Poſt cõmu.

ADeſto nobis dñe deus noſter: vt per hæc quę fideliter ſumpſimus, & purgemur à vitijs: & à periculis omnibus exuamur. Per dominũ.

¶ Feria quarta. Ad Theſſaloniceníes. Capite. v.

FRatres: Omnes vos filij lucis eſtis: & filij diei. Non ſumus noctis: nec tenebrarũ. Igitur nõ dormiamus ſicut & cæteri: ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Qui enim dormiũt: nocte dormiũt: & qui ebrij ſunt: nocte ebrij ſunt. Nos autem qui diei ſumus: ſobrij ſimus: induti loricam fidei & charitatis: & galeam ſpem ſalutis. Quoniam non poſuit nos deus in iram: ſed in acquiſitionem ſalutis per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ: qui mortuus eſt pro nobis. Vt ſiue vigilemus ſiue dormiamus: ſimul cum illo viuamus. Propter quod conſolamini inuicem: & ædificate alterutrum. In Chriſto Ieſu: domino noſtro.

¶ Euangeliũ ſecundùm Ioannem. Capite.xvij.

IN illo tempore: Reſpiciens dominus Ieſus in diſcipulos ſuos dixit. Pater ſancte: ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi: vt ſint vnũ ſicut & nos. Cùm eſſem cum eis ego ſeruabam eos: in nomine tuo. Quos dediſti mihi cuſtodiui: & nemo ex eis perijt: niſi filius perditiõis: vt ſcriptura impleatur. Nũc autem ad te venio: & hoc loquor in mundo: vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum: & mũdus eos odio habuit: quia non ſunt de mundo: ſicut & ego nõ ſum de mũdo. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos à malo. De mundo nõ ſunt: ſicut & ego non ſum de mũdo. Sancti fica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mũdum: ita & ego miſi eos in mundum. Et ego pro eis ſanctifico meipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Nõ pro his rogo tantùm: ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum ſint: ſicut tu pater in me & ego in te: vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt mundus credat quia tu me miſiſti. Et ego claritatẽ quã dediſti mihi dedi eis: vt ſint vnum: ſicut & nos vnũ ſumus. Et ego in eis & tu in me: vt ſint conſummati in vnũ: & cognoſcat mũdus quia tu me miſiſti: & dilexiſti eos: ſicut & me dilexiſti. Pater: quos dediſti mihi: volo vt vbi ego ſum: & illi ſint mecum: vt videant claritatem meã quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante cõſtitutionẽ mundi. Pater iuſte: mundus te nõ cognouit: ego autem te cognoui: & hi cognouerũt: quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum: & notum faciã: vt dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit: & ego in ipſis.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Ioannem. Cap.xiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Filioli: adhuc modicum vobiſcũ ſum. Quæretis me: & ſicut dixi Iudæis: quò ego vado vos non poteſtis venire. Et vobis dico

modò.Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicẽ ſicut dilexi vos:vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoſcent omnes quia mei diſcipuli eſtis:ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine quò vadis? Reſpondit ei Ieſus. Quò ego vado: nõ potes me modò ſequi: ſequeris autem poſtea.

¶ Dñica.v.poſt Paſcha. Offm̃.

VOcem iucunditatis annuntiate: & audiatur, alleluia. Nuntiate vſq; ad extremũ terrę:liberauit dominus populum ſuum, all'a,all'a. ℣. Iubilate deo omnis terra:pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Oratio.

DEus à quo bona cuncta procedũt: largire ſupplicib⁹: vt cogitemus te inſpirãte quæ recta ſunt:&te gubernãte eadem faciamus.Per.¶ Lectio epiſtolæ beati Iacobi apl'i. c.j.

CHariſsimi: Eſtote factores verbi & non auditores tantũ: fallẽtes voſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi & non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultũ natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe & abijt: & ſtatim oblitus eſt q̃lis fuerit. Qui autẽ perſpexerit in lege perfectæ libertatis & permãſerit in ea:non auditor obliuioſus factus:ſed factor operis:hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autẽ putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuã: ſed ſeducens cor ſuũ: huius vana eſt religio. Religio munda & immaculata apud deũ & patrem hæc eſt:viſitare pupillos: & viduas in tribulatione eorum. Et immaculatum ſe cuſtodire:ab hoc ſeculo. All'a. ℣. Vſq; modò non petiſtis quicquam in nomine meo:petite & accipietis. All'a. ℣. Angelus domini deſcendit de cælo: & accedens reuoluit lapidẽ: & ſedebat ſuper eum.¶ Euangelium ſecundùm Ioannẽ.c.xvj.

IN illo tempore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis:ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo: dabit vobis. Vſq; modò non petiſtis quicquã in nomine meo.

Petite & accipietis: vt gaudiũ veſtrum ſit plenũ. Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis: venit hora: cùm iam non in prouerbijs loquar vobis: ſed palàm de patre meo annuntiabo vobis. Illo die: in nomine meo petetis. Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis: ipſe enim pater amat vos: quia vos me amaſtis: & credidiſtis qa ego à deo exiui. Exiui à patre: & veni in mũdum: iterum relinquo mũdum: & vado ad patrẽ. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palàm loqueris: & prouerbiũ nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia: & non opus eſt tibi: vt quis te interroget. In hoc credimus: quia à deo exiſti. Offerto. Benedicite gentes dominum deum noſtrum: & obaudite vocem laudis eius: qui poſuit animam meam ad vitam: & nõ dedit cõmoueri pedes meos. Benedictus dñs: qui non ámouet deprecationem meã & miſericordiam ſuam à me alleluia. Sacra.

SVſcipe domine fideliũ preces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad perpetuã gloriam tranſeamus. Per dominũ Communio. Cantate domino alleluia: cãtate dño & benedicite nomẽ eius, bene nũtiate de die in diẽ ſalutare eius, alľa, alľa. Poſt cõm.

TRibue nobis domine cæleſtis menſæ virtute ſatiatis: & deſiderare quę recta ſunt & deſiderata perficere: & ad gaudia æterna peruenire. Per.

¶ Feria. ij. in rogationibus. Si aliquod feſtũ triũ lectionũ in his trib⁹ diebus rogationũ euenerit: miſſa matu. dicat' de eo.

¶ Item ſi feſtum. xij. lectio. vel ſupra in his diebus euenerit: poſt primam dicatur miſſa de feſto: & miſſa maior erit de rogationibus. Sed quando nullũ feſtum in rogationibus inciderit: ad miſſam matuti. officium & cætera omnia dicantur vt in miſſa maiori: excepto Alleluia quod erit iſtud Alleluia. ℣. Cõfitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. ¶ Poſt Nonam omnibus expletis vt in conſuetudinibus habetur: dicatur miſſa maior vt trium lectionum.

¶ Ad

¶Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

EXaudiuit de templo ſancto ſuo vocẽ meã alleluia: & clamor meus, in conſpectu eius introiuit in aures eius alleluia, alleluia. ℣. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotẽs deus: vt qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus, contra aduerſa omnia: tua ſemper protectione muniamur. Per dominũ. ¶Lectio epiſtolæ beati Iac. apoſtoli. v. cap.

CHariſſimi: cõfitemini alterutrum peccata veſtra: & orate pro inuicem vt ſaluemini. Multum enim valet depcatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis & oratione orauit vt non plueret ſuper terram: & non pluit annos tres: & mẽſes ſex. Et rurſum orauit: & cælum dedit pluuiam: & terra dedit fructum ſuum. Siquis autem errauerit ex vobis a veritate: & conuerterit quis eum: ſcire debet: quoniã qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ: ſaluabit animam eius à morte. Et operit: multitudinem peccatorũ. Alleluia. ℣. Quis veſtrum habebit amicum: & ibit ad illum media nocte: & dicet illi. Amice commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit ad me: & nõ habeo quod ponam ante illum? ¶Euangeliũ ſecundùm Lucam. ca. xj.

IN illo tẽpore: Dixit domin' Ieſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicum: & ibit ad eum media nocte: & dicet illi. Amice cõmoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me: & non habeo quod ponam ante illum: Et ille deintus reſpondens dicat: noli mihi moleſtus eſſe: iã oſtiũ clauſum eſt: & pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere & dare tibi? Et ille ſi perſeuerauerit pulſans: dico vobis: & ſi non dabit illi ſurgẽs eo quòd amicus eius ſit: propter improbitatem tamẽ eius ſurget: & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego vobis dico. Petite & dabitur vobis:

bis: quærite & inuenietis: pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulſanti aperietur. Quis autẽ ex vobis patrẽ petit panẽ: nũquid lapidem dabit illi? Aut piſcẽ: nunquid pro piſce ſerpentẽ dabit illi? Aut ſi petierit ouũ: nunquid porriget illi ſcorpionẽ? Si ergo vos cùm ſitis mali: noſtis bona data dare filijs veſtris: quãtò magis pater veſter cæleſtis de cælo dabit ſpiritum bonum: petentibus ſe?

Offer. Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eũ: qui aſtitit ad dexteram pauperis: vt ſaluã faceret à perſequẽtibus animã meam, alla. Sacra.

HÆc munera quæſumus dñe: & vincula nrę prauitatis abſoluant, & tuæ nobis miſericordiæ dona concilient. Per dominum noſtrũ Ieſum.

Communio. Petite & accipietis: quęrite & inuenietis: pulſate & aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulſanti aperietur, alleluia. Poſt cõm.

VOta noſtra quæſum' domine pio fauore proſequere: vt dum dona tua in tribulatione percipimus, de conſolatione noſtra in tuo amore creſcamus Per dominum.

¶Feria.iij. Officium Exaudiuit. Cætera omnia fiant ſicut in ſecunda feria ordinatum eſt.

¶Feria quarta. In vigilia Aſcẽſionis domini. Officium.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis, alla, alla, alla.

℣. Subiecit populos nobis: & gentes ſub pedibus noſtris. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens pater: vt noſtræ mentis intentio, quo ſolẽnitatis vẽturæ glorioſus auctor ingreſſus eſt ſemper intendat: & quò fide pergit, conuerſatione perueniat. Per eundem dominũ.

¶Lectio Actuũ apoſto. ca. iiij.

IN diebus illis: Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Neq; quiſquam eorum quæ poſſidebat: aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebãt apoſtoli teſtimonium reſurrectionis dñi noſtri

noſtri Ieſu Chriſti: & gr̃a magna erat in omnibus illis. Neq; enim quiſquã egens erat inter illos. Quotquot autem poſſeſſores domorũ aut agrorũ erãt: vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant: & ponebant ante pedes apoſtolorum. Diuidebat̃ enim ſingulis: prout cuiq; opus erat. Alleluia. ℣. Pater cùm eſſem cum eis: ego ſeruabam eos quos dediſti mihi: rogo vt ſerues eos in ſecula. ¶ Euangeliũ ſecundùm Ioannem. ca.xvij.

IN illo tempore: Subleuatis dñs Ieſus oculis in cælũ dixit. Pater venit hora: clarifica filium tuum: vt & filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne quod dediſti ei: det illis vitam ęternã. Hæc eſt autẽ vita æterna: vt cognoſcãt te ſolũ verum deũ: & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui: quod dediſti mihi vt faciã. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipſum: claritate quam habui: priuſquã mũdus eſſet apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus: quos dediſti mihi de mundo. Tui erant: & mihi eos dediſti: & ſermonem tuum ſeruauerũt: & nunc cognouerũt: quia omnia quæ dediſti mihi abs te ſunt. Quia verba quæ dediſti mihi dedi eis: & ipſi acceperũt: & cognouerũt verè quia à te exiui: & crediderunt quia tu me miſiſti. Ego ꝓ eis rogo: non pro mundo rogo: ſed pro his quos dediſti mihi: quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt: & tua mea ſunt: & clarificat⁹ ſum in eis. Etiam non ſum in mundo: & hi in mundo ſunt: & ego ad te venio. Offerto. Aſcendit deus in iubilatione: dominus in voce tubæ, alleluia. Sacra.

SAcrificiũ dñe pro filij tui venerabili quam præuenimus nunc aſcẽſione ſupplices deferimus: præſta quæſumus: vt & nos per ipſum his cõmercijs ſacroſanctis: ad cæleſtia cõſurgamus. Per eundẽ. Cõmu. Pater cũ eſſem cum eis: ego ſeruabã eos quos dediſti mihi, alleluia: nũc autem ad te venio: nõ rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo, alſa, alſa. Poſt cõmu.

Tribue

TRibue quæſumus domine: vt per hæc ſacra quæ ſumpſimus: illuc tendat noſtrę deuotionis affectus: quò tecũ eſt noſtra ſubſtantia Ieſus Chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit & regnat.

In die Aſcenſionis domini. Ad miſſam maiorem. Statio ad ſanctum Petrum. Officium.



VIri Galilęi quid admiramini aſpicientes in cælum alleluia: quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælum: ita veniet, alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Cumque intuerentur in cælum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis. Qui & dixerunt. Iſte. ℣. dicitur per octauas tantùm vſque, In veſtibus albis. Oratio.

COncede quæſumꝰ omnipotẽs deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redẽptorem noſtrum cælos aſcendiſſe credimus, ipſi quoq; mente in cæleſtibus habitemus. Per eundem dominum.

¶ Lectio Actuum apoſto. c. j.

PRimum quidem ſermonẽ feci de omnibus ò Theophile: quæ cœpit Ieſus facere & docere: vſque in diem qua præcipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctum quos elegit aſſumptus eſt. Quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſsionem ſuam in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis: & loquens de regno dei. Et conueſcens præcepit eis à Ieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſsionem patris: quam audiſtis inquit per os meum. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto,

ĉto, non poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant: interrogabant eum dicentes. Domine: ſi in tempore hoc: reſtitues regnum Iſrael? Dixit autẽ eis. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta: quæ pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos: & eritis mihi teſtes in Ieruſalem: & in omni Iudęa & Samaria: & vſq; ad vltimum terræ. Et cùm hoc dixiſſet: videntibus illis eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorum. Cumq; intuerẽtur in cælum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis: qui & dixerunt. Viri Galilæi: quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum: ſic veniet quemadmodũ vidiſtis eum: euntem in cælũ. Alleluia. ℣. Pſallite deo: qui aſcẽdit ſuper cælum cæli ad orientem. Alleluia. ℣. Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum: deum meum & deum veſtrum.

¶ Euangelium ſecũdùm Marcum. Capite.xvj.

IN illo tempore: Recumbẽtibus vndecim diſcipulis: apparuit illis dominus Ieſus: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis: quia his qui viderant eum reſurrexiſſe à mortuis: non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum: prædicate euangelium omni creaturę. Qui crediderit & baptizatus fuerit: ſaluus erit: qui verò non crediderit: condemnabitur. Signa autẽ eos qui crediderint: hæc ſequẽtur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpẽtes tollẽt. Et ſi mortiferũ quid biberint: non eis nocebit. Super ægros manus imponent: & benè habebũt. Et dominus quidem Ieſus poſtquàm locutus eſt eis: aſſumptus eſt in cælum: & ſedet à dextris dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante: & ſermonem confirmãte: ſequẽtibus ſignis. Credo. Offert. Viri Galilæi quid admiramini aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum: ſic veniet: quemadmodum

dum vidiſtis eum aſcendentem in cęlum alleluia. Sacra.

SVſcipe dñe munera quæ ꝓ filij tui glorioſa aſcenſione deferimus: & concede propitius, vt à præſentibus periculis liberemur: & ad vitam perueniamus ſempiternam. Per eundẽ. Prętatio. Æterne deus: per Chriſtũ dñm noſtrũ. Qui poſt reſurrectionem ſuã omnibus diſcipulis manifeſtus apparuit: & ipſis cernẽtibus eſt eleuatus in cęlum: vt nos diuinitatis ſuæ tribueret eſſe participes. Et ideo. Infra actionem.

COmmunicãtes & diem ſacratiſsimum celebrantes: quo dñs noſter Ieſus Chriſtus vnigenitus filius tuus: vnitam ſibi fragilitatis noſtræ ſubſtantiam in gloriæ tuæ dextera collocauit. Sed & memoriã venerãtes: in primis glorioſę ſemper virginis Mariæ genitricis eiuſdẽ dei & dñi nr̃i Ieſu Chr̃i. Sed & beatorũ. Cõio. Pſallite dño: qui aſcendit ſuper cælos cælorũ ad orientem all'a. Poſt cõmu.

PRæſta nobis quęſumus omnipotens & miſericors deus: vt quæ viſibilibus myſterijs ſumẽda percepimus, inuiſibili cõſequamur effectu. Per.

¶ Per octa. Aſcenſio. Officiũ. Viri Galilæi. fo. cxxxiiij. ℣. Cũque intuerentur in cælum. vſque In veſtibus albis. Collecta. Concede quæſumus. fol. cxxxiiij. Epiſtola. Primum quidem ſermonẽ. fol. cxxxiiij. Alia. Vnicuique noſtrum data eſt gratia. vt infra. fol. cxxxvj. Alleluia. ℣. Aſcendit deus in iubilatione: & dominus in voce tubæ. Alleluia. ℣. Dñs in Sinai ſancto: aſcẽdens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. All'a. ℣. Pſallite deo. fo. cxxxvj All'a. ℣. Aſcẽdo ad. fo. cxxxvij. Euangelium. Recumbẽtibus. fol cxxxv. Offertorium. Viri Galilæi. fol. cxxxv. Commu. Pſallite dño. vt ſupra. fo. cxxxv.

¶ Dominica infra octa. Aſcẽ. miſſa matu. dicatur de octauis: quod non fit in alijs octa. ij. col lecta erit de dominica. ¶ Item ſi feſtum. xij. lectio. in hac dominica euenerit: miſſa matu. dicatur de dñica. j. cõ. erit de feſto, ſecunda de octa. & miſſa ma-

maior erit de feſto. ¶ Itẽ ſi cũ feſto.xij. lec.euenerit feſtũ triũ lect. miſſa matu. erit de dñica. j.cõ. erit de feſto.xij. lect. ij. de feſto.iij.lect.iij.de octa. Et maior de feſto.xij. lect. ¶ Itẽ ſi feſtum.iij.lect. in hac dñica euenerit: miſſa matu. dicatur de feſto.iij.lect.j.cõ.de dñica: & nulla alia fiat cõmemora. de octa.

¶ Ad miſſam de dñica. Officiũ.

Exaudi dñe vocem meã: qua clamaui ad te allꝫa. Tibi dixit cor meũ quęſiui vultũ tuũ: vultum tuum dñe requirã: ne auertas faciem tuam à me alleluia, allꝫa. ℣. Dñs illuminatio mea & ſalus mea quem timebo? Oro.

Omnipotens ſempiterne de⁹: fac nos tibi ſemper & deuotã gerere voluntatẽ, & maieſtati tuę ſyncero corde ſeruire. Per dñm. ¶ Lectio epiſtolæ beati Petri apoſtoli. j.ca. iiij.

Chariſsimi: Eſtote prudẽtes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habẽtes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicẽ: ſine murmuratione. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam: in alterutrum illam adminiſtrantes: ſicut boni diſpenſatores: multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur: quaſi ſermones dei. Si quis miniſtrat: tanquam ex virtute quam adminiſtrat deus: vt in omnib⁹ honorificetur deus. Per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum. Allꝫa. ℣. Nõ vos relinquã orphanos: vado & venio ad vos: & gaudebit cor veſtrũ. Allꝫa. ℣. Pſallite deo qui aſcendit ſuper cælũ cæli ad orientem. ¶ Euangeliũ ſecũdùm Ioannem. xv. & .xvj. capi.

In illo tẽpore: dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Cũ venerit paracletus quẽ ego mittã vobis à patre: ſpiritũ veritatis qui à patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecũ eſtis. Hęc locutus ſum vobis: vt nõ ſcandalizemini. Abſq; ſynagogis faciẽt vos. Sed venit hora: vt oĩs qui interficit vos: arbitretur obſequium ſe præſtare deo. Et hæc facient vobis: quia nõ nouerunt patrẽ

neq;

neq; me. Sed hæc locutus ſum vobis: vt cũ venerit hora eorũ reminiſcamini: quia ego dixi vobis. Credo. Offerto. Aſcẽdit deus in iubilatione: & dominus in voce tubæ, alleluia. Sacra.

SAcrificia nos domine immaculata purificent: & mẽtibus nr̃is ſupernę gratiæ dẽt vigorem. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Cõmu. Pater cũ eſſem cum eis: ego ſeruabam eos quos dediſti mihi alleluia: nunc autem ad te venio. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos à malo, alleluia, allã. Poſt cõmu.

REpleti domine muneribꝰ ſacris: da quæſumus, vt in gratiarum actione ſemper maneamus. Per dominum.

¶ In octauo die Aſcenſio. dñi.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

VIri Galilæi: quid admiramini aſpiciẽtes in cælum alleluia: quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælum: ita veniet, alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Cũq; intuerentur in cælum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis. Oratio

DEus cuius filius in alta cęlorum potẽter aſcendẽs: captiuitatem noſtram ſua duxit virtute captiuã, tribue quęſumus, vt dona quæ ſuis participibus cõtulit, largiatur & nobis. Ieſus Chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum vi.

¶ Lectio ad Epheſios. cap. iiij.

FRatres: Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia: ſecundùm menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit. Aſcendẽs in altum: captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibꝰ. Quòd autem aſcendit: quid eſt niſi quia & deſcendit primùm: in inferiores partes terræ? Qui deſcendit: ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos: vt adimpleret oĩa. Et ipſe dedit quoſdã quidem apoſtolos: quoſdã autem prophetas: alios verò euãgeliſtas: alios autem paſtores & doctores: ad conſummationẽ ſanctorum in opus miniſterij: in ædificationẽ corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei: & agnitionẽ filij dei. In virum perfectum: in menſuram ætatis: plenitudinis Chri-

Chrï. Alleluia. ℣ Aſcendit deus in iubilatione: & dominus in voce tubæ. Alleluia. ℣. Aſcẽdo ad patrem meum & patrem veſtrũ: deũ meum & deũ veſtrũ. ¶ Euangelium ſecundùm Lucã. c.xxiiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Hęc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos: cùm adhuc eſſem vobiſcum. Quoniam neceſſe eſt impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege Moyſi: & prophetis & pſalmis de me. Tũc aperuit illis ſenſum: vt intelligerẽt ſcripturas: & dixit eis. Quoniam ſic ſcriptum eſt: & ſic oportebat pati Chriſtum: & reſurgere à mortuis die tertia. Et prædicari in nomine eius pœnitentiam: & remiſsionẽ peccatorum in oẽs gẽtes: incipientib⁹ ab Ieroſolyma. Vos autẽ eſtis teſtes horũ: & ego mittã promiſſum patris mei in vos. Vos autẽ ſedete in ciuitate: quoaduſq; induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus ſuis: benedixit eis. Et factum eſt dum benediceret illis: receſsit ab eis: & ferebatur in cælum. Et ipſi adorantes: regreſsi ſunt in Ieruſalem: cum gaudio magno. Et erant ſemper in templo: laudãtes & benedicentes deum. Offerto. Viri Galilæi quid admiramini: aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cęlum: ſic veniet: quemadmodũ vidiſtis eũ aſcẽdentem in cælum, allꝉa. Sacra.

SVſcipe dñe munera quæ pro filij tui glorioſa aſcenſione deferimus: & cõcede propitius, vt à præſentibus periculis liberemur: & ad vitã perueniamus ęternam. Per eundem. Præfatio. Qui poſt reſurrectionem ſuam. fol. cxxxv. Cõmu. Pſallite dño: qui aſcẽdit ſuper cęlos cælorũ ad orientẽ, allꝉa. Poſt cõm.

PRæſta quęſumus omnipotens & miſericors deus: vt quæ viſibilibus myſterijs ſumẽda percepimus, inuiſibili conſequamur effectu. Per dñm.

¶ Feria ſexta poſt octa. Aſcenſionis. Si nullum feſtum in hac ſexta feria euenerit: miſſa maior dicatur de Cruce, ſcilicet. Nos autem. Cum omnibus ad ſe pertinentibus, exceptis quæ

hic ponuntur. ¶ Ad Hebræos. Capite.ij.&.iij.

FRatres: Vidimus Ieſum Chriſtũ propter paſsionẽ mortis gloria & honore coronatum: vt gratia dei pro omnibus guſtaret mortem. Decebat enim eum propter quẽ omnia & per quẽ omnia: qui multos filios in gloriam adduxerat: auctorem ſalutis eorum per paſſionẽ conſummari. Qui enim ſanctificat & qui ſanctificatur: ex vno omnes. Propter quam cauſam: non confunditur fratres eos vocare dicens. Narrabo nomẽ tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ laudabo te. Et iterũ. Ego ero fidens in eũ. Et iterũ. Ecce ego & pueri mei: quos mihi dedit domin⁹. Quia ergo pueri communicauerunt carni & ſanguini: & ipſe ſimiliter participauit eiſdem: vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium id eſt diabolũ: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erãt ſeruituti. Nuſquã enim angelos apprehendit: ſed ſemẽ Abrahæ apprehẽdit. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari: vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad deum: vt repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus: potẽs eſt eis qui tẽtãtur auxiliari. Vnde fratres ſanctæ vocationis cæleſtis participes: conſiderate apoſtolum & põtificem confeſsionis noſtræ. Ieſum Chriſtũ: dñm noſtrum.

Alleluia. ℣. Crucifixus ſurgens ex mortuis: redemit nos ſanguine ſuo: adoremus eum in gloria.

¶ Euangeliũ ſecundũ Ioã.c.xv.

IN illo tempore: dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Si manſeritis in me & verba mea in vobis manſerint: quodcũq; volueritis petetis: & fiet vobis. In hoc clarificatus eſt pater meus: vt fructum plurimum afferatis: & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater: & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis: manebitis in dilectione mea: ſicut & ego patris mei præcepta ſeruaui: & maneo in eius dilectione. Hęc locutus ſum vobis: vt gaudium

meum in vobis ſit:& gaudium veſtrum impleatur.

¶Sabbato in vigilia Pentecoſtes. Poſt ſextã omnes lectiones legantur ſine ſuperſcriptione, incipiendo ſtatim in nigro. Ante tamen quàm prima lectio finiatur: ſacerdos ingreditur ad altare ſolus collectas dicturus, quæ omnes ſine Dominus vobiſcum. dicantur.

¶Lectio prima. Geneſis. c. xxij

Tentauit deus Abrahã: & dixit ad eũ. Abrahã Abraham. Et ille reſpondit. Adſum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac:& vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtũ: ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens: ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecũ duos iuuenes:& Iſaac filiũ ſuũ. Cũq; concidiſſet ligna in holocauſtum: abijt ad locum quem præceperat ei deus. Die autem tertio: eleuatis oculis vidit locum procul: dixitq; ad pueros ſuos. Expectate hîc cum aſino: ego & puer illuc vſque properantes: poſtq̃ adorauerimus: reuertemur a d vos. Tulit quoq; ligna holocauſti: & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum. Ipſe verò portabat in manib⁹ ignẽ & gladium. Cumq́ue duo pergerent ſimul: dixit Iſaac patri ſuo. Pater mi? At ille reſpondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit autem Abraham. Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti: fili mi. Pergebant ergo pariter: veneruntq́ue ad locum quem oſtenderat ei deus: in quo ædificauit altare: & deſuper ligna compoſuit. Cũq́ue colligaſſet Iſaac filium ſuũ: poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. Extenditq; manũ & arripuit gladiũ: vt immolaret filium ſuũ. Et ecce angelus domini de cælo: clamauit dicens. Abraham Abraham. Qui reſpõdit. Adſum. Dixitq; illi. Ne extẽdas manũ tuã ſuper puerum: neq; facias illi quicquam. Nũc cognoui ꝙ ti meas deũ: & nõ pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Leuauit Abrahã oculos: viditq; poſt

tergum arietem: inter vepres hærentem cornibus. Quem aſſumens: obtulit holocauſtum pro filio. Appellauitq; nomen loci illius: dominus videt. Vnde vſque hodie dicitur in mõte dominus videbit. Vocauit autem angelus domini Abrahã ſecũdò de cælo dicens. Per memetipſum iuraui dicit dominus: quia feciſti rẽ hanc: & non pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me: benedicã tibi: & multiplicabo ſemẽ tuum ſicut ſtellas cæli: & velut arenã quæ eſt in littore maris. Poſsidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: quia obediſti voci meæ. Reuerſus eſt Abrahã ad pueros ſuos: abieruntq; Berſabee ſimul: & habitauit ibi. Oratio.

DEus qui in Abrahę famuli tui opere humano generi obediẽtię exẽpla tribuiſti: cõcede nobis & noſtræ volũtatis prauitatem frangere, & tuorum pręceptorũ rectitudinẽ in omnibus adimplere. Per dñm.

¶ Lectio. ij. Deuterono. c. xxxj.

SCripſit Moyſes canticum: & docuit filios Iſrael. Præcepitq; Ioſue filio Nun: & ait. Cõfortare & eſto robuſtus: tu enim introduces filios Iſrael in terrã quam pollicitus ſum eis: & ego ero tecum. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine atq; cõpleuit: præcepit leuitis qui portabant arcam fœderis domini dicẽs. Tollite librum iſtum: & ponite illum in latere arcæ fœderis domini dei veſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimonium. Ego enim ſcio contentionem tuã: & ceruicem tuam duriſsimã. Adhuc viuẽte me & ingrediẽte vobiſcum: ſemper cõtentioſè egiſtis cõtra dñm: quãtò magis cũ mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus veſtras atq; doctores: & loquar eis audiẽtibus ſermones iſtos: & inuocabo cõtra eos cælũ & terram. Noui enim quòd poſt mortẽ meã iniquè agetis: & declinabitis citò de via quã pręcepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tẽpore: quando feceritis malũ in con-

conſpectu dñi: vt irritetis eum per opera manuum veſtrarum. Locutus eſt ergo Moyſes audiente vniuerſo cœtu filiorum Iſrael: verba carminis huius:& ad finẽ vſq; compleuit. Tract⁹. Attẽde cælum & loquar: & audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur ſicut pluuia eloquium meũ: & deſcendant ſicut ros verba mea: ſicut imber ſuper gramina. ℣. Et ſicut nix ſupra fœnum: quia nomen dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinẽ deo noſtro: deus vera opera ei⁹ & omnes viæ eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non eſt iniquitas: iuſtus & ſanctus dominus. Oratio.

DEus qui nobis ꝑ prophetarum ora præcepiſti tẽporalia relinquere atq; ad æterna feſtinare: da famulis tuis, vt quæ à te iuſſa cognouimus: implere cæleſti inſpiratione valeamus. Per dominum noſtrum.

¶Lectio.iij. Eſaiæ.iiij. Capite.

APprehendẽt ſeptem mulieres virum vnũ in die illa dicentes. Panem noſtrũ comedemus: & veſtimentis noſtris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos: aufer opprobrium noſtrũ. In die illa erit germen domini in magnificẽtia & gloria:& fructus terræ ſublimis: & exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit. Omnis qui relictus fuerit in Sion: & reſiduus in Ieruſalẽ: ſanctus vocabit᷑: omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalem. Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion: & ſanguinẽ Ieruſalem lauerit de medio ei⁹: in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Et creauit dominus ſuper omnẽ locũ mõtis Sion: & vbi inuocatus eſt: nubem per diem & fumum: & ſplẽdorem ignis flãmãtis in nocte. Super omnẽ enim gloriã protectio:& tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu: & in ſecuritatem & in abſcõſionem: à turbine & à pluuia. Tractus. Vinea facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. ℣. Et maceria circundedit & circũ fodit:& plãtauit vineã Sorech: & ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea eṁdñi ſabbaoth domus Iſrael eſt. Orõ.

DEus qui nos ad celebrandũ feſtiuitatem doni ſancti

cti ſpiritus vtriuſq; teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiam tuam, vt ex perceptione præſentiũ munerum: firma ſit expectatio futurorum. Per dominũ. eiuſdẽ.

¶ Lectio .iiij. Baruc. iij. Capite.

AVdi Iſrael mãdata vitæ: auribus percipe verba mea: vt ſcias prudẽtiam. Quid eſt Iſrael quòd in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum his qui in inferno ſunt: dereliquiſti fontem ſapiẽtiæ? Nam ſi in via dei ambulaſſes: habitaſſes vtiq; in pace ſuper terram. Diſce vbi ſit ſapientia: vbi ſit virtus: vbi ſit prudentia: vt ſcias ſimul vbi ſit longitudo vitę & victus, vbi ſit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum eius: & quis introiuit in theſauros eius? Vbi ſunt principes gentium: & qui dominantur ſuper beſtias quæ ſunt ſuper terram? Qui in auibus cæli ludunt: qui argentum theſaurizant: & aurũ in quo cõfidunt homines: & nõ eſt finis poſſeſsionis eorum? Qui argentum fabricant & ſoliciti ſunt: & non eſt inuentio operum illorum. Et tamen exterminati ſunt: & ad inferos deſcẽderũt: & alij in locum eorum reſurrexerũt. Iuuenes viderunt lumẽ: & habitauerunt ſuper terram. Viam autem diſciplinæ neſcierunt: nec intellexerunt ſemitas eius: nec ſuſceperunt eam filij eorum. A facie illorum longè facta eſt. Nõ eſt audita in Chanaan: nec viſa eſt in Theman. Filij quoq; Agar qui exquiſierunt prudentiam quæ de terra eſt: negociatores terræ & Themã: & fabulatores & exquiſitores prudentiæ & intelligentię. Viam autẽ ſapiẽtiæ neſcierũt: neque meminerunt ſemitarũ eius. O Iſrael: quàm magna eſt domus dei: & ingẽs locus poſſeſsionis eius. Magnus & nõ habet conſummationem: excelſus & immenſus. Ibi fuerũt gigantes nominati: illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna: ſciẽtes bella. Non hos elegit dominus: neq; viã diſciplinæ inuenerũt: propterea perierũt. Et quoniam nõ habuerunt ſapientiã: interie-

interierunt propter ſuam inſipientiam. Quis aſcendit in cælos:& accepit eam & eduxit de nubibus? Quis trāſfretauit mare & inuenit eam: & attulit eā ſuper aurum electum? Non eſt qui ſciat viam eius: neq; qui ex cogitet ſemitas ei⁹. Sed qui ſcit vniuerſa nouit illam:& adinuenit eam prudentia ſua. Qui perfecit terram in ſempiterno tempore:& adimpleuit eam pecudibus. Vocauit eam: & audiuit eum in tremore. Stellæ autem dederūt lumē in cuſtodijs ſuis: & lætatæ ſunt. Vocatæ ſunt: & dixerunt. Adſumus. Et luxerūt ei cum iucunditate: qui fecit illas. Hic eſt deus noſter: & non æſtimabitur alius ad illum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ:& dedit illam Iacob puero ſuo:& Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc ſuper terrā viſus eſt: & cū hominib⁹ cōuerſatus eſt. Orō.

Deus incommutabilis virtus & lumen æternum: reſpice propitius ad totius eccleſiæ tuæ mirabile ſacramentum, & da famulis tuis: vt hoc quod deuotè agimus, etiam rectitudine vitæ teneamus. Per dominum noſtrum. Tractus.

Sicut ceruus deſyderat ad fontes aquarum: ita deſyderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciē dei mei? ℣. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi per ſingulos dies: vbi eſt deus tuus? Oratio.

Concede queſum⁹ omnipotens deus: vt qui ſolennitatem doni ſancti ſpiritus colimus: cæleſtibus deſyderijs accenſi: fontē vitæ ſitiamus. Dominū noſtrū. eiuſdē ſpiritus.

¶ Dictis lectionibus & orationibus: ſacerdos reuertitur ad ſacrariū caſulam & ſtolā depoſiturus: inde reuertitur in chorū: pòſt ambo cantores litaniā incipiunt: & cùm in ea dicetur. Omnes ſancti. ſacerdos ad ſe reueſtiendum in ſacrariū redit. Finita litania: ambo cātores alta voce tribus vicibus dicunt. Accendite. & pòſt incipiunt miſſam in Kyrie eleyſon. & ſacerdos ingreditur ad altare cū miniſtris. Factaq; orōne & cōfeſſione

ſione ac dicto Kyrie eleiſon. ix ſacerdos incipit Gloria in excelſis deo. Hic dicitur Dominus vobiſcum. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt claritatis tuæ ſuper nos ſplēdor effulgeat: & lux tuæ lucis corda eorum qui per gratiam tuam renati ſunt: ſancti ſpiritus illuſtratione cōfirmet. Per dominum. eiuſdē.

¶ Lectio Actuū apoſto. c. xix.

IN diebus illis: Factum eſt cū Apollo eſſet Corinthi: vt Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum: & inueniret quoſdam diſcipulos: dixitque ad eos. Si ſpiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed nec ſi ſpiritus ſanctus eſt audiuimus. Ille verò ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt. In Ioānis baptiſmate. Dixit autem Paulus. Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populum: dicens in eum qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederēt: hoc eſt in Ieſum. His auditis: baptizati ſunt in nomine domini Ieſu. Et cùm impoſuiſſet manus illis Paulus: venit ſpiritus ſanctus ſuper eos: & loquebantur linguis & prophetabant. Erát autem omnes viri: ferè duodecim. Introgreſſus autem Paulus ſynagogam: cum fiducia loquebatur per tres menſes: diſputans & ſuadens: de regno dei. Hoc Alleluia. bis dicatur ante verſum: & pòſt non repetatur. Alleluia. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Tractus. Laudate dominum omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

¶ Euangelium ſecundùm Ioānem. Capite. xiiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me: mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem: & alium paracletum dabit vobis: vt maneat vobiſcū in æternū: ſpiritum veritatis quē mundus non poteſt accipere: quia nō videt eum neque ſcit eū. Vos autem cognoſcetis eū: quia apud vos manebit: & in vobis erit.

Non

Nõ relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicũ:& mundus me iam non videt. Vos autẽ videtis me: quia ego viuo & vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis quia ego ſum in patre meo:& vos in me: & ego in vobis. Qui habet mãdata mea & ſeruat ea: ille eſt q diligit me: qui autẽ diligit me: diligetur à patre meo. Et ego diligam eum: & manifeſtabo ei meipſum. Offert. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur:& renouabis faciem terræ. Sit gloria dñi in ſeculum, alleluia. Sacra.

MVnera dñe quæſumus oblata ſanctifica:& corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dñm. eiuſd. Pręfatio. Qui aſcẽdẽs. fo. cxlij. Cõmunicãtes. fol. cxlij. Infra actio. Hanc igitur. fol. cxlij. Cõmunio. Vltimo feſtiuitatis dicebat Ieſus. Qui in me credit: flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu: quẽ accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia. Poſt cõmunio.

SAncti ſpiritus dñe corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fœcundet. Per dominum.

In die ſancto Pentecoſtes.

¶ Ad miſſam maiorem. Statio ad ſanctum Petrum. Officiũ.



SPiritus domini repleuit orbem terrarũ, alleluia: & hoc quod cõtinet omnia: ſciẽtiam habet vobis, alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis: a tẽplo tuo qđ eſt in Ieruſalem: tibi offerẽt reges munera. ℣. Exurgat Deus & diſsipentur inimici eius: & fugiãt qui oderunt eũ a facie eius. Oratio.

DEus qui hodierna die corda fideliũ ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eo-

in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per dominũ. eiuſdem. ¶ Lectio Actuum apoſtolorum. Capite. ij.

CVm complerentur dies Pentecoſtes: erãt omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Et factus eſt repentè de cælo ſonus: tanquam aduenientis ſpiritus vehementis: & repleuit totam domum vbi erãt ſedentes. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis: ſeditq; ſupra ſingulos eorũ. Et repleti ſunt oẽs ſpũ ſancto: & cœperunt loqui varijs linguis: prout ſpũs ſanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi viri religioſi: ex omni natiõe quę ſub cælo eſt. Facta autẽ hac voce: conuenit multitudo: & mẽte confuſa eſt: quoniam audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquentes. Stupebãt autem omnes: & mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes iſti qui loquuntur: Galilæi ſunt? Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſq; linguam noſtrã: in qua nati ſumus? Parthi & Medi & Elamitæ: & qui habitant Meſopotamiam: Iudæam & Cappadociam: Põthum & Aſiam: Phrygiam & Pamphiliã. Egyptũ & partes Libyæ quæ eſt circa Cyrenem: & aduenę Romani. Iudæi quoque & proſelyti: Cretes & Arabes. Audiuimus eos loquentes noſtris linguis: magnalia dei. Alleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia dei, alleluia. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuorũ corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende, allꝉa. ¶ Euangelium ſecundùm Ioãnẽ. c. xiiij.



IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Siqs diligit me: ſermonem meum ſeruabit. Et pater meus diliget eũ & ad eum veniemus: & mãſionem apud eum faciemus. Qui nõ diligit me: ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quẽ audiſtis non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris. Hæc locutus ſum vobis: apud vos manens.

nens. Paracletus autẽ ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: & ſuggeret vobis omnia: quæcunq; dixero vobis: Pacem relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Non quomodo mũdus dat: ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum: neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtique quia vado ad patrem: quia pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſquam fiat: vt cũ factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiſcum: venit enim princeps mũdi huius: & in me non habet quicquã. Sed vt cognoſcat mundus: quia diligo patrem. Et ſicut mandatũ dedit mihi pater: ſic facio. Credo. Offerto. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis: à tẽplo tuo quod eſt in Ieruſalem: tibi offerent reges munera, allʾa. Sacra.

MVnera quæſumus dñe oblata ſanctifica: & corda nr̃a ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum noſtrum. eiuſdem. Præfatio.

AEterne deus: per Chriſtũ dñm noſtrum. Qui aſcẽdens ſuper oẽs cælos: ſedenſq; ad dexterã tuã: promiſſum ſpiritum ſanctũ: hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarũ mundus exultat: ſed & ſupernæ virtutes atq; angelicæ poteſtates: hymnum gloriæ tuæ concinũt: ſine fine dicentes. Infra actionem.

COmmunicãtes & diem ſacratiſsimum pentecoſtes celebrantes: quo ſpiritus ſanctus apoſtolis in varijs linguis apparuit. Sed & memoriam. Infra actionem.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ: ſed & cunctæ familiæ tuæ quã tibi offerimus, pro his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua & ſpiritu ſancto: tribuens eis remiſsionẽ omniũ peccatorum. Quæſumus dñe. Cõmunicantes. & Hanc igitur dicũtur quatuor prioribus diebus tantùm. Præfatio verò per totã hebdomadã. & idẽ obſeruãdũ in miſſis matutinalibꝰ. Cõ. Factus eſt

repentè

repentè de cælo ſonus:aduenientis ſpiritus vehementis vbi erant ſedentes alleluia: & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto loquẽtes magnalia dei alleluia. Poſt cõmunio.

SAncti ſpiritus dñe corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fœcundet.Per.eiuſdem.

¶ Feria.ij.In miſſa matu. Allā. & offer.erunt iſta quæ ſequuntur. Alleluia. ℣. Dum complerẽtur dies pentecoſtes: erant omnes pariter dicentes alleluia. Offerto. Cantate dño pſalmum dicite nomini eius:iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum:dñs nomen illi allā.

¶ Ad miſſam maiorem. Statio ad ſanctum Petrum ad vincula. Officium.

CIbauit eos ex adipe frumenti allā, & de petra melle ſaturaui eos alleluia,allā, allā. ℣. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo Iacob. Oratio.

DEus q apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpiritũ: cõcede plebi tuæ piæ deuotionis effectum, vt quibus dediſti fidem: largiaris & pacẽ.Qui viuis.eiuſdem ſpiritus. ¶ Lectio Actuum apoſtolorum.Cap.x.

IN diebus illis: Aperiens Petrus os ſuũ dixit. Viri fratres & patres: nobis præcepit dñs prędicare populo & teſtificari: quia ipſe eſt qui cõſtitutus eſt à deo: iudex viuorũ & mortuorũ.Huic oẽs prophetæ teſtimoniũ perhibent: remiſsionẽ peccatorũ accipere per nomẽ eiꝰ: omnes qui credũt in eum. Adhuc loquẽte Petro verba hæc: cecidit ſpũs ſanctus ſuper oẽs qui audiebant verbũ. Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles qui venerant cũ Petro:quia & in nationes gr̃a ſpiritus ſancti effuſa eſt. Audiebãt enim illos loquẽtes linguis: & magnificantes deũ. Tunc reſpõdens Petrus dixit. Nunquid aquam quis prohibere poteſt: vt non baptizentur hi: qui ſpiritũ ſanctum acceperũt ſicut & nos? Et iuſsit eos baptizari:in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Alleluia. ℣. Ego rogabo patrem: & alium paracletũ dabit vobis. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus:reple tuorum corda fideliũ:& tui amoris in

in eis ignem accende.¶ Euangelium ſecundùm Ioánem. c.iij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Sic deus dilexit mũdum: vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eũ non pereat: ſed habeat vitam æternã. Non enim miſit deus filiũ ſuũ in mundum vt iudicet mũdũ: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum: non iudicatur. Qui autem nõ credit: iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ. Erant enim eorũ mala opera. Omnis enim qui malè agit: odit lucẽ: & non venit ad lucem: vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucẽ: vt manifeſtentur opera eius: quia in deo ſunt facta. Offert. Spiritus dñi repleuit orbem terrarũ: & hoc quod continet omnia: ſcientiam habet vocis, alleluia, alľa. Sacra.

PRopitius quęſumus domine hæc dona ſanctifica: & hoſtiæ ſpiritualis oblatione ſuſcepta, noſmetipſos tibi perfice munus æternum. Per dominum. Cõmu. Spiritus ſanctus docebit vos alleluia: quæcũq; dixero vobis, alleluia, alľa. Poſt cõmu.

ADeſto dñe quęſumus populo tuo: & quẽ myſterijs cæleſtibus imbuiſti, ab hoſtium furore defende. Per.

¶ Feria tertia. In miſſa matuti. Alleluia. & Offe. erũt iſta quæ ſequũtur. Alleluia. ℣. Spiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia: ſcientiam habet vocis. Offert. In eccleſijs benedicite deo domino de fontibus Iſrael, alleluia. Ad miſſam maiorem. Statio ad ſanctam Anaſtaſiam. Officium.

ACcipite iucunditatẽ gloriæ veſtræ alľa: gratias agentes deo alleluia: qui vos ad cæleſtia regna vocauit alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Attendite popule meus legem meã: inclinate aurẽ veſtrã in verba oris mei. Oratio.

ADſit nobis domine quęſumus virtus ſpiritus ſancti: quæ & corda noſtra clemẽter

ter expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominũ. eiuſdem. ¶Lectio Actuum apoſtolorum. Capite.viij.

IN diebus illis: Cùm audiſsẽt apoſtoli qui erant Ieroſolymis: quia recepit Samaria verbum dei: miſerunt ad eos Petrũ & Ioannẽ. Qui cùm veniſſent: orauerũt pro ipſis: vt acciperẽt ſpiritum ſanctum. Nõdũ enim in quenquam illorum venerat: ſed baptizati tantũ erant in nomine dñi Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos: & accipiebant ſpiritũ ſanctum. Alľa. ℣. Factus eſt repẽtè de cælo ſonus: aduenientis ſpiritus vehementis. Alľa. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuorũ corda fidelium, & tui amoris in eis ignẽ accende. ¶Euangeliũ ſecundùm Ioannem. Capit.x.

IN illo tempore: Dixit dñs Ieſus turbis Iudęorum: & principibus ſacerdotũ. Amen amẽ dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouiũ: ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per oſtiũ: paſtor eſt ouiũ. Huic oſtiarius aperit: & oues vocem eius audiũt. Et proprias oues vocat nominatim: & educit eas. Et cũ proprias oues emiſerit: ante eas vadit: & oues eum ſequũtur: quia ſciũt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur: ſed fugiũt ab eo: quia non nouerunt vocẽ alienorum. Hoc prouerbiũ dixit eis Ieſus: illi autem non cognouerũt: quòd loqueretur eis. Dixit ergo eis Ieſus iterũ. Amẽ amen dico vobis: quia ego ſum oſtium ouiũ. Omnes quotquot venerũt fures ſunt & latrones: ſed non audierũt eos oues. Ego ſum oſtiũ. Per me ſiquis introierit ſaluabitur: & ingredietur & egredietur: & paſcua inueniet. Fur non venit niſi vt furetur: & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant: & abundantiùs habeant. Offerto. Intonuit de cęlo dominus: & altiſsimus dedit vocem ſuam: & apparuerunt fontes aquarum alleluia. Sacra.

PVrificet nos q̃s dñe muneris præſentis oblatio: & dignos ſacra participatione perficiat. Per. Cõmunio. Spiritus qui à patre procedit alleluia: ille me clarificabit, alľa, alľa. Poſt cõmunio.

M ẽ-

Mentes noſtras quęſumus dñe ſpiritus ſanctus diuinis reparet ſacramentis: quia ipſe eſt remiſsio omniũ peccatorum. Per dominum. eiuſdẽ.

¶ Feria.iiij.in quatuor temporibus. Ad miſſam de tertia officium Spiritus domini, fol. cxlj. cum omnibus ad ſe pertinentibus. Exceptis epl'a, All'a, & Euãgelio quæ ſequuntur. ¶ Lectio Actuum apoſtolorum. Cap.v.

In diebus illis: Per manus apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe: & erãt omnes vnanimiter in porticu Salomonis. Cæterorum autẽ: nemo audebat ſe cõiungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autẽ augebatur credẽtium in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eijcerẽt infirmos: & ponerẽt in lectulis & grabbatis: vt veniente Petro: ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum: & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autem & multitudo vicinarũ ciuitatum Ieruſalem: affe rentes ægros & vexatos à ſpiritibus immundis: qui curabãtur omnes. Alleluia. ℣. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: & cœperunt loqui magnalia dei. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignẽ accende. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite.vj.

In illo tempore: Dixit dñs Ieſus turbis Iudęorum. Nemo poteſt ad me venire: niſi pater qui miſit me: traxerit eũ. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Eſt ſcriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquam: niſi is qui eſt à deo: hic vidit patrẽ. Amen amen dico vobis: qui credit in me: habet vitã ęternã. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto: & mortui ſunt. Hic eſt panis de cęlo deſcendens: vt ſiquis ex ipſo manducauerit: non moriatur. Ego ſum panis viuus: qui de cælo deſcendi. Siquis manducauerit ex hoc pane: viuet in æternum. Et panis quem ego dabo: caro mea eſt pro mundi vita.

¶ Ad

¶ Ad miſſam de ieiunio. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Officium.

DEus dum egredereris corā populo tuo alleluia: iter faciens eis alleluia: habitans in illis alleluia, alleluia. ℣. Exurgat deus & diſſipētur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum â facie eius. Ad primam collectam dicitur Dn̄s vobiſcum. & ad ſecundam. Oremus. Oratio.

MEntes noſtras quæſum⁹ dn̄e ſpiritus paracletus qui à te procedit illuminet: & inducat in omnem ſicut promiſit filius tuus veritatem. Qui tecum. eiuſdem. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Capite. j.

IN diebus illis: Dixit Salomon filijs Iſrael. Diligite iuſtitiam: qui iudicatis terrā. Sentite de domino in bonitate: & in ſimplicitate cordis quærite illum. Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habēt in illum. Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à deo: probata autem virtus: corripit inſipientes. Quoniam in maliuolam animam non introibit ſapientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum: & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu: & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ: & non liberabit maledicū à labijs ſuis quoniam renū illius teſtis eſt de⁹: & cordis eius ſcrutator eſt verus: & linguæ illius auditor. Quoniam ſpiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia: ſcientiā habet vobis. Alleluia. ℣. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt ſpiritus ſanctus adueniens, templum nos gratiæ ſuæ habitando dignanter perficiat. Per dn̄m. eiuſdē.

¶ Lectio Eſaię prophe. c. xliiij.

HÆc dicit dominus deus. Audi Iacob ſerue meus, & Iſrael quē elegi. Faciens & formans te: ab vtero auxiliator tuus. Quia ego ſum qui deleo ini-

iniquitates tuas propter me: & peccatorum tuorum nõ recor dabor. Reduc me in memoriã: vt iudicemur ſimul. Narra ſi quid habes: vt iuſtificeris. Noli timere ſerue meus Iacob: & re ctiſsime quem elegi. Effundã enim aquas ſuper herbã ſitien- tem: & fluenta ſuper aridam. Effundã de ſpiritu meo ſuper ſemen tuum: & benedictionẽ meam ſuper generationẽ tuã. Dicit dñs: omnipotens. Alleluia. ℣. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: & cœperunt loqui magnalia dei. ¶ Euãgelium ſecundùm Lucam. Capite.ix.

In illo tempore: Accedẽtes diſcipuli ad dominũ Ieſum dixerũt illi. Dimitte turbas: vt euntes in caſtella villaſq; quæ circa ſunt: diuertãt & inueniãt eſcas: quia hîc in loco deſerto ſumus. Ait autem ad illos. Vos date illis manducare. At illi dixerũt. Non ſunt nobis pluſquã quinq; panes & duo piſces: niſi fortè nos eamus & emamus in hanc omnem turbam eſcas. Erant autẽ viri: ferè quinq; millia. Ait autẽ ad diſcipulos ſuos. Facite illos diſcũbere per conuiuia: quinquagenos. Et ita fecerunt. Et diſcubuerũt omnes. Acceptis autem Ieſus quinq; panibus & duobus piſcibus: reſpexit in cælũ: & benedixit illis. Et fregit: & diſtribuit diſcipulis ſuis: vt ponerent ante turbas. Et manducauerũt omnes: & ſaturati ſunt. Offerto. Portas cæli aperuit dominus: & pluit illis manna vt ederent: panem cæli dedit illis: panem angelorum manducauit homo alleluia. Sacra.

Accipe dñe quæſum⁹ munus oblatum & dignanter operare: vt quod myſterijs agimus, pijs affectibus celebremus. Per dominũ. Pręfatio propria. Communio. Pacem meam do vobis alleluia: pacem relinquo vobis alleluia alleluia. Poſt cõm.

Svmentes domine cęleſtia ſacramenta quæſumus clementiam tuã: vt quod temporaliter gerimus, ęternis gaudijs conſequamur. Per dominum.

¶ Feria.v. In miſſa matu. Alleluia. & offer. erunt iſta quæ ſequuntur. Alleluia. ℣. Loquebãtur. Offerto. Regna terræ canta-

tate deo: pſallite dño: qui aſcendit ſuper cælos cælorum ad orientem alleluia. ¶ Ad miſſam maioré. Officiũ. Spiritus domini. fo. cxlj. cum omnibus ad ſe pertinentibus. Exceptis his quæ hic ponuntur. ¶ Lectio Actuũ apoſtolorum. Capite.viij.

IN diebus illis: Philippus deſcendens in ciuitatem Samariæ: prædicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur: vnanimiter audiẽtes: & videntes ſigna quę faciebat. Multi enim eorum qui habebãt ſpiritus immundos: clamãtes voce magna exibant. Multi enim paralytici & claudi: curati ſunt. Factum eſt ergo magnũ gaudium: in illa ciuitate. Alleluia. ℣. Paracletus ſpiritus ſanctus quẽ mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnẽ veritatẽ. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus. fol. cxlj. ¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.ix.

IN illo tempore: Conuocatis dñs Ieſus duodecim apoſtolis: dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia: & vt languores curarẽt. Et miſit illos prędicare regnũ dei: & ſanare infirmos: & ait ad illos. Nihil tuleritis in via: nec virgã neq; peram: nec pecuniã nec panẽ: nec duas tunicas habeatis. Et in quãcũq; domum intraueritis: ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicunq; non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa: etiã puluerem pedum veſtrorum excutite: in teſtimoniũ ſuper illos. Egreſsi auté circuibant per caſtella: euangelizantes & curantes vbiq;. Cætera ſicut in die.

¶ Feria ſexta in quatuor tẽporibus. Ad miſſam de tertia. Officium. Spiritus domini. ℣. Exurgat deus. fol. cxlj. cætera dicantur ſicut in die. Exceptis his quæ hic ponuntur. ¶ Lectio Actuum apoſtolorũ. Capit.ij.

IN diebus illis: Aperiens Petrus os ſuũ dixit. Viri Iſraelitæ: & qui timetis deum audite verba hæc. Ieſum Nazarenum virum approbatũ à deo: in vobis virtutibus & prodigijs & ſignis quę fecit per illum deus in medio vñi: ſicut vos ſcitis. Hũc

defini-

definito conſilio & præſciētia dei: traditũ per manus impiorũ: affigétes interemiſtis. Quē deus ſuſcitauit ſolutis dolorib⁹ inferni: iuxta quod impoſsibile erat teneri illũ ab eo: Dauid enim dicit in eum. Prouidebã dñm corã me ſemper: quoniã à dextris eſt mihi ne commouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum: & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe: quoniã non derelinques animam meã in inferno: nec dabis ſanctum tuũ videre corruptionē. Notas mihi feciſti vias vitæ: replebis me iucunditate: cũ facie tua. Alleluia. ℣. Emitte ſpiritũ. Alleluia. ℣. Veni ſancte. fo. cxlj. ¶ Euangelium ſecũdùm Lucam. c. v.

IN illo tẽpore: Factum eſt in vna dierum: & dñs Ieſus ſedebat docens. Et erãt phariſæi ſedentes & legis doctores: qui venerant ex omni caſtello Galileæ & Iudeæ & Ieruſalem: & virtus erat domini ad ſanandũ eos. Et ecce viri portantes in lecto hominē qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre: & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illũ inferrent præ turba: aſcenderunt ſupra tectum: & per tegulas ſummiſerunt eũ cũ lecto: in mediũ ante Ieſum. Quorũ fidem vt vidit dixit. Homo: remittũtur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare ſcribę: & phariſæi dicentes. Quis eſt hic: qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata: niſi ſolus de⁹? Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum: reſpondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius: dicere dimittuntur tibi peccata tua: an dicere ſurge & ambula? Vt autem ſciatis quia filius hominis poteſtatē habet in terra dimittendi peccata: ait paralytico. Tibi dico ſurge: tolle lectum tuum: & vade in domũ tuam. Et cõfeſtim ſurgens coram illis: tulit lectũ in quo iacebat: & abijt in domum ſuã magnificans deum. Et ſtupor apprehendit omnes: & magnificabant deum. Et repleti ſunt timore dicẽtes: quia vidimus mirabilia hodie.

¶ Cætera dicantur ſicut in die. Ad miſſam de Nona. Statio ad ſanctos.xij.apoſtolos. Officiũ.

R Epleatur os meum laude tua alleluia: vt poſsim cantare all'a. Gaudebũt labia mea dum cantauero tibi, alleluia, all'a. ℣. In te domine ſperaui non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me & eripe me. Oratio.

D A queſumus eccleſię tuę miſericors deus: vt ſancto ſpiritu congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Per.eiuſdem. ¶ Lectio Iohelis prophetæ. Capite.ij.

H Æc dicit dñs deus. Exultate filiæ Sion: & lætamini in dño deo veſtro: quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ: & deſcẽdere faciet ad vos imbrẽ matutinum: & ſerotinum ſicut in principio. Et implebunt hor rea veſtra frumento: & redũdabunt torcularia veſtra vino & oleo. Et comedetis veſcẽtes & ſaturabimini: & laudabitis nomen domini dei veſtri: qui fecit vobiſcum mirabilia. Et non confundetur populus meus in ſempiternum: & ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum. Ego dominus deus veſter: non eſt amplius: & non confundetur populus meus in ſempiternũ. Dicit dñs omnipotens. Alleluia. ℣. Spiritus vbi vult ſpirat: & vocem eius audis: & neſcis vnde veniat: aut quò vadat. ¶ Euãgelium ſecundùm Lucam. Capit.viij.

I N illo tẽpore: Venit ad dominũ Ieſum vir cui nomen Iayrus: & ipſe princeps ſynagogę erat. Et cecidit ad pedes domini Ieſu: rogans eum vt intraret in domum eius: quia vnica filia erat illi ferè annorum duodecim: & hæc moriebatur. Et contigit dum iret: à turba comprimebatur. Et mulier quædã erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim: quæ in medicis erogauerat omnẽ ſubſtãtiam ſuam: nec ab vllo potuit curari. Acceſsit retro: & tetigit fimbriam veſtimẽti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis ei'. Et ait Ieſus. Quis eſt qui me tetigit? Negãtibus aũt omnibus: dixit Petrus & qui cũ illo erãt. Præceptor: turbæ te cõprimũt

&

& affligunt:& dicis quis me te tigit? Et dixit Ieſus. Tetigit me aliquis: nã & ego noui virtutẽ de me exiſſe. Videns autẽ mulier quia nõ latuit: tremens venit & ꝓcidit ante pedes illius: & ob quã cauſam tetigerit eũ: indicauit corã omni populo: & quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit illi. Filia: fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. Adhuc illo loquente: venit quidam ad principem ſynagogæ dicẽs illi. Quia mortua eſt filia tua: noli vexare illum. Ieſus autẽ audito hoc verbo: reſpondit patri puellę. Noli timere: crede tãtùm & ſalua erit. Et cùm veniſſet ad domũ: non permiſit intrare ſecũ quẽquam: niſi Petrum & Iacobum & Ioannem: & patrem & matrem puellæ. Flebant autem omnes: & plangebant illam. At ille dixit. Nolite flere: non eſt enim puella mortua: ſed dormit. Et deridebant eum: ſcientes quia mortua eſſet. Ipſe autẽ tenens manum eius clamauit dicens. Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius: & ſurrexit continuò. Et iuſsit illi dari mãducare. Et ſtupuerunt parẽtes eius. Quibus pręcepit: ne alicui dicerent quod factum fuerat.

Offerto. Erit vobis hic dies memorialis alleluia: & diem feſtum celebrabitis ſolennem domino in progenijs veſtris: legitimum ſempiternum diem alleluia, alleluia, alleluia. Sacra.

SAcrificia domine tuis oblata conſpectibus: ignis ille diuinus aſſumat, qui diſcipulorum Chriſti tui per ſpiritum ſanctũ corda ſuccendit. Per eũ. eiuſ. Cõm. Spiritus vbi vult ſpirat: & vocẽ eius audis alleluia: & neſcis vnde veniat: aut quò vadat alleluia, alleluia, alleluia. Poſt cõm.

SVmpſimus domine dona ſacri myſterij humiliter deprecantes: vt quæ in tui cõmemorationem nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctum Petrum. Ad miſſam de Tertia. Officium. Spiritus dñi. fol. cxlj. ℣. Exurgat deus. cum omnibus ad ſe pertinentibus. Exceptis his quæ hic ponuntur.

¶ Lectio Actuũ apoſto. c.xiij.

IN diebus illis: Cõuenit vniuerſa ciuitas: audire verbũ domini. Vidẽtes autem turbas Iudæi: repleti ſunt zelo: & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur blaſphemãtes. Tunc cõſtanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primùm loqui verbũ dei: ſed quoniã repuliſtis illud & indignos vos iudicaſtis æternę vitę: ecce cõuertimur ad gẽtes: ſic enim pręcepit nobis dominus. Poſui te in lucem gentibus: vt ſis in ſalutem vſq; ad extremum terrę. Audientes autem gentes gauiſæ ſunt: & glorificabãt verbum domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitã æternam. Diſſeminabatur autem verbum domini: per vniuerſam regionem. Iudæi autẽ concitauerunt religioſas mulieres & honeſtas & primos ciuitatis: & excitauerunt perſecutionem in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus ſuis. Et illi excuſſo puluere pedũ in eos: venerunt Iconiũ. Diſcipuli quoque: replebãtur gaudio & ſpiritu ſancto. Alleluia. ℣. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris: per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignẽ accẽde, all'a. ¶ Euãgelium ſecundùm Lucam. c.iiij.

IN illo tẽpore: Surgens dominus Ieſus de ſynagoga: introiuit in domũ Simonis. Socrus autẽ Simonis: tenebatur magnis febribus: & rogauerũt eum pro ea. Et ſtans ſuper illã imperauit febri: & dimiſit illã: & continuò ſurgens miniſtrabat illis. Cùm ſol autẽ occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebãt illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicẽtia: quia tu es filius dei. Et increpãs non ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die: egreſſus ibat in deſertum locũ: & turbæ requirebant eũ. Et venerunt vſq; ad ipſum: & detinebant illum ne diſcederet ab eis: quib' ille ait.

Quia & alijs ciuitatibus:oportet me euãgelizare regnũ dei. Cætera omnia ſicut in die pẽtecoſtes. Poſt Sextã dicatur miſſa de ieiunio cantata. Officiũ.

CHaritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris alleluia: per inhabitãtem ſpiritum eius in nobis alleluia, alleluia. ℣. Dñe deus ſalutis meæ:in die clamaui & nocte coram te. ¶ Ad iſtam primam collectam non dicatur Dominus vobiſcũ. ſed tantùm Oremus. ſimiliter neque ante alias, excepta vltima. Orõ.

MEntibus noſtris dñe ſpiritum ſanctũ benignus infunde: vt tibi ſimus ſemper deuoti:cuius ſapientia conditi ſumus:& prouidẽtia gubernamur. Per. eiuſdem. ¶ Lectio Iohelis prophetæ. Capite.ij.

HÆc dicit dominus deus. Effundã de ſpiritu meo ſuper omnem carnem:& prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabũt: & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas meas: in dieb⁹ illis effundã de ſpũ meo: & prophetabũt. Et dabo prodigia in cælo ſurſum: & ſigna in terra deorſum: ſanguinem & ignẽ & vaporẽ fumi. Sol cõuertet̃ in tenebras: & luna in ſanguinẽ: antequã veniat dies dñi magnus & horribilis. Et erit. Omnis quicunq; inuocauerit nomẽ dñi:ſaluus erit. Hoc Alleluia. bis dicatur ante verſum: & poſt verſum non repetatur iterum. Alleluia. ℣. Spiritus vbi vult ſpirat:& vocem eius audis alleluia: & neſcis vnde veniat: aut quò vadat alla, alla, alla. Oratio.

ILlo nos igne q̃s dñe ſpiritus ſanctus inflãmet:quem dñs noſter Ieſus Chriſtus miſit in terrã,& voluit vehementer accendi. Qui te. eiuſd. ¶ Lectio libri Leuitici. Capite.xxiij.

IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſen dicẽs. Loquere filijs Iſrael:& dices ad eos. Cùm ingreſſi fueritis terrã quam ego dabo vobis:& meſſueritis ſegetem: feretis manipulos ſpicarũ: primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. Qui eleuabit faſciculũ corã domino

vt acceptabilis ſit pro vobis altera die ſabbati:& ſanctificabit illũ. Numerabitis ergo ab ipſo die:in quo obtuliſtis manipulos primitiarũ ſeptẽ hebdomadas plenas: vſq; ad alterã diem expletionis hebdomadę ſeptimę:& ſic offeretis ſacrificiũ nouum dño: ex omnibus habitaculis veſtris. Panes primitiarũ duos de duabus decimis ſimilę fermẽtatę:quos eleuabit ſacerdos corã dño:& vocabitis hũc die celeberrimũ atq; ſanctiſsimum. Omne opus ſeruile non facietis in eo: legitimũ ſempiternum erit in cunctis habitaculis & generationibus vr̃is:ait dñs omnipotens. Allĩa. ℣. Spiritus dei ornauit cælos. Oratio.

DEus qui ad animarũ medelã ieiunij tui deuotione caſtigari corpora præcepiſti:concede nobis propitius,& mẽte & corpore tibi ſemper eſſe ſubiectos. Per dñm. ¶ Lectio libri Deuterono. Capite. xxvj.

IN diebus illis: Dixit Moyſes. Audi Iſrael:quæ ego pręcipio tibi hodie. Cùm intraueris terrã quam dñs deus tuus tibi daturus eſt poſsidendam:& obtinueris eam atq; habitaueris in illa:tolles de cũctis frugibus tuis primitias: & pones in cartallo. Pergeſq; ad locũ quẽ dominus deus tuus elegerit:vt ibi inuocetur nomen eius: accedeſq; ad ſacerdotem qui fuerit in diebus illis:& dices ad eũ. Profiteor hodie corã domino deo tuo: qui exaudiuit nos:& reſpexit humilitatem noſtram & laborem atq; anguſtiam:& eduxit nos de Ægypto in manu forti & brachio extenſo: in ingẽti pauore: in ſignis atq; portẽtis: & introduxit ad locũ iſtum:& tradidit nobis terram lacte & melle manantẽ. Et idcirco nunc offero primitias frugum terrę:quã dñs dedit mihi. Et dimittes eas in cõſpectu dñi dei tui:& adorato domino deo tuo:epulaberis in omnibus bonis: quæ dñs deus tuus dederit tibi. Allĩa. ℣. Spiritus qui à patre procedit:ille me clarificabit. Orõ.

PRæſta quęſumus omnipotens deus:vt ſalutaribus ieiunijs eruditi,ab omnibus etiã vitiis liberati: propitiationem tuam

tuam faciliùs impetremus. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio libri Leuiti. Cap. xxvj

IN diebus illis: Dixit dominus ad Moyſen. Si in præceptis meis ambulaueritis: & mãdata mea cuſtodieritis & feceritis ea: dabo vobis pluuias tẽporibus ſuis. Et terra gignet germen ſuũ: & pomis arbores replebũtur. Apprehẽdet meſsiũ tritura vindemiam: & vindemia occupabit ſementem. Et comedetis panem veſtrum in ſaturitate: & abſq; pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacẽ in finibus veſtris: dormietis & nõ erit qui exterreat. Auferã malas beſtias à vobis: & gladius nõ tranſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros: & corruẽt corã vobis. Perſequentur quinq; de vobis centum alienos: & centũ ex vobis decem millia. Cadẽt inimici veſtri in conſpectu vr̃o gladio: reſpiciam vos & creſcere faciam: multiplicabimini & firmabo pactũ meũ vobiſcũ. Et comedetis vetuſtiſsima veterũ: & vetera nouis ſuperueniẽtib⁹ proijcietis. Ponã tabernaculũ in medio veſtri: & nõ abijciet vos vltrà anima mea. Ambulabo inter vos & ero veſter deus: voſq; eritis populus meus. Dicit dominus: omnipotens. Alleluia. ℣. Spiritus eſt deus: & eos qui adorant eum: in ſpiritu & veritate oportet adorare. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotẽs deus: ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere, vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio Danielis prophe. c. iij

IN diebus illis: Angelus dñi deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacem: & excuſſit flãmam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis: quaſi ventum roris flantem. Flãma autẽ diffuſa eſt ſuper fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & incendit quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldæis miniſtros regis: qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis neque contriſtauit: neque quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore hymnũ dicebant: & magnificabant

deum in fornace dicentes. Benedictus es domine deus patrum noſtrorum: & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Et benedictum nomẽ glorię tuæ ſanctum: & laudabile & ſuper exaltatum in omnibus ſeculis. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ: & laudabilis & ſuper glorioſus in ſecula. Benedictus es in throno regni tui: & ſuper laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos: & ſedes ſuper cherubin: & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula.

¶ Benedictiones.

Benedictus es domine deus patrũ noſtrorum. ℣ Et laudabilis. Et glorioſus in ſecula. ℣ Et benedictum nomen gloriæ tuæ: quod eſt ſanctum. ℟ Et laudabilis. ℣ Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ. ℟ Et glorioſus. ℣ Benedictus es qui ſedes ſuper thronum deitatis tuæ. ℟ Et laudabilis. ℣ Benedictus es qui ſedes ſuper ſedem ſanctam diuinitatis tuæ. ℟ Et glorioſus. ℣ Benedictus es qui ſedes ſuper ſceptrum regni tui. ℟ Et laudabilis. ℣ Benedictus es qui ſedes ſuper cherubin intuens abyſſos. ℟ Et glorioſus. ℣ Benedicant te omnes angeli & ſancti tui. ℟ Et laudabilis. ℣ Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventorum: & ſuper vndas maris. ℟ Et glorioſus. ℣ Benedicant te cæli & terrę: mare & omnia quæ in eis ſunt. ℟ Et laudabilis. ℣ Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorũ. Amen. ℟ Et glorioſus. ℣ Benedictus es dñe deus patrũ noſtrorũ. Hic dicatur Dominus vobiſcum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas igniũ: cõcede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum.

¶ Ad Romanos. Capite. v.

Fratres: Iuſtificati ex fide: pacem habeamus ad deũ: per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Per quem & acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtã: in qua ſtamus: & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei. Non ſolùm autem: ſed & gloria-

gloriamur in tribulationibus: ſcientes quoniam tribulatio patientiam operatur. Patientia autem probationem: probatio verò ſpem. Spes autem non cõfundit: quia charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris. Per ſpiritum ſanctũ: qui datus eſt nobis. Tractus. Laudate dominum omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas dñi manet in ęternũ.

Euãge. ſecundũ Matthæ. c.xx.

IN illo tempore: Egrediente dño Ieſu à Ierico: ſecuta eſt eũ turba multa. Et ecce cæci ſedentes ſecus viã: audierũt quia Ieſus tranſiret: & clamauerunt dicentes. Dñe miſerere noſtri: fili Dauid. Turba autem increpabat eos: vt tacerẽt. At illi ma gis clamabant dicẽtes. Dñe miſerere noſtri: fili Dauid. Et ſtetit Ieſus & vocauit eos: & ait. Quid vultis: vt faciã vobis? Dicunt illi. Dñe: vt aperiãtur oculi noſtri. Miſertus autem eorũ Ieſus: tetigit oculos eorum. Et cõfeſtim viderũt: & ſecuti ſunt eum. Offerto. Benedictus qui venit in nomine dñi, benedixim⁹ vos de domo domini: deus dominus & illuxit nobis alleluia, alľa. Sacra.

VT accepta tibi ſint domine noſtra ieiunia: præſta nobis quæſumus huius munere ſacramẽti purificatũ tibi pectus offerre. Per. Cõ. Nõ vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum alleluia: & gaudebit cor veſtrum, alľa, alľa. Poſt cõmunio.

PRæbeant nobis dñe diuinũ tua ſancta feruorẽ: quo eorum pariter & actu delectemur & fructu. Per dominum.

¶In die ſanctiſsimę Trinitatis.

¶Ab hac dñica in qua feſtũ ſanctiſsimæ trinitatis celebratur, incipit numerus & ordo dñicarũ quæ numerãtur à feſto Pentecoſtes vſq; ad primã dñicam aduentus dñi. Placuit enim patribus, vt de cætero cõformaremur Romanæ eccleſiæ in numeratione harũ dñicarũ. Igitur dñica prę ſens, cõputabitur dñica prima poſt Pẽtecoſten, & in ea intelligẽda eſt intrare hiſto: Deus omniũ. & miſſa maturi. erit, quæ incipit Dñe in tua miſericordia. cũ omnib⁹ ad ſe pertinen-

tinētibus. Et dñica ſequens vocabitur Dominica.ij.poſt Pentecoſten. & ſic conſequēter vſque ad aduentū. Aduertēdum eſt autem, ꝙ ab hoc octa. die Pentecoſtes incluſiuè vſq; ad aduentum dñi, poſſunt occurrere vt plurimū dñicæ. xxviij. ſed quia officia dñicalia ſunt tā tùm. xxvj. Ideo quādo fuerint dñicæ.xxvij.ſumitur pro dominica.xxv.Epiſtola euāgelium & orationes dñicę.v.poſt octa. Epipha.cum officio Dicit dñs. quod poſterioribus illis dñicis poſt Pentecoſtē eſt cōmune,cū ad ſe pertinētibus, exceptis epiſtolis euangelijs & orationib⁹. Si verò dñicę fuerint.xxviij.tūc pro dñica.xxv. ſumetur euāgeliū,epiſtola, & orationes dominicæ.iiij.poſt octauam Epiphaniæ. Ita ꝙ officia dñicalia quæ defuerint, quando poſt Pentecoſtē ſunt dñicæ plures quàm ſint officia in miſſali,ſupplētur de officijs dñicalib⁹ quæ anno illo neceſſariò ſupſunt, in dñicis poſt octa.Epipha. vſque ad lxx.quātò enim illæ plures fuerint, tātò iſtę erunt pauciores.

In die ſanctiſſimæ Trinitatis. Ad miſſam maiorem. Officium.

BEnedicta ſit ſancta Trinitas atque indiuiſa vnitas. Cōfitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuā. ℣. Benedicamus patrem & filium cum ſancto ſpiritu: laudemus & ſuperexaltemus eū in ſecula. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in confeſsione verę fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate: ab omnib⁹ ſemper muniamur aduerſis. Per. ¶ Lectio libri apocaly. beati Ioānis apoſto. c.iiij.

IN diebus illis: Vidi oſtium apertum in cęlo. Et vox prima quā audiui: tanquā tubę loquētis mecū dicēs. Aſcēde huc: & oſtendā tibi quæ oportet fieri citò. Poſt hęc ſtatim fui in ſpiritu. Et ecce ſedes poſita erat in cęlo: & ſupra ſedē ſedēs: & q ſe

debat:

debat: ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis. Et iris erat in circuitu ſedis: ſimilis viſioni ſmaragdinæ. Et in circuitu ſedis: ſedilia vigintiquatuor Et ſupra thronos vigintiquatuor ſeniores ſedentes: circum amicti veſtimentis albis: & in capitibus eorum coronas aureas. Et de throno procedunt fulgura: & voces & tonitrua. Et ſeptem lampades ardentes ante thronum: quæ ſunt ſeptem ſpiritus dei. Et in conſpectu ſedis tanq̃ mare vitreũ: ſimile cryſtallo. Et in medio ſedis & in circuitu ſedis quatuor aĩalia: plena oculis ante & retro. Et animal primũ ſimile leoni: & ſecundũ animal ſimile vitulo: & tertiũ animal habẽs faciẽ quaſi hominis: & quartum animal ſimile aquilæ volanti. Et quatuor animalia: ſingula eorum habebãt alas ſenas. Et in circuitu & intus plena ſunt oculis: & requiẽ non habebant die ac nocte dicẽtia. Sanctus Sanctus Sãctus, dominus deus omnipotẽs: qui erat & qui eſt: & qui venturus eſt. Et cùm darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem ſedẽti ſuper thronum: viuenti in ſecula ſeculorum: procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno. Et adorabant: viuentẽ in ſecula ſeculorum. Alleluia. ℣. O adoranda trinitas. O veneranda vnitas. O perfecta deitas. O claritas luminis. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignẽ accende. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite. iij.

IN illo tempore: Erat homo ex phariſęis Nicodemus nomine: princeps Iudęorum. Hic venit ad dominum Ieſum nocte: & dixit ei. Rabbi: ſcimus quia à deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hęc ſigna facere quæ tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Reſpondit Ieſus: & dixit ei. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuò: nõ poteſt videre regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo poteſt homo renaſci: cũ ſit ſenex? Nunquid poteſt in vẽtrem matris ſuæ iterum introire: & renaſci? Reſpondit Ieſus.

Amen

Amen amē dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto: nō poteſt introire in regnum dei. Quod natum eſt ex carne caro eſt: & quod natū eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Nō mireris quia dixi tibi: oportet vos naſci denuò. Spiritus vbi vult ſpirat: & vocem eius audis: ſed non ſcis vnde veniat aut quò vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus: & dixit ei. Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus: & dixit ei. Tu es magiſter in Iſrael: & hæc ignoras? Amē amen dico tibi: quia quod ſcimus loquimur: & quod vidimus teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia credetis? Et nemo aſcendit in cęlū: niſi q̃ de cęlo deſcēdit: filius hominis qui eſt in cælo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis. Vt oīs qui credit in ipſum nō pereat: ſed habeat vitam æternā. Credo. Offerto. Benedictus ſit deus pater: vnigenituſq; dei filius: ſanctus quoq; ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuā. Sacra.

SAnctifica quęſumus domine deus noſter per tui ſancti nominis inuocationē huius oblationis hoſtiam: & cooperā te ſpiritu ſancto, per eam noſmetipſos tibi perfice munus ęternū Per do. eiuſdē. Prefatio.

ETerne deus. Qui cū vnigenito filio tuo & ſpiritu ſancto vnus es deus: vnus es dominus. Non in vnius ſingularitate perſonæ: ſed in vnius trinitate ſubſtantiæ. Quod enim de tua gloria reuelāte te credim⁹: hoc de filio tuo: hoc de ſpiritu ſancto: ſine differentia diſcretionis ſentimus. Vt in cōfeſſione verę ſempiternæq; deitatis: & in perſonis proprietas: & in eſſentia vnitas: & in maieſtate adoretur æqualitas. Quem laudant angeli atque archangeli: cherubin quoque ac ſeraphin: qui non ceſſant clamare quotidie: vna voce dicentes. Cōmu. Benedicimus deum cæli: & coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam

diam ſuam. Poſt communionẽ.

PRoficiat nobis ad ſalutem corporis & animæ domine deus huius ſacramenti ſuſceptio: & ſempiterna ſanctæ Trinitatis eiuſdemq́ue indiuiduæ vnitatis cófeſsio. Per dominũ.

¶ Si in iſtis tribus diebus qui ſunt inter trinitatem & feſtum corporis Chriſti nullum feſtũ venerit: miſſa maior erit de dominica prima poſt Pentecoſté: & dicatur vt triũ lect. Officiũ.

DOmine in tua miſericordia ſperaui: & exultauit cor meũ in ſalutari tuo: cantabo dño q̃ bona tribuit mihi. ℣. Vſq; quo dñe obliuiſceris me in finẽ: vſq; quo auertis faciẽ tuã à me? Oro.

DEus in te ſperantiũ fortitudo: adeſto propiti⁹ inuocationibus noſtris, & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas: præſta auxilium gratiæ tuæ: vt in exequendis mãdatis tuis: & voluntate tibi & actione placeamus. Per. ¶ Lectio epiſtolę b. Ioãnis apoſto. j. ca. iiij.

CHariſsimi: Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniam filium ſuum vnigenitum miſit deus in mundum: vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas nõ quaſi nos dilexerimus eũ: ſed quoniã ipſe prior dilexit nos: & miſit filium ſuum propiciationẽ pro peccatis noſtris. Chariſsimi: ſi de⁹ dilexit nos: & nos debemus inuicẽ diilgere. Deũ nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicẽ: deus in nobis manet: & charitas ei⁹ in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus quoniã in eo manemus & ipſe in nobis: quoniã de ſpiritu ſancto ſuo dedit nobis. Et nos vidimus & teſtificamur: quoniam pater miſit filium ſuũ ſaluatorẽ mundi. Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt filius dei: de⁹ in eo manet: & ipſe in deo. Et nos cognouimus & credidimus charitati: quã habet deus in nobis. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate in deo manet: & deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcum: vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt: & nos ſumus in hoc mundo.

Timor

Timor non eſt in charitate:ſed perfecta charitas foras mittit timorem:quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet: non eſt perfectus in charitate. Nos autem diligamus deum: quoniã ipſe prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniã diligo deũ: & fratrem ſuum oderit: mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt: deũ quem non videt quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatũ habemus à deo: vt qui diligit deum: diligat & fratrem ſuum.

℟. Ego dixi domine miſerere mei: ſana animam meam: quia peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Alleluia. ℣. Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

¶ Euang. ſecundũ Lucã. c.xvj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Homo quidam erat diues: qui induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplẽdidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus: qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus: cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis: & nemo ei dabat. Sed canes veniebant: & lingebant vlcera eius. Factũ eſt autem vt moreretur mendicus: & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues: & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos cũ eſſet in tormentis: vidit Abraham à lõgè: & Lazarum in ſinu eius. Et ipſe clamans dixit. Pater Abrahã miſerere mei: & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aqua: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flãma. Et dixit illi Abrahã. Fili: recordare quia recepiſti bona in vita tua: & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic cóſolatur: tu verò cruciaris. Et in his omnibus: inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſsint: nec inde huc trãſmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas illũ in domum patris mei. Habeo enim quinq; fratres: vt teſtetur illis: ne & ipſi veniant in locũ hunc tormé-

tormentorum. Et ait illi Abraham. Habent Moyſen & prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos: pœnitẽtiam agent. Ait autem illi. Si Moyſen & prophetas non audiunt: neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent. Offerto. Intende voci orationis meæ rex meus & deus meus: quoniam ad te orabo dñe. Sacra.

HOſtias domine noſtras quæſumus tibi dicatas placatus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Com. Narrabo omnia mirabilia tua: lętabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo altiſsime. Poſt cõmunio.

TAntis domine repleti muneribꝰ: præſta quæſumus: vt & ſalutaria dona capiamus: & à tua nunquam laude ceſſemus. Per dominũ. ¶ Feria.iiij. Ad Coloſſen. Capite.iij.

FRatres: Mortificate membra veſtra: quæ ſunt ſuper terram. Fornicationem immũditiam libidinem concupiſcẽtiam malam & auaritiam: quę eſt ſimulachrorum ſeruitus. Propter quæ venit ira dei: in filios incredulitatis: in quibus & vos ambulaſtis aliquãdo: cùm viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnem iram: indignationem malitiam blaſphemiam: turpis ſermo de ore veſtro non procedat. Nolite mentiri inuicem. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis: & induentes nouum eũ qui renouatur in agnitionem dei: ſecundùm imaginem eius qui creauit eum. Vbi non eſt gentilis & Iudæus: circuncíſio & præputium: barbarus & ſcytha: ſeruus & liber. Sed omnia: & in omnibus Chriſtus. Alleluia. ℣. Deus iudex iuſtus fortis & patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies?

¶ Euangelium ſecũdùm Matthæum. Capite.v.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Nolite putare: quoniam veni ſoluere legem aut prophetas. Nõ veni ſoluere: ſed adimplere. Amen quippe dico vobis: do-

nec tranſeat cælum & terra: iota vnum aut vnus apex nõ præteribit à lege: donec oĩa fiant. Qui ergo ſoluerit vnũ de mandatis iſtis minimis: & docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabit͛ in regno cælorũ.

¶ In die ſanctiſsimi corporis Chriſti. Si vigilia ſancti Ioannis veniat in die corporis Chriſti: miſſa matutina. erit de vigilia: & fiat prima commemoratio de corpore Chriſti.

¶ Item ſi feſtum trium lectionum in hac die euenerit: miſſa matutina. dicatur de eo.

¶ Item quãdo feſtum corporis Chriſti venerit in vigilia ſancti Ioannis: vigilia ſancti Ioannis ieiunabitur feria. iiij. & in die corporis Chriſti miſſa matutina. erit de vigilia ſancti Ioãnis: & maior de corpore Chriſti.

In die ſanctiſsimi Corporis Chriſti. Ad miſſam maiorem Officium.



CIBAVIT eos ex adipe frumenti alleluia: & de petra melle ſaturauit eos, alleluia, alleluia, all'a. ℣. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo Iacob. Oratio.

Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſsionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis percipere mereamur. Qui viuis & regnas. &c.

¶ Ad Corinthios. j. Capite. xj.

Fratres: Ego enim accepi à domino quod & tradi-

di

di vobis: quoniam dominus Ieſus in qua nocte tradebatur: accepit panem & gratias agens: fregit & dixit. Accipite & manducate. Hoc eſt corpus meum: quod pro vobis tradetur. Hoc facite: in meam cō memorationem. Similiter & calicem: poſtquam cœnauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotienſcunque bibetis: in meam commemorationem. Quotienſcunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis donec veniat. Itaq; quicunque manducauerit panem vel biberit calicem domini indignè: reus erit corporis & ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium ſibi manducat & bibit: non dijudicans corpus domini. ℟. Oculi hominum in te ſperant domine: & tu das eſcā illis in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Alleluia. ℣. Caro mea verè eſt cibus: & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem: & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo.

¶Per octauas. Alleluia. ℣. Munere ſacri corporis & pretioſi ſanguinis Ieſu Chriſti ſatiemur vberiùs: deuotione quæſumus. Alleluia. ℣. Res miranda geritur in hoc ſacrificio: dum panis vertitur in carnem verbi myſterio: & vinum in ſanguinem.

¶Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite.vj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus turbis Iudæorum. Caro mea verè eſt cibus: & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem: in me manet & ego in illo. Sicut miſit me viuens pater & ego viuo propter patrem: & qui mā ducat me: & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis: qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna: & mortui ſunt. Qui mandu-

cat hunc panem: viuet in æternum. Credo. Offerto. Sacerdotes domini incenſum & panes offerunt deo: & ideo ſancti erunt deo ſuo: & non polluent nomen eius alleluia. Sacra.

ECcleſiæ tuæ queſumus domine vnitatis & pacis propitius dona concede: quæ ſub oblatis muneribus myſticè deſignantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Præfatio. Quia per incarna. Cómunio. Quotienſcunq; manducabitis panē hunc & calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis donec veniat. Itaq; quicunq; manducauerit panem: vel biberit calicem dn̄i indignè: reus erit corporis & ſanguinis dn̄i alleluia. Poſt cómu.

FAc nos quæſumus domine diuinitatis tuæ ſempiterna fruitione repleri: quam pretioſi corporis & ſanguinis tui, temporalis perceptio præfigurat. Qui vi. & regnas.

¶ Itē ſi contingat aliquot dies feriales ſimul eſſe infra octauas corporis Chriſti, & infra octa. ſancti Ioannis, vel apoſtolorū: miſſa matu. erit de octa. ſancti Ioānis, vel de apoſto. & maior de octa. corporis Chriſti.

¶ Per octa. miſſa maior dicitur vt. xij. lectio. Officium & omnia ſicut in die. Et in octauo die, omnia fiant ſicut in die.

Dominica. ij. poſt Pentecoſten.

¶ Dominica intra octauam corporis Chriſti miſſa matutinalis erit de octaua corp. Chriſti. Officium. Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia. Et reliqua omnia ſicut in die. Et fiet commemoratio de dominica. Ad miſſam maiorem totum officium erit de dominica ſecūda poſt Pentecoſten. Officium.

FActus eſt dn̄s protector meus: & eduxit me in latitudinem: ſaluū me fecit: quoniam voluit me. ℣. Diligam te domine fortitudo mea: dn̄s firmamētum meum & refugium meum & liberator meus. Oratio.

SAncti nominis tui domine timorē pariter & amorem fac nos habere perpetuū: quia nūquam tua gubernatione

ne deſtituis quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis. Per dominum. ¶ Lectio epiſtolæ beati Ioannis apoſtoli.j. Capite.iij.

CHariſsimi: Nolite mirari: ſi odit vos mũdus. Nos ſcimus: quoniã tranſlati ſumus de morte ad vitã: quoniã diligimus fratres. Qui nõ diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum: homicida eſt. Et ſcitis quoniã omnis homicida: nõ habet vitã æternã in ſe manẽtẽ. In hoc cognouimus charitatẽ dei: quoniã ille pro nobis animã ſuã poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtãtiam huius mũdi: & viderit fratrem ſuum neceſsitatem habere: & clauſerit viſcera ſua ab eo: quo modo charitas dei manet in eo? Filioli mei: non diligamus verbo neq; lingua: ſed opere & veritate. ℟. Ad dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me. ℣. Dñe libera animã meã à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Allã. ℣. Diligam te domine virtus mea: dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.

¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.xiiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hãc. Homo quidam fecit cœnã magnã: & vocauit multos. Et miſit ſeruũ ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit illi. Villam emi: & neceſſe habeo exire & videre illam: rogo te: habe me excuſatũ. Et alter dixit. Iuga boum emi quinq;: & eo probare illa: rogo te: habe me excuſatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: & ideo nõ poſſum venire. Et reuerſus ſeruus nuntiauit hæc dño ſuo. Tunc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo. Exi citò in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles cæcos & claudos: introduc huc. Et ait ſeruus. Dñe factum eſt vt imperaſti: & adhuc locus eſt. Et ait dñs ſeruo. Exi in vias & ſepes: & cõpelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: ꝙ nemo virorũ illorum qui vocati ſunt guſtabit

bit

bit cœnam meam. Credo in. Offertoriũ. Factus eſt dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus: ſperabo in eum. Sacra.

OBlatio nos quęſum⁹ domine tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad cæleſtis vitę transferat actionem. Per dominum noſtrum. Communio. Cantabo domino qui bona tribuit mihi: & pſallã nomini dñi altiſsimi. Poſt commu.

SVm ptis muneribus domine quæſumus: vt cum frequentatione myſterij, creſcat noſtræ ſalutis effectus. Per dominum noſtrum.

Dominica.iij.

Officium.

REſpice in me & miſerere mei domine: quoniã vnicus & pauper ſum ego. Vide humilitatem meam & laborẽ meum: & dimitte omnia peccata mea deus meus. ℣. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. Oratio.

DEprecationẽ noſtrã quęſumus dñe benignus exaudi: & quibus ſupplicãdi præſtas affectum, tribue defenſionis auxilium. Per. ¶ Lectio epiſtolæ beati Petri apoſtoli. j.c.v.

CHariſsimi: Humiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in tẽpore viſitationis. Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum: quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit: quęrẽs quẽ deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandẽ paſsionem ei quæ in mundo eſt veſtræ fraternitati fieri. Deus autẽ omnis gratiæ qui vocauit nos: in ęternam ſuam gloriã in Chriſto Ieſu modicum paſſos: ipſe perficiet: cõfirmabit ſolidabitq;. Ipſi gloria & imperiũ: in ſecula ſeculorũ amẽ. ℟. Iacta cogitatum tuum in dño: & ipſe te enutriet. ℣. Dũ clamarẽ ad dñm: exaudiuit vocem meã: ab his qui appropinquãt mihi. Allꝰa. ℣. Domine in virtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

¶ Euan-

¶ Euange.ſecundũ Lucã.c.xv.

IN illo tẽpore: Erãt appropin quantes ad dñm Ieſum publicani & peccatores: vt audirẽt illum. Et murmurabãt ſcribæ & phariſæi dicẽtes: quia hic peccatores recipit: & mãducat cũ illis. Et ait ad illos: parabolã iſtam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & ſi perdiderit vnã ex illis: nonne dimittit nonagintanouẽ in deſerto: & vadit ad illã quæ perierat: donec inueniat illã? Et cũ inuenerit eã: imponit in humeros ſuos gaudens: & veniẽs domum cõuocat amicos & vicinos: dicens illis. Cõgratulamini mihi: quia inueni ouẽ meã quæ perierat. Dico vobis: ꝙ ita gaudiũ erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽte: q̃ ſuper nonagintanouẽ iuſtis: q nõ indigẽt pœnitẽtia. Aut quę mulier habẽs drachmas decẽ: & ſi perdiderit drachmã vnã: nõne accẽdit lucernã & euerrit domũ: & quęrit diligenter donec inueniat eã? Et cũ inuenerit: conuocat amicas & vicinas dicens: congratulamini mihi: quia inueni drachmã quã perderã. Ita dico vobis: gaudiũ erit corã angelis dei: ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Credo. Offerto. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum dñe: quoniam non derelinquis quęrentes te. Pſallite domino qui habitat in Sion: quoniam non eſt oblitus orationes pauperum. Sacra.

MVnera dñe oblata ſanctifica: vt tui nobis vnigeniti corpus & ſanguis fiant. Qui te. Cõ. Ego clamaui: quoniã exaudiſti me deus: inclina aurẽ tuã: & exaudi verba mea. Poſtcõm.

HÆc nos communio domine purget à crimine: & cęleſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per dominum noſtrũ.

¶ Feria.iiij. Lectio ad Coloſſen. cap.iij. Et caret Alľa proprio.

FRatres: Omne quodcũq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chri facite: gratias agẽtes deo & patri per ipſum. Mulieres ſubditæ eſtote viris: ſicut oportet in domino. Viri diligite vxores veſtras: & nolite amari eſſe ad illas. Filij obedite

parentibus per oĩa: hoc enim placitum eſt dño. Patres: nolite ad indignationem prouocare filios veſtros: vt nõ puſillo animo fiant. Serui: obedite per omnia dominis carnalibus. Nõ ad oculum ſeruiẽtes: quaſi hominibus placẽtes: ſed in ſimplicitate cordis timentes deum. Quodcunq; facitis ex animo operamini: ſicut dño & nõ hominibus: ſcientes ꝙ à dño accipietis retributionẽ hęreditatis. Per Ieſum Chriſtum: dominũ noſtrum. ¶ Euangelium ſecũdùm Matthæum. Capite.v.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dũ es in via cum eo: ne fortè tradat te aduerſarius iudici: & iudex tradat te miniſtro: & in carcerem mittaris. Amẽ dico tibi non exies inde: donec reddas nouiſsimũ quadrãtem. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: nõ mœchaberis. Ego autem dico vobis: quoniã omnis qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdum eã: iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Quòd ſi oculus tuus dexter ſcãdalizat te: erue eum & proijce abs te. Expedit enim tibi: vt pereat vnũ mẽbrorũ tuorũ: quã totũ corpus tuũ: mittatur in gehennam ignis.

¶ Feria ſexta. Euangeliũ ſecundùm Marcum. Capite.xj.

IN illo tẽpore: Introiuit dñs Ieſus Ieroſolymam in templũ: & circunſpectis omnibus: cũ iam veſpera eſſet hora: exijt in Bethaniã cũ duodecim. Et alia die cùm exiret à Bethania: eſurijt. Cũq; vidiſſet à longè ficum habẽtẽ folia: venit ſi quid fortè inueniret in ea. Et cũ veniſſet ad eam: nihil inuenit pręter folia: nõ enim erat tẽpus ficorum. Et reſpondens dixit ei. Iam non amplius in æternum: quiſquã fructum ex te manducet. Et audiebãt diſcipuli eius: & veniũt iterũ Ieroſolymam. Et cùm introiſſet in templum: cœpit eijcere vendẽtes & emẽtes in templo. Et mẽſas numulariorum & cathedras vendentium columbas euertit: & non ſinebat vt quiſquam trãsferret vas per tẽplum: & docebat dicens eis. Nõne ſcriptũ eſt: quia domus

domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis illam ſpelũcam latronum. Quo audito: principes ſacerdotum & ſcribę quærebant eum quomodo eũ perderent: timebant enim eũ: quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius. Et cùm veſpera facta eſſet: egrediebatur de ciuitate. Et cùm manè tranſirent: viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus: dixit ei. Rabbi: ecce ficulnea cui maledixiſti aruit. Et reſpondẽs Ieſus: ait illis. Habete fidem dei. Amen dico vobis: quia quicũque dixerit huic monti tollere & mittere in mare: & non hęſitauerit in corde ſuo: ſed crediderit: quia quodcunq; dixerit fiat: fiet ei.

Dominica. iiij.

Officium.

DOminus illuminatio mea & ſalus mea quẽ timebo? dñs defenſor vitæ meæ: à quo trepidabo? qui tribulãt me inimici mei: infirmati ſunt & ceciderunt. ℣. Si cõſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum.

Oratio.

PRotector in te ſperãtium deus: ſine quo nihil eſt validum nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiã tuã: vt te rectore te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia: vt non amittamus æterna. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶ Ad Romanos. Capite. viij.

FRatres: Exiſtimo enim ꝙ non ſint condignę paſſiones huius temporis: ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ: reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens: ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe. Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis: in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim: quoniam omnis creatura ingemiſcit: & parturit vſq; adhuc. Non ſolùm autem illa: ſed & noſipſi primitias ſpiri-

tus habẽtes:& ipſi intra nos gemimus: adoptionẽ filiorũ Dei expectantes:redẽptionem corporis noſtri.In Chriſto Ieſu:domino noſtro. ℟. Propitius eſto dñe peccatis noſtris:nequando dicant gentes: vbi eſt deus eorũ? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter honorẽ nominis tui domine libera nos. Alleluia. ℣. In te domine ſperaui non confundar in æternũ:in tua iuſtitia libera me & eripe me. Inclina ad me aurem tuam:accelera vt eruas me.

¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.vj.

IN illo tempore:Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis.Eſtote miſericordes: ſicut & pater veſter miſericors eſt.Nolite iudicare: & non iudicabimini. Nolite condemnare: & non cõdemnabimini. Dimittite:& dimittemini: date: & dabitur vobis. Menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſuperefluentem: dabunt in ſinũ veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autem illis & ſimilitudinem. Numquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis erit: ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui:trabem autem quæ in oculo tuo eſt: non conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater ſine eijciam feſtucam de oculo tuo:ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita: eijce primùm trabem de oculo tuo: & tũc perſpicies vt educas feſtucã: de oculo fratris tui. Credo. folio. cxcv. Offerto. Illumina oculos meos, nequando dormiam in morte: nequando dicat inimicus meus:præualui aduerſus eum. Sacra.

RESpice domine munera ſupplicantis eccleſiæ: & ſaluti credentium perpetua ſanctificatione ſumenda concede.Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Communio. Dominus firmamẽtum meum & refugium meum & liberator meus:deus meus adiutor meus. Poſt communionem

SAncta tua nos dn̄e ſumpta viuificent:& miſericordiæ ſempiternæ præparent expiatos. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum.

¶ Feria quarta Ad Timotheū. ij. Capite.iiij.

CHariſsime:Dominus mihi aſtitit: & confirmauit me: vt per me prædicatio adimpleatur: & audiant omnes gentes:& liberatus ſum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo: & ſaluū faciet in regnum ſuum cęleſte. Ipſi gloria: in ſecula ſeculorū amen. Alleluia. ℣. Magnus dominus & laudabilis valde: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eiꝰ.

¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Capite.xxj.

IN illo tempore:Cùm veniſſet dominus Ieſus in templum: acceſſerunt ad eum docentem principes ſacerdotum & ſeniores populi:dicentes. In qua poteſtate hæc facis:& quis tibi dedit hanc poteſtatem? Reſpondit Ieſus:& dixit eis. Interrogabo vos & ego vnum ſermonem: quem ſi dixeritis mihi: & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio. Baptiſmus Ioannis vnde erat:è cælo an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes. Si dixerimus è cælo:dicet nobis. Quare ergo non crediſtis ei? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannem: ſicut prophetam. Et reſpondentes Ieſu dixerunt. Neſcimus. Ait illis & ipſe. Neque ego dico vobis: in qua poteſtate hęc facio.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecūdùm Matthæum. Cap.xvij.

IN illo tempore: Interrogauerunt dominum Ieſum diſcipuli eius dicentes. Quid ergo ſcribæ dicunt: quòd Eliam oporteat primùm venire? At ille reſpondens: ait illis. Elias quidem venturus eſt: & reſtituet omnia. Dico autem vobis:quia Elias iam venit:& nō cognouerūt eum:ſed fecerūt in eo quæcunq; voluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerunt diſcipuli: quia de Ioanne baptiſta dixiſ-

dixiſſet eis. Et cùm veniſſet ad turbam: acceſsit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens. Domine: miſerere filio meo: quia lunaticus eſt: & malè patitur: nam ſæpe cadit in ignem: & crebrò in aquam. Et obtuli illum diſcipulis tuis: & non potuerunt curare eum. Reſpondens Ieſus ait. O generatio incredula & peruerſa: quo uſque ero vobiſcum: vſquequo vos patiar? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Ieſus: & exijt ab eo dæmoniũ. Et curatus eſt puer: ex illa hora.

Dñica quinta.

¶ Ad miſſam maiorem.

Officium.

EXaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: adiutor meus eſto ne derelinquas me: neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. ℣. Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo?

Oratio.

DA nobis domine quæſumus: vt & mundi curſus pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & eccleſia tua tranquilla deuotione lætetur. Per dominum noſtrum. ¶ Lectio epiſtolæ beati Petri apoſtoli.j.c.ij.

CHariſsimi: Omnes vnanimes in oratione eſtote. Cõpatientes: fraternitatis amatores: miſericordes modeſti humiles. Non reddentes malum pro malo: nec maledictũ pro maledicto: ſed econtrario benedicentes. Quia in hoc vocati eſtis: vt benedictionem hæreditate poſsideatis. Qui enim vult vitam diligere: & videre dies bonos: coerceat linguam ſuam à malo: & labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem à malo & faciat bonũ: inquirat pacem, & ſequatur eam: quia oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini: ſuper facientes mala. Et quis eſt qui vobis noceat: ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſiquid patimini propter iuſtitiã beati. Timorem autem eorum ne timueritis: vt non conturbemini. Dominum autem

Chriſtum ſanctificate: in cordibus veſtris. ℟. Protector noſter aſpice Deus: & reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum: exaudi preces ſeruorũ tuorum. Alleluia. ℣. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.v.

IN illo tempore: Cùm turbæ irruerent ad dominum Ieſum: vt audirent verbum eius: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant: & lauabant retia. Aſcendens autẽ in vnam nauim quę erat Simonis: rogauit eum à terra reducere puſillum: & ſedens: docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui: dixit ad Simonem. Duc in altum: & laxate retia veſtra in capturam. Et reſpõdens Simon: dixit illi. Præceptor: per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cùm hoc feciſſent: concluſerunt piſcium multitudinẽ copioſam. Rumpebatur autem rete eorũ: & annuerũt ſocijs qui erant in alia naui: vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt: & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt penè mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus: procidit ad genua Ieſu dicens. Exi à me domine: quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat eum: & omnes qui cum illo erant: in captura piſcium quam ceperant. Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi: qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonem Ieſus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et ſubductis ad terram nauibus: relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Credo. Offertorium. Benedicam dominũ: qui mihi tribuit intellectum. Prouidebam deũ in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi: ne commouear. Sacra.

OBlationibus noſtris quæſumus domine placare ſuſceptis: & ad te noſtras etiam rebelles, compelle propitius voluntates. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit & regnat.

Com-

Communio. Vnam petij à domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Poſt communio.

MYſteria nos dñe ſumpta purificẽt: & ſuo munere tueantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶Fer.iiij. Ad Timoth.j. cap.ij.

CHariſsime: Obſecro primum omniũ fieri obſecrationes: orationes: poſtulationes: gratiarũ actiones: pro omnibus hominibus. Pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti: vt quietam & tranquillam vitam agamus: in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptum: coram ſaluatore noſtro deo: qui omnes homines vult ſaluos fieri: & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus: vnus & mediator dei & hominum: homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. Cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatũ eſt: in quo poſitus ſum ego prędicator & apoſtolus. Veritatem dico non mẽtior: doctor gentium: in fide & veritate. Alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: & ab inſurgentibus in me libera me.

¶Euangelium ſecundùm Marcum. Capite.xj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis quia quicunq; dixerit huic monti tollere & mittere in mare: & non hæſitauerit in corde ſuo: ſed crediderit quia quodcunq; dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quæcunq; orãtes petitis: credite quia accipietis & veniẽt vobis. Et cùm ſtabitis ad orandum: dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ: vt & pater veſter qui in cælis eſt: dimittat vobis peccata veſtra.

Dominica. vj.

Ad Miſſam maiorem. Officiũ.

DOminus fortitudo plebis ſuæ: & protector ſalutarium Chriſti ſui eſt. Saluum fac populum tuum domine: & benedic hæreditati tuæ: & rege eos vſq; in ſeculũ. ℣.

Ad te domine clamabo deus meus ne ſileas à me:nequãdo taceas à me: & aſsimilabor deſcendentibus in lacum. Oratio.

DEus qui diligentibus te bona inuiſibilia prępara ſti:infunde cordibus noſtris tui amoris affectum, vt te in omni bus & ſuper omnia diligentes: promiſsiones tuas quæ omne deſiderium ſuperant cõſequamur. Per dominum noſtrum.

¶ Ad Romanos. Capite.vj.

FRatres: Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu: in morte ipſi⁹ baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cũ illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis ei⁹: ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes:quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: vt deſtruatur corpus peccati:vt vltrà nõ ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt: iuſtificatus eſt à peccato. Si enim mortui ſumus cum Chriſto: credimus quia ſimul etiam viuemus cũ illo. Scientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur:mors illi vltrà non dominabitur: ꝙ enim mortuus eſt:peccato,mortuus eſt ſemel: quòd autem viuit,viuit deo. Ita & vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato: viuentes autem deo. In Chriſto Ieſu: domino noſtro. ℞. Conuertere domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus eſt nobis à generatione & progenie. Alleluia. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votũ in Ieruſalẽ. ¶ Euangeliũ ſecundùm Matthæum. Cap.v.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarũ & phariſæorũ: nõ intrabitis in regnum cælorũ. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis non occides: ꝗ autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis: quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fa

tue:

tue:reus erit gebennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recordatus fueris: q̄a frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuũ ante altare: & vade priùs reconciliari fratri tuo. Et tunc veniẽs offeres munus tuum. Credo.

Offer. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea. Inclina aurem tuam: & exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te domine. Sacra.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris: & has oblationes famulorum famularumq; tuarum benignus aſſume, vt quod ſinguli obtulerunt ad honorem nominis tui: cunctis proficiat ad ſalutẽ. Per dominũ noſtrum. Cõmunio. Circuibo: & immolabo in tabernaculũ eius hoſtiam iubilationis cantabo & pſalmum dicã dño. Poſt cõ.

QVos cæleſti domine dono ſatiaſti: præſta quæſumus, vt à noſtris mundemur occultis: & ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Feria quarta. ¶ Ad Hebræos Capite. xij. & xiij.

FRatres: Habemus gratiam per quã ſeruiamus placentes deo: cum metu & reuerentia. Etenim deus noſter: ignis conſumens eſt. Charitas fraternitatis maneat in vobis: & hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci: per hanc enim placuerũt quidam angelis hoſpitio receptis. Mementote vinctorum: tanquam ſimul vincti: & laborãtium tanquam & ipſi in corpore morãtes. Honorabile cõnubium in omnibus: & thorus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores ſine auaritia: contenti præſentibus. Ipſe enim dixit: Non te deſeram neq; derelinquam. Ita vt cõfidenter dicamus. Dominus mihi adiutor eſt: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpoſitorum veſtrorum: qui vobis locuti ſunt verbum dei. Quorum intuentes exitum conuerſationis: imitamini fidẽ. Ieſus Chriſtus heri & hodie: ipſe & in ſecula ſeculorum. Amẽ. Alleluia. ℣. Re-

plebi-

plebimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt tẽplum tuum: mirabile in æquitate. ¶ Euangelium ſecundũm Marcum. Capite.x.

IN illo tempore: Cùm egreſſus eſſet dñs Ieſus in viam: procurrẽs quidã genuflexo ante eum: rogabat eũ dicens. Magiſter bone: quid faciam vt vitam æternam percipiam? Ieſus autem dixit ei. Quid me dicis bonũ? Nemo bonus: niſi vnus deus. Præcepta noſti? Qui reſpondit. Quę? Ne adulteres: ne occidas: ne fureris: ne falſum teſtimonium dixeris: ne fraudẽ feceris. Honora patrem tuum & matrem. At ille reſpondens ait illi. Magiſter: omnia hęc ſeruaui à iuuentute mea. Ieſus autem intuitus eum dilexit eum: & dixit illi. Vnum tibi deeſt. Vade quæcunque habes vende: & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo. Et veni: ſequere me.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundũm Marcum. Capite.v.

IN illo tẽpore: Venit dominus Ieſus in regionem Geraſenorum: & exeunti ei de naui: ſtatim occurrit homo de monumentis in ſpiritu immũdo: qui domiciliũ habebat in monumentis: & neq; catenis iam quiſquam eum poterat ligare: quoniã ſæpe cõpedibus & catenis vinctus: dirupiſſet catenas & cõpedes cõminuiſſet: & nemo poterat eũ domare. Et ſemper nocte ac die in monumentis & in montibus erat: clamans & cõcidens ſe lapidibus. Videns autẽ Ieſum à longe: cucurrit & adorauit eũ: & clamans voce magna dixit. Quid mihi & tibi: Ieſu fili dei altiſsimi? Adiuro te per deũ: ne me torqueas. Dicebat enim illi Ieſus. Exi ſpiritus immũde: ab homine iſto. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei. Legio mihi nomẽ eſt: quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multũ: ne ſe expelleret extra regionẽ. Erat autẽ ibi circa mõtem grex porcorũ magnus paſcens: & deprecabãtur eum ſpiritus dicentes. Mitte nos in porcos: vt in eos introeamus. Et conceſsit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus

immundi: introierunt in porcos: & magno impetu grex pręcipitatus eſt in mare ad duo millia: & ſuffocati ſunt in mari. Qui autem paſcebant eos fugerunt: & nuntiauerũt in ciuitatẽ & in agros. Et egreſsi ſunt videre: quid eſſet factum. Et veniunt ad Ieſum: & vidẽt illum qui à dæmonio vexabatur: ſedentem veſtitum & ſanæ mentis: & timuerunt. Et narrauerũt illis qui viderant: qualiter factum eſſet ei qui dęmoniũ habuerat: & de porcis. Et rogare eum cœperunt: vt diſcederet à finibus eorum. Cumq; aſcẽderet nauim: cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat: vt eſſet cũ illo. Ieſus verò non permiſit ei: ſed ait illi. Vade in domum tuã ad tuos: & annũtia illis quanta tibi dominus fecerit: & miſertus ſit tui. Et abijt: & cœpit prædicare in Decapoli: quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

Dominica.vij.

Ad miſſam maiorẽ. Officium.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ℣. Subiecit populos nobis: & gentes ſub pedibus noſtris. Oratio.

DEus virtutũ cuius eſt totum quod eſt optimum: inſere pectoribus noſtris amorẽ tui nominis, & præſta in nobis religionis augmẽtũ: vt quæ ſunt bona nutrias, ac pietatis ſtudio quæ ſunt nutrita cuſtodias. Per. ¶ Ad Romanos. c.vj.

FRatres: Humanum dico: propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitię: in ſanctificationem. Cùm enim ſerui eſſetis peccati: liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis: in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt: nũc verò liberati à peccato: ſerui autem facti deo: habetis fructum veſtrũ in ſanctificationem: finem verò vitam æternam. Stipendia enim

enim peccati mors:gratia autẽ dei vita æterna. In Chriſto Ieſu:domino noſtro. ℟. Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eum & illuminamini:& facies veſtræ non cõfundentur. Alleluia. ℣. Attẽdite popule meus legẽ meã. ¶. Euãgeliũ ſecũdùm Marcũ. Cap.viij.

IN illo tempore: Cùm multa turba eſſet cum domino Ieſu:nec haberent quod manducarent: conuocatis diſcipulis ait illis. Miſereor ſuper turbã: quia ecce iam triduo ſuſtinent me:nec habent quod mãducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam: deficiẽt in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui. Vnde poterit iſtos quis hîc ſaturare panibus:in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terrã. Et accipiens ſeptem panes:gratias agens fregit: & dabat diſcipulis ſuis vt apponerent:& appoſuerunt turbæ. Et habebãt piſciculos paucos: & ipſos benedixit: & iuſsit apponi. Et manducauerunt omnes: & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis:ſeptem ſportas. Erãt autem qui manducauerunt quaſi quatuor millia:& dimiſit eos. Credo. Offertoriũ. Sicut in holocauſtum arietum & taurorum: & ſicut in millibus agnorum pinguiũ: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie : vt placeat tibi: quia non eſt confuſio confidentibus in te domine. Sacra.

PRopitiare quæſumus domine ſupplicationibus noſtris: & has populi tui oblationes benignus aſſume,& vt nullius ſit irritum votum nullius vacua poſtulatio:præſta quęſumus,vt quod fideliter petimus: efficaciter conſequamur. Per. Cõmu. Inclina aurem tuã: accelera vt eruas nos dñe. Poſt cõmu.

REpleti domine muneribus tuis:tribue quæſumus, vt eorũ & mundemur effectu:& muniamur auxilio. Per dñm.

¶ Feria.iiij. Ad Roma. ca.viij.

FRatres: Nihil damnationis eſt his qui ſunt in Chri

ſto Ieſu:qui non ſecũdùm carnem ambulãt.Lex enim ſpiritus vitę in Chriſto Ieſu:liberauit me à lege peccati & mortis. Nã quod impoſſibile erat legi: in quo infirmabatur per carnem:deus filium ſuum mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati:& de peccato dãnauit peccatũ in carne: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis:qui nõ ſecundùm carnẽ ambulamus: ſed ſecundũ ſpiritũ. Qui enim ſecundùm carnem ſunt: quæ carnis ſunt ſapiunt: qui verò ſecundùm ſpiritũ ſunt: quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudentia carnis mors eſt:prudẽtia autẽ ſpiritus:vita & pax. In Chriſto Ieſu: domino noſtro. Alleluia. ℣. Exaudi deus orationem meam: & ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me: & exaudi me. ¶ Euangeliũ ſecundùm Matthæum. Capite.xvj.

IN illo tempore: Acceſſerũt ad dominum Ieſum Sadducæi & Phariſæi tentãtes. Et rogauerunt eum: vt ſignũ de cælo oſtenderet eis. At ille reſpõdens ait illis. Facto veſpere dicitis ſerenum erit:rubicundũ eſt enim cælũ. Et manè: hodie tẽpeſtas:rutilat enim triſte cælũ. Faciem enim cæli dijudicare noſtis: ſigna autem temporũ nõ poteſtis. Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignum nõ dabitur ei: niſi ſignũ Ionæ prophetæ. Et relictis illis abijt. Et cùm veniſſent diſcipuli eius trans fretum: obliti ſunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini & cauete à fermento phariſæorũ: & ſadducæorũ. At illi cogitabant inter ſe dicẽtes: quia panes nõ accepimus. Sciens autem Ieſus dixit. Quid cogitatis inter vos modicæ fidei:quia panes nõ habetis? Nõdum intelligitis:neq; recordamini quinque panum in quinque millia hominum: & quot cophinos ſumpſiſtis? Neque ſeptem panum in quatuor millia hominum: & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare non intelligitis:quia non de pane dixi vobis:cauete à fermento phariſæorum & ſadducæorũ? Tunc intellexerunt: quia non dixerat cauendum à fermento panum:

num:ſed à doctrina phariſæo-
rum & ſadducæorum.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſe-
cũdùm Matthæũ. Capit.xij.

IN illo tẽpore: Abijt domi-
nus Ieſus ſabbato per ſata.
Diſcipuli autem eius eſuriẽtes:
cœperunt vellere ſpicas & mã
ducare. Phariſæi autem viden-
tes: dixerunt ei. Ecce diſcipuli
tui faciunt: quod non licet eis
facere ſabbatis. At ille dixit eis.
Non legiſtis quid fecerit Da-
uid quando eſurijt: & qui cum
eo erant: quomodo intrauit in
domum dei: & panes propoſi-
tionis comedit: quos non lice-
bat ei edere neque his qui cum
eo erãt: niſi ſolis ſacerdotibus?
Aut non legiſtis in lege: quia
ſabbatis ſacerdotes in templo
ſabbatum violant: & ſine cri-
mine ſunt? Dico autem vobis:
quia templo maior eſt hic. Si
autem ſciretis quid eſt miſeri-
cordiam volo & non ſacrifi-
cium: nunquam condemnaſ-
ſetis innocentes.

Dominica.viij.

Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

SVſcepimus deus mi
ſericordiam tuam in
medio templi tui: ſe
cundùm nomen tuũ
deus: ita & laus tua in fines terræ.
Iuſtitia plena eſt dextera tua. ℣.
Magnus dominus & laudabilis ni-
mis: in ciuitate dei noſtri in mon-
te ſancto eius. Oratio.

DEus cuius prouidẽtia in
ſua diſpoſitione nõ falli-
tur: te ſupplices exoramus, vt
noxia cũcta ſubmoueas: & o-
mnia nobis profutura conce-
das. Per. ¶ Ad Romanos.c.viij.

FRatres: Debitores ſumus:
non carni: vt ſecũdùm car
nẽ viuamus. Si enim ſecũdùm
carnẽ vixeritis: moriemini. Si
autẽ ſpiritu facta carnis morti-
ficaueritis: viuetis. Quicunque
enim ſpiritu dei agũtur: hi filij
dei ſunt. Non eñ accepiſtis ſpi
ritum ſeruitutis iterũ in timo-
re: ſed accepiſtis ſpiritum ado-
ptionis filiorum dei: in quo cla
mamus abba pater. Ipſe enim
ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpi-
ritui noſtro: quòd ſumus filij
dei. Si autem filij: & hæredes.
Hæredes quidem dei: cohære-

des autem Chriſti. ℞. Eſto mihi in deum protectorem & in locum refugij: vt saluũ me facias. ℣. Deus in te ſperaui: domine non cõfundar in æternũ. Allła. ℣. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo Iacob: ſumite pſalmum iucundum cũ cythara. ¶Euangelium ſecundũ Matthæũ. Cap.vij.

IN illo tẽpore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Attẽdite à falſis prophetis: qui veniũt ad vos in veſtimẽtis ouiũ: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorũ: cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona: fructus bonos facit: mala autẽ arbor: fructus malos facit. Nõ poteſt arbor bona fructus malos facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quę non facit fructũ bonũ: excidetur & in ignẽ mittetur. Igitur ex fructibus eorum: cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine dñe: intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei: qui in cælis eſt: ipſe intrabit in regnũ cælorum. Credo. Offerto. Populum humilem ſaluum facies domine: & oculos ſuperborum humiliabis: quoniam quis deus præter te domine? Sacr.

DEus qui legalium differẽtiam hoſtiarum vnius ſacrificij perfectione ſanxiſti: accipe ſacrificium à deuotis tibi famulis, & pari benedictione ſicut munera Abel ſanctifica: vt quod ſinguli obtulerunt ad maieſtatis tuæ honorẽ, cunctis proficiat ad ſalutem. Per. Commu. Guſtate & videte: quoniã ſuauis eſt dominus: beatus vir qui ſperat in eo. Poſt cõmu.

TVa nos domine medicinalis operatio: & à noſtris peruerſitatibus clemẽter expediat: & ad ea quę ſunt recta perducat. Per dominum noſtrũ.

¶Feria.iiij. Ad Romanos.c.v.

FRatres: Scimus quoniã ſi cùm adhuc peccatores eſſemus: ſecũdùm tempus Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt: multò ergo magis iuſtificati nunc in ſanguine eius: ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus: recõciliati ſumus

mus deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati ſalui erimus: in vita ipſius. Non ſolùm autem: ſed & gloriamur in deo. Per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum. Alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te perueniat.

¶ Euãgelium ſecundùm Marcum. Capite.ix.

IN illo tempore: Dixit Ioannes ad dominũ Ieſum. Magiſter: vidimus quẽdam in nomine tuo eijciẽtem dæmonia: qui non ſequitur nos: & prohibuimus eum. Ieſus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo eſt enim qui facit virtutẽ in nomine meo: & poſsit citò malè loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo: q̨a Chriſti eſtis: amen dico vobis: non perdet mercedem ſuam. Et quicunq; ſcandalizauerit vnũ ex his puſillis credentibus in me: bonũ eſt ei magis ſi circũdaretur mola aſinaria collo eius: & in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizauerit te manus tua: abſcinde illam. Bonũ eſt tibi debilẽ introire in vitã: quã duas manus habentẽ ire in gehẽnã: in ignem inextinguibilẽ: vbi vermis eorum non moritur: & ignis nõ extinguitur. Et ſi pes tuus ſcandalizat te: amputa illum. Bonũ eſt tibi claudũ introire in vitã æternam: quàm duos pedes habentem mitti in gehẽnam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur: & ignis non extinguitur. Quòd ſi oculus tuus ſcãdalizat te: erue eum & proijce abs te. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum dei: quàm duos oculos habentem: mitti in gehennam ignis. Vbi vermis eorum non moritur: & ignis non extinguitur.

¶ Feria.vj. Euangelium ſecundùm Matthæum. Cap.xxiij.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus turbis Iudæorũ: & principibus ſacerdotum. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ: qui clauditis regnum cęlorum ante homines. Vos enim non intratis: neque introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis ſcribæ &

& phariſæi hypocritæ: qui comeditis domos viduarũ: occaſione longæ orationis. Propter hoc accipietis amplius iudiciũ. Væ vobis ſcribę & phariſęi hypocritæ: qui circuitis mare & aridam: vt faciatis vnũ proſelytũ: & cũ fuerit factus: facitis illum filiũ gehēnæ duplo quàm vos. Væ vobis duces cæci: qui dicitis: quicunq; iurauerit per tēplum nihil eſt: qui autē iurauerit in auro tēpli debitor eſt. Stulti & cęci: quid enim maius eſt: aurũ: an tēplum quod ſanctificat aurum? Et quicũq; iurauerit in altari: nihil eſt: quicũq; autem iurauerit in dono quod eſt ſuper illud debet. Cęci: quid enim maius eſt: donũ: an altare quod ſanctificat donũ? Qui enim iurat in altari: iurat in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt. Et quicũq; iurauerit in tēplo: iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cęlo: iurat in throno dei: & in eo qui ſedet ſuper eum. Vę autem vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ: qui decimatis mētam & anethum & cyminum: & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis: iudicium & miſericordiá & fidem. Hæc oportuit facere: & illa non omittere.

Dominica. ix.

Ad miſſam maiorē. Officium.

ECce deus adiuuat me: & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos ꝓtector meus dñe. ℣. Deus in nomine tuo ſaluũ me fac: & in virtute tua iudica me. Oro.

LArgire nobis dñe quæſumus ſemper ſpiritum cogitādi quæ recta ſunt propitius & agēdi: vt qui ſine te eſſe non poſſumus, ſecundùm te viuere valeamus. Per dñm. eiuſdem.

¶ Ad Corinthios. j. Capite. x.

FRatres. Non ſimus concupiſcentes malorũ: ſicut & illi concupierũt. Neq; idolatræ efficiamini ſicut quidā ex ipſis: quemadmodũ ſcriptum eſt. Sedit populus mādųcare & bibere: & ſurrexerunt ludere. Neq; fornicemur: ſicut quidā ex ipſis fornicati ſunt: & ceciderũt vna

die

die viginti tria millia. Neq; ten temus Chriſtum: ſicut quidam eorum tentauerunt: & à ſerpẽtibus perierunt. Neq; murmuraueritis: ſicut quidã eorũ murmurauerũt: & perierũt ab exterminatore. Hæc autem omnia: in figura cõtingebant illis. Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram: in quos fines ſeculorum deuenerunt. Itaq; qui ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat. Tentatio vos non apprehẽdat: niſi humana. Fidelis autẽ deus eſt: qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione etiã prouentum: vt poſsitis ſuſtinere. ℟. Domine dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ℣. Quoniã eleuata eſt magnificẽtia tua ſuper cælos. Alla. ℣. Dñe deus ſalutis meæ: in die clamaui & nocte coram te.

¶ Euãge. ſecundũ Lucã. c. xvj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam erat diues qui habebat villicũ: & hic diffamatus eſt apud illũ: quaſi diſsipaſſet bona illius. Et vocauit illum: & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationẽ villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra ſe. Quid faciam: quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubeſco. Scio quid faciam: vt cũ amotus fuero à villicatione: recipiant me in domos ſuas. Cõuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui: dicebat primo: quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam: & ſede citò ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu verò quantũ debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas: & ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis: quia prudenter feciſſet: quia filij huius ſeculi: prudẽtiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cũ defeceritis: recipiãt vos in æterna tabernacula. Credo. Offert. Iuſtitiæ domi-

ni rectæ lætificãtes corda, & dulcio
ra ſuper mel & fauum: nam & ſer-
uus tuus cuſtodit ea. Sacra.

SVſcipe munera quęſumus
dñe: quæ tibi de tua largita
te deferimus, vt hæc ſacroſan-
cta myſteria gratiæ tuę operan
te virtute: & præſentis vitæ nos
conuerſatione ſanctificẽt & ad
gaudia æterna perducant. Per.

Commu. Primùm quærite regnũ
dei: & omnia adijcientur vobis: di-
cit dominus. Poſt cõmu.

SIt nobis dñe quęſumus re-
paratio mentis & corporis
cæleſte myſteriũ: vt cuius exe-
quimur actionem, ſentiamus
effectum. Per dominum.

¶ Feria.iiij. Ad Romanos.c.vj.

FRatres: Neſcitis quoniam
cui exhibuiſtis vos ſeruos
ad obediẽdum: ſerui eſtis eius
cui obediſtis: ſiue peccati ad
mortem: ſiue obeditionis ad
iuſtitiã? Gratias autẽ deo: ꝙ fui
ſtis ſerui peccati: obediſtis autẽ
ex corde in eam formã doctri-
næ: in qua traditi eſtis. Liberati
autẽ à peccato: ſerui facti eſtis
iuſtitiæ. In Chriſto Ieſu: domi-
no noſtro.

Euang. ſecundũ Lucã.c.xvj.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ie-
ſus diſcipulis ſuis. Qui fide-
lis eſt in minimo: & in maiore
fidelis eſt. Et qui in modico fi-
delis non eſt: & in maiore ini-
quus eſt. Si ergo iniquo mam-
mõna fideles non fuiſtis: quod
verũ eſt quis credet vobis? Et ſi
in alieno fideles nõ fuiſtis: qđ
veſtrum eſt quis dabit vobis?
Nemo ſeruus: poteſt duobus
dominis ſeruire. Aut enim vnũ
odiet & alterũ diliget: aut vni
adhærebit: & alterum contem
net. Non poteſtis deo ſeruire:
& mammonæ. Audiebant au-
tẽ omnia hæc phariſæi qui erãt
auari: & deridebãt illum. Et ait
illis. Vos eſtis q̈ iuſtificatis vos
coram hominibꝰ: deus autem
nouit corda veſtra. Quia quod
hominibus altum eſt: abomi-
natio eſt ante deum.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſe-
cundùm Lucam. Capite.xj.

IN illo tẽpore: Rogabat do-
minum Ieſum quidam pha
riſæus: vt pranderet apud ſe. Et
ingreſſus: recubuit. Phariſæus
autem cœpit intra ſe reputans
dicere:

dicere: quare non baptizatus eſſet ante prandium. Et ait dominus ad illum. Nunc vos phariſæi quod deforis eſt calicis & catini mũdatis: quod autem intus eſt veſtrum: plenum eſt rapina & iniquitate. Stulti: nonne qui fecit quod deforis eſt: etiam id quod deintus eſt fecit? Veruntamẽ quod ſupereſt date eleemoſynã: & ecce omnia munda ſunt vobis. Sed væ vobis phariſæis: qui decimatis mẽtam & rutam & omne olus: & præteritis iudicium & charitatem dei. Hæc autem oportuit facere: & illa non omittere. Væ vobis phariſæis: qui diligitis primas cathedras in ſynagogis: & ſalutationes in foro. Væ vobis: quia eſtis velut monumenta quæ nõ apparent: & homines ambulãtes ſupra neſciũt. Reſpõdens autẽ quidam ex legiſperitis: ait illi. Magiſter: hæc dicens etiã nobis cõtumeliam facis. At ille ait. Et vobis legiſperitis væ: qui oneratis homines oneribus quæ portare non poſſunt: & ipſi vno digito veſtro: non tangitis ſarcinas.

Dominica. x.

Ad miſſam maiore. Officium.

Cum clamarem ad dominum exaudiuit vocẽ meã: ab his qui appropinquãt mihi: & humiliauit illos qui eſt ante ſecula: & manet in ęternũ. Iacta cogitatũ tuũ in domino: & ipſe te enutriet. ℣. Exaudi deus orationẽ meam: & ne deſpexeris deprecationem meã: intende mihi & exaudi me. Oro.

Pateãt aures miſericordiæ tuę dñe precibus ſupplicãtium: & vt petentibus deſiderata cõcedas, fac eos quę tibi ſunt placita poſtulare. Per dñm.

¶ Ad Corinthios. j. Capit. xij.

Fratres: Scimus quoniam cùm gentes eſſetis: ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo vobis notũ facio: quòd nemo in ſpiritu dei loquens: dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere dominus Ieſus: niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones verò gratiarũ ſunt: idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idẽ

autem

autem dominus. Et diuiſiones operationum ſunt: idem verò deus: qui operatur omnia in omnib⁹. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus: ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: alij autē ſermo ſcientiæ: ſecundùm eundem ſpiritū. Alteri fides in eodē ſpiritu: alij gratia ſanitatū: in vno ſpiritu. Alij operatio virtutū: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituum. Alij genera linguarum: alij interpretatio ſermonū. Hæc autem omnia: operatur vnus atq; idem ſpiritus. Diuidēs ſingulis: prout vult. ℟. Cuſtodi me dñe vt pupillā oculi: ſub vmbra alarū tuarū protege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videāt æquitates. Alleluia. ℣. Dñe refugium factus es nobis: à generatione & progenie.

¶ Euange. ſecundū Lucā. c. xix.

IN illo tempore: Cū appropinquaret dominus Ieſus Ieruſalem: videns ciuitatē fleuit ſuper illam dicens. Quia ſi cognouiſſes & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcōdita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo. Et circundabunt te: & coanguſtabunt te vndique. Et ad terram proſternent te: & filios tuos qui in te ſunt. Et non relinquent in te lapidē ſuper lapidem: eo quòd nó cognoueris tempus viſitationis tuæ. Et ingreſſus in templum: cœpit eijcere vendentes in illo & ementes: dicens illis. Scriptum eſt: quia domus mea domus orationis eſt: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et erat docens: quotidie in templo. Credo. Offertoriū.

Ad te leuaui animam meam: deus meus in te cōfido non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. Sacra.

COncede nobis hæc quæſumus domine frequentare myſteria: quia quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur: opus noſtræ redemptionis exercetur. Per dominū. Commu. Acceptabis ſacrificium iuſtitiæ: oblationes & holocauſta ſuper altare tuum dñe. Poſt cōmu.

Tui

TVi nobis quęſumus domine communio ſacramenti:& purificationem conferat, &tribuat vnitatem. Per dñm.

¶ Feria.iiij. Ad Corin. j ca.xv.

FRatres: Non omnis caro eadem caro:ſed alia hominum: alia pecorum alia volucrum: alia autem piſcium. Et corpora cæleſtia:& corpora terreſtria. Sed alia quidem cæleſtium gloria: alia autem terreſtrium. Alia claritas ſolis: alia claritas lunæ:& alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate:ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: & ſurget corpus ſpirituale. Si eſt corpus animale:eſt & ſpirituale:ſicut ſcriptũ eſt. Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem: nouiſsimus Adam in ſpiritum viuificantē. Sed non priùs quod ſpirituale eſt: ſed quod animale: deinde quod ſpirituale eſt. In Chriſto Ieſu: domino noſtro.

¶ Euange.ſecundũ Lucã.c.xxj

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Cũ videritis circundari ab exercitu Ieruſalem: tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt fugiãt in mõtes: & qui in medio eius ſunt diſcedant: & qui in regionibus:non intrẽt in eam. Quia dies vltionis hi ſunt: vt impleãtur omnia quæ ſcripta ſunt. Vę autem prægnantibus:& nutriẽtibus in illis diebus. Erit enim preſſura magna ſuper terram: & ira populo huic. Et cadẽt in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes. Et Ieruſalem calcabitur à gentibus: donec impleantur tempora nationũ. Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis:& in terris preſſura gentium:præ confuſione ſonitus maris & fluctuum. Areſcẽtibus hominibus prę timore & expectatione:quæ ſuperueniẽt vniuerſo orbi. ¶ Feria.vj. Euangelium ſecundũ Lucam.c.xxj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Attendite

tendite vobis:ne fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate:& curis huius vitæ. Et ſuperueniat in vos repentina dies illa. Tanquã laqueus eñ ſuperueniet: in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terrę. Vigilate itaq; omni tempore orantes:vt digni habeamini fugere iſta oĩa quæ futura ſunt:& ſtare ante filium hominis.

Dominica. xj.

Ad miſſam maiorem. Officiũ.

DEus in loco ſancto ſuo:deus qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuę. ℣. Exurgat deus:& diſsipentur inimici eius:& fugiant qui oderunt eũ à facie eius. Oratio.

DEus qui omnipotẽtiam tuã parcẽdo maximè & miſerãdo manifeſtas: multiplica ſup nos gratiã tuã, vt ad tua promiſſa currẽtes: cæleſtiũ bonorũ facias eſſe conſortes. Per.

¶ Ad Corinthios.j. Capite.xv.

FRatres: Notũ vobis facio euangelium quod prædicaui vobis: quod & accepiſtis: in quo & ſtatis:per quod & ſaluamini. Qua ratione prædicauerim vobis ſi tenetis: niſi fruſtra crediſtis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi:quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundùm ſcripturas. Et quia ſepultus eſt: & quia reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas. Et quia viſus eſt Cephę:& poſt hoc vndecim. Deinde viſus eſt pluſq̃ quingentis fratribus ſimul: ex quib⁹ multi manẽt vſq; adhuc: quidã autem dormierũt. Deinde viſus eſt Iacobo:deinde apoſtolis omnibus. Nouiſsimè autem omniũ tanquã abortiuo: viſus eſt & mihi. Ego eñ ſum minimus apoſtolorũ: qui non ſum dignus vocari apoſtolus: quoniã perſecutus ſum eccleſiã dei. Gratia autẽ dei ſum id quod ſum. Et gr̃a eius:in me vacua nõ fuit. ℟. In deo ſperauit cor meũ & adiutus ſum: & refloruit caro mea:& ex voluntate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui:deus meus ne ſileas: ne diſcedas à me. Allľa. ℣. Venite exultemus domino:

no: iubilemus deo ſalutari noſtro.

¶Euãge.ſecundũ Lucã.c.xviij.

IN illo tempore: Dixit dñs Ieſus ad quoſdã qui in ſe cõfidebãt tanquã iuſti & aſpernabantur cęteros: parabolã iſtam dicens. Duo homines aſcenderũt in templũ vt orarent: vnus phariſæus & alter publicanus. Phariſæus ſtans: hæc apud ſe orabat dicens. Deus gratias tibi ago: quia non ſum ſicut cęteri hominum. Raptores iniuſti adulteri: velut etiã hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omniũ quæ poſsideo. Et publicanus à lõgè ſtãs: nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuũ dicens. Deus propicius eſto mihi peccatori. Amẽ dico vobis: deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuã ab illo. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur. Et qui ſe humiliat: exaltabitur. Credo. Offerto. Exaltabo te dñe quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Dñe clamaui ad te: & ſanaſti me. Sacra.

TIbi dñe ſacrificia dicanda reddantur: quæ ſic ad honorẽ nominis tui deferẽda tribuiſti, vt eadẽ remedia noſtra fieri præſtares. Per. Cõmu. Honora deũ de tua ſubſtantia: & de primitijs frugum tuarum: vt impleantur horrea tua ſaturitate: & vino torcularia redundabunt. Poſt cõ.

QVæſumus domine deus noſter: vt quos diuinis non deſinis reparare ſacramentis, tuis nõ deſtituas benignus auxilijs. Per dominũ.

¶Feria.iiij. Ad Corin.j.cap.vj.

FRatres: Neſcitis quoniam corpora veſtra: membra ſunt Chriſti? Tollens ergo mẽbra Chriſti: faciam mẽbra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici: vnum corpus efficitur? Erunt inquit duo in carne vna. Qui autem adhæret domino: vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcunq; fecerit homo: extra corpus eſt: qui autẽ fornicatur: in corpus ſuum peccat. An neſcitis quoniã mẽbra vr̃a tẽplum ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt: quem habetis à deo: & non eſtis vr̃i? Empti enim eſtis pretio

tio magno: glorificate & portate deum: in corpore veſtro. Alleluia. ℣. Præoccupemus faciem eius in confeſsione: & in pſalmis iubilemus ei. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. ca. xij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus phariſæis. Qui nõ eſt mecum cõtra me eſt: & qui non cõgregat mecum ſpargit. Ideo dico vobis: omne peccatũ & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autẽ blaſphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filiũ hominis: remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum: non remittetur ei neque in hoc ſeculo neq; in futuro. Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum: aut facite arborem malam & fructũ eius malum. Siquidem ex fructu arbor cognoſcitur. Progenies viperarum: quomodo poteſtis bona loqui: cũ ſitis mali? Ex abundantia enim cordis: os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autẽ vobis: quoniã omne verbũ otioſum quod locuti fuerint homines: reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis.

Dominica. xij.

Ad miſſam maiorem. Officiũ.

DEus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandũ me feſtina. Confundantur & reuereãtur inimici mei: qui quærunt animam meam. ℣. Auertãtur retrorſum & erubeſcãt: qui volunt mihi mala. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui abũdantia pietatis tuæ & merita ſupplicum excedis & vota, effunde ſuper nos miſericordiam tuam: vt dimittas quæ conſcientia metuit, & adijcias quod oratio nõ præſumit. Per dominum.

¶ Ad Corinthios.ij. Capite.iij.

FRatres: Fiduciam talẽ habemus per Chriſtum ad deum: non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia no-

noſtra ex deo eſt. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non litera ſed ſpiritu. Litera enim occidit: ſpiritus autem viuificat. Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi: propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis gloria eſt: multò magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria. ℟. Benedicam dñm in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabit̃ anima mea: audiãt mãſueti & lętẽtur. Alleluia. ℣. Quoniã deus magnus dñs: & rex magnus ſup omnẽ terrã.

¶ Euãge. ſecundũ. Marcũ. c. vij

IN illo tempore: Exiens dominus Ieſus de finibus Tyri: venit per Sidonem ad mare Galilæę: inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei ſurdum & mutum: & deprecabãtur eum: vt imponat illi manũ. Et apprehendens eum de turba ſeorſum: miſit digitos ſuos in auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius. Et ſuſpiciẽs in cælum ingemuit: & ait illi. Effeta: quod eſt adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius: & ſolutum eſt vinculum linguæ eius: & loquebatur rectè. Et pręcepit eis: ne cui dicerent. Quantò autẽ eis præcipiebat: tantò magis plus prædicabant: & eò amplius admirabantur dicentes. Bene oĩa fecit: & ſurdos fecit audire: & mutos loqui. Credo. Offer. Precatus eſt Moyſes in cõſpectu dñi dei ſui: & dixit. Quare dñe iraſceris in populo tuo? parce iræ animi tui: memẽto Abrahã Iſaac & Iacob: quibus iuraſti dare terrã fluentem lac & mel. Et placatus eſt dñs de malignitate quam dixit facere populo ſuo. Sacra.

RESpice dñe quęſumus noſtram propitius ſeruitutem: vt quod offerimus ſit tibi munus acceptum, ſitq; noſtræ fragilitatis ſubſidiũ. Per. Cõm. De fructu operum tuorum domine ſatiabitur terra: vt educas panẽ de terra: & vinũ lætificet cor hominis: vt exhilaret faciẽ in oleo: & panis cor hominis cõfirmet. Poſt cõ.

SEntiamus domine quæſumus tui perceptione ſacramenti ſubſidium mẽtis & corporis: vt in vtroq; ſaluati, cæleſtis remedij plenitudine gloriemur. Per dominum noſtrum.

¶Feria.iiij. Ad Corin.ij.ca.iiij.

FRatres: Non noſmetipſos prædicamus: ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Nos autem ſeruos veſtros per Ieſum: quoniam deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere: ipſe illuxit in cordib⁹ noſtris ad illuminationem ſcientię claritatis dei: in faciem Chriſti Ieſu. Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilib⁹: vt ſublimitas ſit virtutis dei: & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: ſed non anguſtiamur. Aporiamur: ſed non deſtituimur. Perſecutionem patimur: ſed non derelinquimur. Humiliamur: ſed non confundimur. Deijcimur: ſed non perimus. Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes: vt & vita Ieſu in corporibus noſtris manifeſtetur. Alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te peruẽniat.

¶Euãge. ſecundũ Matth.ca.ix.

IN illo tempore: Trãſeunte dño Ieſu: ſecuti ſunt eũ duo cęci: clamãtes & dicentes. Miſerere noſtri fili Dauid. Cũ autẽ veniſſet domũ: acceſſerũt ad eũ cæci: & dixit eis Ieſus. Creditis quia poſſum hoc facere vobis? Dicunt ei. Vtiq; domine. Tũc tetigit oculos eorum dicens. Secundùm fidẽ veſtrã fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum. Et comminatus eſt eis Ieſus dicẽs. Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes: diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſsis autem illis: ecce obtulerunt ei hominem mutum: dæmonium habentẽ. Et eiecto dęmonio locutus eſt mutus: & miratę ſunt turbæ dicentes. Nunquam ſic apparuit in Iſrael. Phariſæi autem dicebant. In principe dæmoniorum eijcit dæmones. Et circuibat Ieſus ciuitates omnes & caſtella: docens in ſynagogis eorum: & prædicãs euangeliũ regni. Et curans omnem lãguorem: & omnem infirmitatem.

¶Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Matthæum. Capi.xj.

IN illo tempore: Cœpit dñs Ieſus exprobrare ciuitatibꝰ in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius: quia non egiſſent pœnitentiã. Vę tibi Corozaim: vę tibi Bethſaida. Quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis: olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij: quã vobis. Et tu Capharnaum: nunquid vſq; in cælũ exaltaberis? vſque in infernum deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te: fortè manſiſſent vſq; in hũc diẽ. Veruntamẽ dico tibi: quia terræ Sodomorũ remiſſius erit in die iudicij: quàm tibi.

Dominica.xiij.

Ad miſſam maiorem. Officiũ.

REſpice domine in teſtamentum tuũ: & animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem. Exurge domine & iudica cauſam tuã: & ne obliuiſcaris voces quærentiũ te. ℣. Vt quid deꝰ repuliſti in finẽ: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ? Orõ.

OMnipotẽs & miſericors deus: de cuius munere venit vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter ſeruiatur, tribue quæſumus nobis: vt ad promiſſiones tuas ſine offenſione curramus. Per dominũ.

¶ Ad Galatas. Capite.iij.

FRatres: Abrahę dictę ſunt promiſſiones: & ſemini eius. Nõ dicit & ſeminibus quaſi in multis: ſed quaſi in vno: & ſemini tuo q̃ eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à deo: qui poſt quadringẽtos & triginta annos facta eſt lex: non irritum facit ad euacuandam promiſſionẽ. Nã ſi ex lege hęreditas: iam non ex promiſſione. Abrahę autẽ per repromiſſionẽ donauit dominus. Quid ergo lex? Propter trãſgreſſionẽ poſita eſt: donec veniret ſemẽ cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnius nõ eſt: deꝰ verò vnus eſt. Lex er-

go aduerſus ꝓmiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare: verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato: vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti: daretur credentibus. ℟. Reſpice dñe in teſtamentum tuũ: & animas pauperũ tuorũ ne obliuiſcaris in finẽ. ℣. Exurge dñe & iudica cauſam tuã: memor eſto opprobrij ſeruorũ tuorum. Alľa. ℣. Confitemini domino & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.

¶ Euange. ſecundũ Lucã. cap. x.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis: ꝙ multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis: & nõ viderũt: & audire quæ auditis: & non audierunt. Et ecce quidã legiſperitus ſurrexit tentans illum: & dicens. Magiſter: quid faciendo vitam æternam poſsidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptum eſt: quomodo legis? Ille reſpondens dixit. Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex omnibus viribus tuis: & ex omni mente tua: & proximũ tuũ ſicut teipſum. Dixitq; illi. Rectè reſpõdiſti. Hoc fac & viues. Ille aũt volẽs iuſtificare ſeipſum: dixit ad Ieſum. Et quis eſt proximus meus? Suſpiciens autem Ieſus dixit. Homo quidã deſcendebat ab Ieruſalẽ in Ierico: & incidit in latrones. Qui etiam deſpoliauerunt eũ: & plagis impoſitis: abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt quidam ſacerdos deſcenderet eadẽ via: & viſo illo præteriuit. Similiter & leuita: cũ eſſet ſecus locum & videret eũ: pertranſijt. Samaritanus autẽ quidam iter faciens venit ſecus eũ: & videns eũ miſericordia motus eſt: & appropians alligauit vulnera eius: infundens oleum & vinum. Et imponens illum in iumentũ ſuum duxit in ſtabulum: & curã egit eius. Et altera die protulit duos denarios: & dedit ſtabulario & ait. Curã illius habe: & quodcũq; ſuper erogaueris: ego cũ rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe: illi

qui

qui incidit in latrones? At ille ait. Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus. Vade: & tu fac ſimiliter. Credo. Offert. In te ſperaui domine: dixi tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. Sacra.

HOſtias quæſumus domine propiti⁹ intẽde: quas ſacris altaribus exhibemus, vt nobis indulgentiam largiẽdo: tuo nomini dent honorẽ. Per dominum. Commu. Panẽ de cælo dediſti nobis domine: habentem omne delectamentũ & omnẽ ſaporem ſuauitatis. Poſt commu.

VIuificet nos quæſum⁹ domine huius participatio ſancta myſterij: & pariter nobis expiationem tribuat & munimen. Per dominum.

¶ Feria quarta. Ad Corin. ij. c. v

FRatres: Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur: quòd ædificationem ex deo habemus domum non manufactam: ſed æternã in cælis. Nam & in hoc ingemiſcimus: habitationem noſtram quæ de cælo eſt ſuperindui cupientes: ſi tamen veſtiti & non nudi inueniamur. Nam & quandiu ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati: eo quòd nolumus expoliari: ſed ſuperueſtiri: vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipſum: deus qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audentes ergo ſemper & ſcientes: quoniam dum ſumus in hoc corpore: peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus: & nõ per ſpeciem. Audemus autem & bonam voluntatem habemus: magis peregrinari à corpore & præſentes eſſe ad deum: & ideo contendimus ſiue abſentes ſiue præſentes placere illi. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſque propria corporis: prout geſsit: ſiue bonum ſiue malum. Sciẽtes ergo timorem domini hominibus ſuademus: deo autẽ manifeſti ſumus. Spero autẽ & in cõſcientijs veſtris: manifeſtos nos eſſe. Per Ieſum Chriſtum: dominum noſtrũ. Alleluia. ℣. Cantate domino cã-

ticum nouum: quia mirabilia fecit dominus. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Capite.xij.

IN illo tempore: Exeuntes phariſęi: conſilium faciebãt aduerſus dñm Ieſum: quomodo eũ perderẽt. Ieſus autẽ ſciẽs receſsit inde: & ſecuti ſunt eum multi: & curauit eos oẽs. Et pręcepit eis: ne manifeſtũ eũ facerẽt. Vt adimpleretur quod dictũ eſt: per Eſaiã prophetã dicẽtem. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponã ſpiritum meũ ſuper eum: & iudicium gentibus nũtiabit. Nõ contendet neq; clamabit: neq; audiet aliquis in plateis vocẽ eius. Arũdinem quaſſatam nõ confringet: & linum fumigans nõ extinguet. Donec eijciat ad victoriam iudiciũ: & in nomine eius: gentes ſperabunt.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.xiij.

IN illo tẽpore. Cũ iret dñs Ieſus per ciuitates & caſtella docẽs: & iter faciens in Ieruſalem: ait illi quidam. Dñe ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autẽ dixit ad illos. Cõtendite intrare per anguſtã portã: quia multi dico vobis quærẽt intrare: & non poterunt. Cùm autem intrauerit paterfamilias & clauſerit oſtium: incipietis foris ſtare: & pulſare ad oſtiũ dicentes. Dñe aperi nobis. Et reſpondẽs dicet vobis. Neſcio vos vnde ſitis. Tũc incipietis dicere. Mãducauimus coram te & bibimus: & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis. Neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite à me oẽs operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium: cũ videritis Abrahã & Iſaac & Iacob: & omnes prophetas in regno dei: vos autẽ expelli foras. Et venient ab oriente & occidẽte & aquilone & auſtro: & accumbent in regno dei. Et ecce ſunt nouiſsimi: qui erant primi. Et ſunt primi: qui erãt nouiſsimi.

Dominica.xiiij.

Ad miſſam maiorem. Officiũ.

PRotector noſter aſpice deus: & reſpice in faciem Chriſti tui: quia melior eſt dies

dies vna in atrijs tuis ſuper millia. ℣. Quàm dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: concupiſcit & deficit anima mea in atria dñi. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: da nobis fidei ſpei & charitatis augmẽtum, & vt mereamur aſſequi quod promittis: fac nos amare quod præcipis. Per dominum.

¶ Ad Galatas. Capite. v.

Fratres: Spiritu ambulate: & deſideria carnis nõ perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autẽ aduerſus carnem. Hæc enim ſibijnuicem aduerſantur: vt nõ quæcunque vultis illa faciatis. Quòd ſi ſpiritu ducimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta autem ſunt opera carnis. Quę ſunt: fornicatio immunditia auaritia: impudicitia luxuria: idolorum ſeruitus. Veneficia inimicitiæ: contentiones æmulationes: irę rixæ: diſſenſiones hęreſes: ſectę inuidię. Homicidia ebrietates: comeſſationes: & his ſimilia: quæ prædico vobis ſicut & prædixi: quoniam qui talia agunt: regnum dei non conſequẽtur. Fructus autem ſpiritus eſt charitas: gaudium pax patientia: longanimitas bonitas benignitas. Manſuetudo fides: modeſtia cõtinentia caſtitas. Aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti: carnẽ ſuã crucifixerunt cũ vitijs & concupiſcentijs. ℟. Bonum eſt confidere in domino: quàm confidere in homine. ℣. Bonum eſt ſperare in domino: quàm ſperare in principibus. Alleluia. ℣. Paratum cor meum deus: paratum cor meũ: cantabo: & pſallam tibi in gloria mea.

¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite. xvij.

In illo tempore: Cùm iret dominus Ieſus in Ieruſalẽ: tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cũ ingrederetur quoddam caſtellum: occurrerunt ei decẽ viri leproſi. Qui ſteterũt à longè: & leuauerunt vocẽ dicentes. Ieſu præceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit dixit. Ite: oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent: mundati ſunt. Vnus autẽ ex illis vt vidit quia mundatus eſt: regreſſus eſt

cum magna voce magnificans deum: & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus dixit. Nonne decem mundati ſunt: & nouẽ vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret & daret gloriam deo: niſi hic alienigena? Et ait illi. Surge & vade: quia fides tua te ſaluum fecit. Credo. Offer. Immittit angelus dñi in circuitu timẽtium eum: & eripiet eos: guſtate & videte: quoniã ſuauis eſt dñs. Sacra

PRopitiare dñe populo tuo propitiare muneribus, vt hac oblatione placatus: & indulgentiã nobis tribuas & poſtulata cõcedas. Per. Commu. Panis quem ego dedero: caro mea eſt pro ſeculi vita. Poſt commu.

SVmptis domine cæleſtib⁹ ſacramẽtis: ad redemptionis æternæ quæſumus proficiamus augmentum. Per dñm.

¶ Feria. iiij. Ad Corinthios. ij. Capite. vj. & . vij.

FRatres: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quę enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate: aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autẽ conuẽtio Chriſti ad Belial: aut quæ pars fideli cũ infideli? Quis autem conſenſus templo dei cũ idolis? Vos enim eſtis templum dei viui: ſicut dicit deus. Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo inter eos: & ero illorum deus: & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorũ: & ſeparamini dicit dominus: & immũdum ne tetigeritis. Et ego recipiã vos & ero vobis in patrẽ: & vos eritis mihi in filios & filias: dicit dñs omnipotẽs. Has igitur promiſſiones habẽtes chariſſimi: mũdemus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus. Perficiẽtes ſanctificationem: in timore dei. Alla. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis.

¶ Euange. ſecundũ Marcũ. c. j.

IN illo tẽpore: Venit ad dominũ Ieſum leproſus deprecãs eum: & genuflexo dixit. Si vis: potes me mũdare. Ieſus autẽ miſertus eius: extẽdens manum & tangens eum: dixit illi. Volo, mundare. Et cùm hoc dixiſſet: ſtatim diſceſſit ab eo lepra:

pra:& mundatus eſt. Et cõminatus eſt ei ſtatim: & eiecit illũ & dixit ei. Vide nemini dixeris: ſed vade oſtẽde te principi ſacerdotum: & offer pro emũdatione tua quę pręcepit Moyſes: in teſtimonium illis. At ille egreſſus: cœpit prędicare & diffamare ſermonem: ita vt iam non poſſet manifeſtè in ciuitatem introire: ſed foris in deſertis locis eſſe: & conueniebant ad eum vndiq;.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Marcum. Cap. viij.

IN illo tẽpore: Exierũt phariſæi & cœperunt conquirere cum dño Ieſu: quærẽtes ab illo ſignũ de cælo: tentãtes eum. Et ingemiſcẽs ſpiritu ait. Quid generatio iſta quærit ſignum? Amen dico vobis: nõ dabitur generationi iſti ſignum. Et dimittens eos: aſcendens iterum nauẽ abijt trans fretũ. Et obliti ſunt ſumere panes: & niſi vnum panem non habebant ſecum in naui. Et pręcipiebat eis dicens. Videte & cauete à fermento phariſæorum: & fermẽto Herodis. Et cogitabãt ad alterutrum dicentes: quia panes nõ habemus. Quo cognito Ieſus: ait illis. Quid cogitatis quia panes non habetis? Nondum cognoſcitis nec intelligitis: adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? Oculos habentes nõ videtis: & aures habentes nõ auditis? Nec recordamini quãdo quinque panes fregi in quinq; millia: & quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei. Duodecim. Quando & ſeptem panes in quatuor millia: quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Et dicunt ei. Septem. Et dicebat eis. Quomodo: nondum intelligitis?

Dominica. xv.

Ad miſſam maiorem. Officium.

INclina domine aurem tuam ad me & exaudi me: ſaluũ fac ſeruum tuum deus meus ſperantem in te. Miſerere mihi domine: quoniam ad te clamaui tota die. ℣. Lætifica animam ſerui tui: quoniam ad te domine animã meam leuaui. Oratio.

CVſtodi domine quæſumus eccleſiam tuā propitiatione perpetua: & quia ſine te labitur humana mortalitas: tuis ſemper auxilijs & abſtrahatur à noxijs: & ad ſalutaria dirigatur. Per. ¶ Ad Galatas.c.vj.

FRatres: Si ſpiritu viuimus: ſpiritu & ambulemus. Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi: inuicē prouocātes inuicem inuidentes. Fratres: ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis: inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis: cōſiderans teipſum: ne & tu tēteris. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cùm nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus autē ſuū probet vnuſquiſq;: & ſic in ſemetipſo gloriā habebit tātùm: & non in altero. Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit. Cōmunicet autē is qui catechizatur verbo: ei qui ſe catechizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo: hæc & metet. Quoniā qui ſeminat in carne ſua: de carne metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu metet vitā æternam. Bonum autem faciētes nō deficiamus: tēpore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dū tēpus habemus: operemur bonum ad omnes. Maximè aūt: ad domeſticos fidei. ℟. Bonum eſt cōfiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſsimè. ℣. Ad annuntiandū manè miſericordiam tuam: & veritatē tuā per noctē. Alleluia. ℣. Redēptionē miſit dñs populo ſuo. ¶ Euāgeliū ſecundùm Matthæum. Cap.vj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit & alterū diliget: aut vnū ſuſtinebit & alterum cōtēnet. Non poteſtis deo ſeruire & māmonæ. Ideo dico vobis: ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid māducetis: neque corpori veſtro quid induamini. Nōne anima plus eſt quàm eſca: & corpus plus quàm veſtimētum? Reſpicite volatilia cæli: quoniam nō ſerunt neq; metunt: neq; congregāt

gregant in horrea: & tamē pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nōne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturā ſuam cubitum vnum? Et de veſtiméto: quid ſoliciti eſtis? Cōſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant neq; nent. Dico autem vobis: ꝙ nec Salomō in omni gloria ſua: coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autē fœnū agri quod hodie eſt: & cras in clibanū mittitur: deus ſic veſtit: quantò magis vos minimæ fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus aut q̄d bibemus: aut quo operiemur: hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter cœleſtis: quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum dei & iuſtitiā eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Credo. Offer. Expectans expectaui dominū: & reſpexit me: & exaudiuit deprecationem meā: & immiſit in os meum canticū nouum: hymnū deo noſtro. Sacra.

Concede nobis dñe quæſumus: vt hæc hoſtia ſalutaris & noſtrorum fiat purgatio delictorū, & tuæ propitiatio pietatis. Per. Commu. Qui manducat meā carnē & bibit meū ſanguinem: in me manet & ego in eo dicit Dominus. Poſt cōmu.

Purificent ſemper & muniant tua ſacramenta nos deus: & ad perpetuæ ducāt ſaluationis effectum. Per dñm.

¶ Feria.iiij. Ad Coloſſenſes.c.j.

Fratres: Grās agimus deo: qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum: & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ: in quo habemus redemptionem & remiſsionem peccatorum. Qui eſt imago dei inuiſibilis: primogenitus omnis creaturę: quia in ipſo cōdita ſunt vniuerſa in cęlo & in terra: viſibilia & inuiſibilia. Siue throni ſiue dominationes: ſiue principatus ſiue poteſtates. Omnia per ipſum: & in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt ante omnes: & omnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ: qui eſt principium primogenitus

ex mortuis. Vt ſit in omnibus ipſe primatũ tenens: IeſusChriſtus dominus noſter. Alleluia.
℣. In exitu Iſrael de AEgypto: domus Iacob de populo barbaro.

¶ Euangelium ſecũdùm Matthæum. Capite. v.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: non mœchaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eam: iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te: erue eum & proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnũ membrorum tuorum: quã corpus tuum totũ mittatur in gehennam. Et ſi dextera manus tua ſcãdalizat te: abſcinde eam & proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum: quàm totum corpus tuum eat in gehennã. Dictum eſt autem. Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam: det illi libellum repudij. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa: facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit: adulterat. Iterũ audiſtis quia dictũ eſt antiquis: nõ periurabis: reddes autẽ dño iuramẽta tua. Ego autẽ dico vobis: nõ iurare omnino. Neq; per cælum quia thronus dei eſt: neq; per terrã quia ſcabellũ eſt pedũ eius. Neque per Ieroſolymã: quia ciuitas eſt magni regis. Neq; per caput tuũ iuraueris: qa non potes vnũ capillũ albũ facere aut nigrum. Sit autẽ ſermo veſter: eſt eſt: nõ nõ. Quod autẽ his abundantius eſt: à malo eſt. Audiſtis qa dictũ eſt. Oculũ pro oculo: & dentẽ pro dẽte. Ego autẽ dico vobis nõ reſiſtere malo: ſed ſiquis te percuſſerit in dexterã maxillã tuã: prębe illi & alterã. Et ei qui vult tecum in iudicio cõtẽdere: & tunicã tuã tollere: dimitte ei & palliũ. Et quicũq; te angariauerit mille paſſus: vade cũ illo & alia duo. Qui petit à te: da ei. Et volenti mutuare à te: ne auertaris.

¶ Feria ſexta. Euangeliũ ſecũdũ Lucã. c. xx.

IN illo tempore: Factum eſt in vna dierum docẽte dño Ieſu

Ieſu populum in tẽplo & euangelizante, conuenerunt principes ſacerdotũ & ſcribæ cum ſenioribus: & aiunt dicẽtes ad illum. Dic nobis in qua poteſtate hæc facis: aut quis eſt qui dedit tibi hanc poteſtatẽ? Reſpondens autẽ Ieſus: dixit ad illos. Interrogabo vos & ego vnum verbum: reſpondete mihi. Baptiſmus Ioãnis de cælo erat: an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes. Quia ſi dixerimus de cælo: dicet quare ergo non credidiſtis illi: ſi autẽ dixerimus ex hominib⁹: plebs vniuerſa lapidabit nos: certi ſunt enim Ioannem prophetã eſſe. Et reſponderunt ſe neſcire: vnde eſſet. Et Ieſus ait illis. Neq; ego dico vobis: in qua poteſtate hæc facio.

Dominica.xvj.

Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

Miſerere mihi domine: quoniã ad te clamaui tota die: quia tu domine ſuauis ac mitis es: & copioſus in miſericordia omnibus inuocãtibus te. ℣. Inclina domine aurem tuam mihi: & exaudi me: quoniam egenus & pauper ſum ego. Oratio.

Eccleſiam tuam dñe miſeratio cõtinuata mũdet & muniat: & quia ſine te non poteſt ſalua cõſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per dñm.

¶ Ad Epheſios. Capite tertio.

Fratres: Obſecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia: flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti: ex quo omnis paternitas in cęlis & in terra nominatur: vt det vobis ſecundùm diuitias glorię ſuę: virtutem corroborari per ſpiritũ eius: in interiorem hominẽ habitare Chriſtum per fidẽ in cordibus veſtris. In charitate radicati & fundati: vt poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis: quæ ſit latitudo & longitudo & ſublimitas & profundũ. Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti: vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens eſt omnia facere: ſuperabundanter

danter quã petimus aut intelligimus: ſecundùm virtutẽ quæ operatur in nobis. Ipſi gloria in eccleſia & in Chriſto Ieſu: in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Amen. ℞. Timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuã. ℣. Quoniam ædificauit dominus Siõ: & videbitur in gloria ſua. Alleluia. ℣. Qui timent dominum ſperent in eum: adiutor & protector eorum eſt. ¶ Euangelium ſecũdùm Lucam. Capite.vij.

IN illo tempore: Ibat dominus Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naym: & ibãt cum illo diſcipuli eius & turba copioſa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebat̃ filius vnicus matris ſuę. Et hęc vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cùm vidiſſet dominus: miſericordia motus ſuper eam dixit illi. Noli flere. Et acceſſit: & tetigit loculum. Hi autẽ qui portabant ſteterunt. Et ait. Adoleſcens: tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus: & cœpit loqui. Et dedit illũ matri ſuæ. Accepit autẽ omnes timor: & magnificabant deũ dicẽtes. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus viſitauit plebem ſuã. Credo. Offert. Dñe in auxiliũ meum reſpice. Confundãtur & reuereantur qui quærũt animam meã: vt auferãt eam. Sacra.

TVa nos quæſumus dñe ſacramẽta cuſtodiant: & cõtra diabolicos tueãtur ſemper incurſus. Per. Cõmunio. Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Deus docuiſti me à iuuẽtute mea: & vſq; in ſenectam & ſenium deus ne derelinquas me. Poſt cõmu.

MEntes nr̃as & corpora poſſideat quęſumꝰ dñe doni cæleſtis operatio: vt non noſter ſenſus in nobis, ſed iugiter eius pręueniat effectus. Per.

¶ Feria quarta. Ad Coloſſenſes. Capite ſecundo.

FRatres: Videte ne quis vos decipiat per philoſophiã & inanem fallaciam: ſecũdùm traditionem hominum: ſecundùm elementa mundi: & non ſecũdùm Chriſtũ. Quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et eſtis in

illo

illo repleti:qui eſt caput omnis prĩcipatus & poteſtatis.In quo & circunciſi eſtis: circũciſione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis:ſed in circunciſione Ieſu Chriſti. Conſepulti ei in baptiſmo:in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis dei:qui ſuſcitauit illum à mortuis. Et vos cùm mortui eſſetis in delictis: & præputio carnis veſtræ: cõuiuificauit cum illo. Donans vobis:omnia delicta. Alleluia. ℣. Timebunt gẽtes nomen tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

¶Euangelium ſecũdùm Marcum. Capite.viij.

IN illo tẽpore: Venit dominus Ieſus Bethſaydã: & adducunt ei cæcum:& rogabant eum:vt illum tãgeret.Et apprehendens manum cæci: eduxit eum extra vicum. Et expuens in oculos eius:impoſitis manibus ſuis interrogauit eum:ſi aliquid videret. Et aſpiciens ait. Video homines:velut arbores ambulantes. Deinde iterũ impoſuit manus ſuper oculos ei⁹: & cœpit videre. Et reſtitutus eſt: ita vt videret clarè omnia. Et miſit illũ in domũ ſuã dicẽs. Vade in domũ tuã.Et ſi in vicũ introieris:nemini dixeris.

¶Feria.vj.Euangelium ſecundùm Marcum. Capite.vij.

IN illo tempore: Exurgens dominus Ieſus:venit in partes Tyri & Sidonis. Et ingreſſus domum neminem voluit ſcire:& non potuit latere. Mulier enim ſtatim vt audiuit de eo:cuius habebat filia ſpiritum immundum: intrauit & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis:Syrophœniſſa genere.Et rogabat eum: vt dæmonium eijceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine priùs ſaturari filios: non eſt enim bonum ſumere panem filiorũ: & mittere canibus. At illa reſpondit: & dixit ei. Vtiq; domine. Nam & catelli ſub menſa comedũt: de micis puerorum. Dixit ei Ieſus. Propter hunc ſermonem vade: exijt dæmonium de filia tua. Et cùm abijſſet in domum ſuam: inuenit puellam iacentem ſupra lectum: & dæmonium exiſſe.

Dominica.xvij

Ad miſſam maiorem. Officiũ.

IVſtus es domine:& rectum iudiciũ tuũ. Fac cum ſeruo tuo ſecũdùm miſericordiam tuã. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Oro.

TVa nos quęſumus domine gratia ſemper & præueniat & ſequať: ac bonis operibus iugiter pręſtet eſſe intentos. Per dominum noſtrum.

¶ Ad Epheſios. Capite.iiij.

FRatres: Obſecro vos ego vinctus in domino: vt dignè ambuletis: vocatione qua vocati eſtis. Cum omni humilitate & manſuetudine: cum patientia ſupportantes inuicem in charitate. Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus: in vinculo pacis. Vnũ corpus & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Vnus dominus: vna fides: vnum baptiſma. Vnus deus & pater omniũ qui ſuper omnes & per omnia: & in omnibus nobis. Qui eſt benedictus: in ſecula ſeculorũ.

℟. Beata gens cuius eſt dominus deus eorum: populus quem elegit dominus in hæreditatem ſibi. ℣. Verbo domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia. ℣. Laudate dominum omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ¶ Euangeliũ ſecundùm Lucam. Cap.xiiij.

IN illo tempore: Cùm intraret dñs Ieſus in domum cuiuſdam principis phariſęorum ſabbato mãducare panem: & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidã hydropicus: erat ante illum. Et reſpõdens Ieſus: dixit ad legiſperitos & phariſęos. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe verò apprehenſum ſanauit eum: ac dimiſit. Et reſpõdens ad illos dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet: & non continuò extrahet illum die ſabbati? Et non poterant ad hæc reſpõdere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam: intendens quomodo primos accubitus eligerẽt: dicens ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias: nõ diſcũbas in primo loco: ne forte

tè honoratior te ſit inuitatus ab illo:& veniens is qui te & illũ inuitauit:dicat tibi. Da huic locũ.Et tunc incipias cũ rubore:nouiſsimum locum tenere. Sed cũ vocatus fueris: vade & recumbe in nouiſsimo loco:vt cùm venerit qui te inuitauit:dicat tibi. Amice: aſcende ſuperius.Tunc erit tibi gloria: corã ſimul diſcũbentibus.Quia omnis qui ſe exaltat: humiliabit̃. Et qui ſe humiliat:exaltabitur. Credo. Offert. Oraui deum meũ ego Daniel dicens:exaudi dñe precem ſerui tui: illumina faciẽ tuã ſuper ſanctuariũ tuũ:& propicius intende populũ iſtũ:ſuper quẽ inuocatũ eſt nomẽ tuum deus. Sacra.

MVnda nos quæſumus dñe ſacrificij præſentis effectu: & perfice miſeratus in nobis, vt eius mereamur eſſe participes. Cõm. Vouete & reddite dño deo veſtro:oẽs qui in circuitu eius affertis munera: terribili & ei qui aufert ſpũm principũ: terribili apud oẽs reges terræ. Poſt cõ.

PVrifica dñe quęſumus mẽtes noſtras benignus:& renoua cæleſtibus ſacramẽtis, vt conſequenter & corporum & animarũ:præſens pariter & futurum capiamus auxiliũ.Per.

¶ Sciendum q̃ quando in præcedẽti dñica ſ. Iuſtus es domine. quatuor tempora non celebrãtur:tunc iſta feria.iiij.caret epiſtola & euãgelio:& dicitur officium de dñica præcedenti:& ſimiliter fer.vj. caret euange.

¶ Notãdũ quòd quãdo vigilia ſancti Matthæi venerit in.iiij. fer.vel.vj.vel Sabbato.iiij.tẽporũ:miſſa matu. dicatur de vigi. miſſamaior de quatuor tẽpori.

¶ Si verò feſtiuitas aliqua. xij. lectio. vel ſupra in ſupradictis diebus.iiij.tẽporũ venerit:poſt Primã cantetur miſſa de feſto: & ante.ix. miſſa de.iiij.tẽpori.

¶ Feria.iiij.in quatuor tẽpori. quæ ſemper eſt feria. iiij. quæ prior ſequitur feſtũ exaltationis ſanctæ Crucis. Officium.

EXultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo Iacob: ſumite pſalmum iucundũ cum cythara: canite initium menſis tuba:quia præceptum in Iſrael eſt:& iudicium deo Iacob. ℣. Teſtimonium

niũ in Ioſeph:poſuit illud cũ exiret de terra AEgypti:linguã quam nõ nouerat audiuit. Hic dicitur Dominus vobiſcum. Oratio.

MIſericordię tuę domine remedijs quæſumus fragilitas noſtra ſubſiſtat: vt quæ ſua cõditione atteritur, tua clementia reparetur. Per. ¶ Lectio Amos prophetæ. Capite. vlt.

HÆc dicit dominus deus: Ecce dies veniunt dicit dominus:& cõprehendet arator meſſorem: & calcator vuæ mittentem ſemen. Et ſtillabũt mõtes dulcedinem: & omnes colles culti erunt. Et cõuertam captiuitatẽ populi mei Iſrael: & ædificabunt ciuitates deſertas:& habitabunt in eis. Et plãtabunt vineas: & bibẽt vinum earum. Et facient hortos:& comedent fructus eorũ. Et plantabo eos ſuper humum ſuam: & non euellam eos vltrà de terra ſua:quam dedi eis. Dicit dominus omnipotens. ℟. Quis ſicut dominus deus noſter qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cælo & in terra? ℣. Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperẽ. Hic dicatur. Oremus tantum. Oratio.

PRæſta quęſumus domine familię ſupplicãti: vt dum à cibis corporalib⁹ ſe abſtinet, à vitijs mente ieiunet. Per do. ¶ Lectio libri Eſdræ. ij. cap. viij.

IN diebus illis: Congregatus eſt omnis populus quaſi vir vnus: ad plateam quæ eſt ante portam aquarum: & dixerunt Eſdræ ſcribę: vt afferret librum legis Moyſi: quam pręcepit dominus Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legem coram omni multitudine virorum ac mulierum: cunctiſq; qui poterãt intelligere in die prima mẽſis ſeptimi: & legit in eo apertè in platea quę erat ante portam aquarum: à mane vſq; ad mediam diem: in conſpectu virorum ac mulierum & ſapientiũ. Et aures omnis populi: erant erectæ ad librum. Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum quẽ fecerat ad loquendum: & ſteterunt iuxta eum. Et aperuit Eſdras librum corã omni populo: & benedixit Eſdras domino deo magno: & reſpondit

ſpondit omnis populus amen amen: eleuans manus ſuas. Et incuruati ſunt:& adorauerunt proni in terram. Porrò leuitę ſi lentium faciebant in populo: ad audiẽdam legem. Populus autem ſtabat in gradu ſuo. Et legerũt in libro legis dei diſtin ctè & apertè:ad intelligẽdum. Dixit autẽ Neemias ſacerdos. Scribæ & leuitæ. Dies ſanctificatus eſt domino deo noſtro: nolite lugere:& nolite flere. Et dixit eis. Ite & comedite pinguia & bibite mulſum:& mittite partes eis qui non præpara uerunt ſibi: quia ſanctus dies domini eſt:& nolite contriſtari. Gaudiũ etenim domini eſt: fortitudo noſtra. ℟. Propitius eſto domine peccatis noſtris: nequando dicãt gẽtes vbi eſt deus eo rum. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter:& propter honorem nomi nis tui domine libera nos.

¶ Euãgelium ſecundùm Marcum. Capite.ix.

IN illo tempore. Reſpõdens vnus de turba: dixit domino Ieſu. Magiſter: attuli filium meum ad te habentem ſpiritũ mutũ: qui vbicũq; eum apprehẽderit allidit eum:& ſpumat: & ſtridet dentibus & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eijcerent eum: & non potuerunt. Qui reſpondens eis dixit. O genera tio incredula: quãdiu apud vos ero: quandiu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cùm vidiſſet eum: ſtatim ſpiritus conturbauit eum: & eliſus in terra volutabatur ſpumãs. Et interrogauit patrẽ eius. Quãtum temporis eſt: ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequẽter eum & in ignem & in aquas miſit: vt eum perderet. Sed ſiquid po tes: adiuua nos miſertus noſtri. Ieſus autem ait illi. Si potes cre dere: omnia poſsibilia ſunt cre denti. Et continuò clamans pa ter pueri: cum lachrymis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meã. Et cùm videret Ieſus concurrentem turbam: comminatus eſt ſpiritui immundo: dicens illi. Surde & mute ſpiritus: ego tibi præci pio exi ab eo:& ampliùs ne introeas in eum. Et clamans &

multum diſcerpens eum: exijt
ab eo. Et factus eſt ſicut mor-
tuus:ita vt multi dicerent:quia
mortuus eſt. Ieſus autē tenens
manū eius eleuauit eum:& ſur
rexit. Et cùm introijſſet in do-
mum:diſcipuli eius ſecretò in-
terrogabant eum. Quare nos
non potuimus eijcere eum? Et
dixit illis. Hoc genus in nullo
poteſt exire:niſi in oratione &
ieiunio. Offerto. Meditabor in
mandatis tuis quæ dilexi valde: &
leuabo manus meas ad mandata
tua:quæ dilexi. Sacra.

HÆc hoſtia domine quę-
ſumus emundet noſtra
delicta: & ad ſacrificiū celebrā
dum,ſubditorum tibi corpora
menteſq; ſanctificet. Per. Cō-
mu. Comedite pinguia & bibite
mulſum : & mittite partes eis qui
non præparauerunt ſibi: ſanctus e-
nim dies domini eſt:nolite contri-
ſtari: gaudium etenim domini eſt
fortitudo noſtra. Poſt cōmunio.

SVmentes domine dona cæ
leſtia ſuppliciter depreca-
mur:vt quæ ſedula ſeruitute te
donāte gerimus:dignis ſenſib9
tuo munere capiamus.Per.

¶ Feria ſexta. Officium.

LÆtetur cor quærē
tium dñm : quærite
dñm & confirmami
ni:quærite faciē eius
ſemper. ℣. Cōfitemini domino &
inuocate nomen eius:annūtiate in
ter gentes opera eius. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipo
tens deus: vt obſeruatio-
nes ſacras annua deuotione re
colentes:& corpore tibi placea
mus & mente.Per. ¶ Lectio
Oſeæ prophetæ. Capite.xiiij.

HÆc dicit dominus.Con
uertere Iſrael ad domi-
num deum tuū: quia corruiſti
in iniquitate tua. Tollite vobi-
ſcum verba:& cōuertimini ad
dominū: & dicite ei. Omnem
aufer iniquitatē: & accipe bo-
nū:& reddemus vitulos labio-
rum noſtrorū. Aſſur non ſalua
bit nos:ſuper equos nō aſcēde-
mus:nec dicemus vltra dij no-
ſtri opera manuum noſtrarū:
quia eius qui in te eſt:miſerebe
ris populi. Sanabo cōtritiones
eorum: diligam eos ſpōtaneè:
quia auerſus eſt furor meus ab
eis. Ero quaſi ros: & Iſrael ger-

minabit quaſi lilium:& erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami ei⁹:& erit quaſi oliua gloria eius:& odor eius vt Libani. Conuertentur ſedentes in vmbra eius: viuẽt tritico & germinabunt quaſi vinea. Memoriale eius: ſicut vinũ Libani. Ego exaudiam & dirigã eum: ego vt abietem virentẽ: ex me fructus eius inuentus eſt. Quis ſapiens & intelliget iſta: intelligens & ſciet hæc? Quia rectæ vię dñi:& iuſti ambulabunt in eis. ℟. Conuertere dñe aliquantulũ:& deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis: à generatione & progenie. ¶ Euangeliũ ſecũdùm Lucã. Cap.vij.

IN illo tẽpore: Rogabat dominum Ieſum quidam phariſæus: vt mãducaret cum illo. Et ingreſſus domum phariſæi: diſcubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ accubuit in domo phariſæi:attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtans retro ſecus pedes eius:lachrymis cœpit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat: & oſculabatur pedes eius: & vnguẽto vngebat. Videns autẽ phariſæus qui vocauerat eum: ait intra ſe dicẽs. Hic ſi eſſet ꝓpheta: ſciret vtiq; quæ & qualis eſt mulier quę tãgit eum: quia peccatrix eſt. Et reſpõdens Ieſus: dixit ad eum. Simon:habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Et reſpõdens Ieſus dixit. Duo debitores erãt cuidam fœneratori:vnus debebat denarios quingentos:& alius quinquaginta. Non habentibus autẽ illis vnde redderent: donauit vtriſq;. Quis ergo eum plus diligit? Reſpõdit Simõ:& dixit. Æſtimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Rectè iudicaſti. Et conuerſus ad mulierẽ: dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos:& capillis ſuis terſit. Oſculum mihi nõ dediſti:hæc autem ex quo intrauit:non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguẽto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi:

bi:remittuntur ei peccata multa:quoniam dilexit multũ.Cui autẽ minus dimittitur: minus diligit.Dixit autem ad illã dominus. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperũt qui ſimul diſcumbebant: dicere intra ſe. Quis eſt hic:qui etiam peccata dimittit?Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. Offerto. Benedic anima mea dño : & noli obliuiſci oẽs retributiones ei⁹: & renouabit ſicut aquilæ iuuentus tua. Sacra.

ACcepta tibi ſint domine quæſumus dona noſtri ieiunij:quę & expiãdo nos tua gratia dignos efficiãt,&ad ſempiterna ꝓmiſſa perducãt. Per. Cõmu. Aufer à me opprobrium & contemptum:quia mandata tua exquiſiui dñe: nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt. Poſt cõm.

QVæſumus omnipotens deus:vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, bñficia potiora ſumamus. Per dominum noſtrum.

¶ Sabbato in quatuor temporibus. Ad miſſam maiorem.Officium.

VEnite adorem⁹ deũ: & procidamus ante dominũ : ploremus ante eũ qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus deus noſter. ℣. Venite exultemus domino:iubilemus deo ſalutari noſtro. Non dicitur Dominus vobiſcũ. vſq; ad vltimam orationẽ: ſed tantùm Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui per continentiã ſalutarẽ & corporibus mederis & mentibus,maieſtatem tuã ſupplices exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus,& præſentia nobis ſubſidia præbeas & futura.Per.

¶ Lectio libri Leuitici. c.xxiij.

IN diebus illis: Locutus eſt dñs ad Moyſen dicens.Decima die menſis huius ſeptimi: dies expiationum erit celeberrimus:&vocabitur ſanctus.Affligetiſq; animas veſtras in eo: & offeretis holocauſtũ domino. Omne opus ſeruile non facietis in tẽpore huius diei: quia dies propitiationis eſt: vt propitietur vobis dominus deus veſter. Omnis anima quæ afflicta

ↄta non fuerit die hac: peribit de populis ſuis: & quæ operis quippiam fecerit: delebo eam de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimū ſempiternum erit vobis: in cunctis generationibus & habitationibus veſtris. Sabbatum requietionis eſt: affligetis animas veſtras. Die nono menſis ſeptimi à veſpera vſq; ad veſperam: celebrabitis ſabbata veſtra. Dicit dominus: omnipotens. ℟. Dirigatur oratio mea: ſicut incenſum in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificiū veſpertinum. ¶ Dictis verſibus Reſponſoriorū, Reſpōſoria repetantur à capite. Oratio.

DA nobis quęſumus omnipotens deus: vt ieiunādo tua gratia ſatiemur: & abſtinendo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores. Per. ¶ Lectio libri Leuitici. Cap.xxiij.

IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſen dicēs. A quintodecimo die mēſis ſeptimi quando cōgregaueritis omnes fructus terræ veſtræ: celebrabitis ferias domini ſeptē diebus: die primo & die octauo erit ſabbatū: ideſt requies. Sumetiſq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ: ſpatulaſq; palmarum: & ramos ligni denſarū frōdium: & ſalices de torrente: & lætabimini coram dn̄o deo veſtro. Celebrabitiſq; ſolēnitatē eius: ſeptem diebus per annum. Legitimū ſempiternum erit: in cunctis generationibus veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis. & habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere Iſrael eſt: manebit in tabernaculis: vt diſcāt poſteri veſtri: ꝙ in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael: cùm educerem eos de terra Ægypti. Ego dn̄s deus veſter. ℟. Propitius eſto peccatis noſtris domine: nequādo dicāt gētes: vbi eſt deus eorum. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter honorem nominis tui domine libera nos. Oratio.

TVere quæſumus domine familiam tuam: vt ſalutis æternæ remedia quæ te aſpirāte requirimus, te largiente conſequamur. Per dominum.

¶Lectio Michęę prophe.c.vij.

DOmine deus noſter:paſce populum tuũ in virga tua:gregem hęreditatis tuæ habitãtes terrã in ſalutem:iuxta dies antiquos. Videbunt gẽtes & cõfundẽtur: ſuper omni fortitudine ſua. Quoniam quis deus ſimilis tui: qui aufers iniquitatẽ: & transfers peccatum reliquiarũ hæreditatis tuæ? Nõ immittet vltra furorẽ ſuũ: quoniam volens miſericordiã eſt: & reuertetur & miſerebitur noſtri. Deponet omnes iniquitates noſtras: & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatem Iacob: miſericordiã Abrahã: quæ iuraſti patribus noſtris: dñe deus noſter. ℟. Protector noſter aſpice de⁹:& reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum:exaudi preces ſeruorum tuorũ. Oratio.

PRæſta quæſumus dñe: ſic nos ab eſcis abſtinere carnalibus, vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per. ¶Lectio Zacharię prophetę.c.viij.

IN diebus illis: Factũ eſt verbum domini ad me dicens. Hæc dicit dñs deus exercituũ. Sicut cogitaui vt affligerẽ vos: cùm ad iracundiam me prouocaſſent patres veſtri: & nõ ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis: vt benefaciã Ieruſalem & domui Iuda. Nolite timere. Hæc ſunt ergo verba quæ facietis. Loquimini veritatem: vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Veritatem & iudiciũ pacis: iudicate in portis veſtris: & vnuſquiſq; veſtrum malum contra amicum ſuũ ne cogitetis in cordibus veſtris. Et iuramẽtũ mẽdax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odi: dicit dñs. Et factum eſt verbũ domini exercituũ ad me dicens. Hæc dicit dñs exercituum. Ieiuniũ quarti & ieiunium quinti: & ieiunium ſeptimi: & ieiunium decimi: erit domui Iudę in gaudium & lætitiã: & in ſolẽnitates præclaras. Veritatem tãtùm & pacem diligite: dicit dominus omnipotens. ℟. Conuertere domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis: à generatione & progenie. Oratio.

VT nobis domine tribuis tibi ſolenne deferre ieiunium: ſic nobis quæſumus indulgentiæ præſta ſubſidium. Per dominũ. ¶ Lectio Danielis prophetę. In diebus illis: Angelus dñi deſcen. fo. cxlix.

¶ Benedictiones.

OMnipotentem ſemper adorant. Et benedicũt omne per ęuũ ℣. Aſtra polorũ cũcta: poliq; ſolq; ſororque: lumina cæli. ℟. Omnipotentẽ. ℣. Sic quoque limphæ quæq; ſupernæ: ros pluuiæq;: riuuli quique. ℟. Et benedicunt. ℣. Ignis & æſtas: cauma: geluque: frigus & ardor: atq; pruina. ℟. Omnipotentem. ℣. Nix glacieſque: noxque: dieſque: lux tenebræque: fulgura nubes. ℟. Et benedicunt. ℣. Arida montes: germina colles: flumina fontes: põtus & vndæ. ℟. Omnipotentẽ. ℣. Oĩa viua quæ vehit æquor: quæ vehit aer: terraq; nutrit. ℟. Et benedicũt. ℣. Cũcta hominũ gẽs Iſrael: ipſi chriſticolæq;: ſeruuli quique. ℟. Omnipotentẽ. ℣. Sancti humileſque corde benigno: treſque puſilli: & ſuperantes. ℟. Et benedicunt. ℣. Ritè camini ignei flãmas: & iuſſa tyranni: temnere prompti. ℟. Omnipotentẽ. ℣. Sit genitori laus genitoq;: lauſque beato flamini ſacro. ℟. Et benedicunt. ℣. Omnipotentẽ ſemper adorãt: & benedicũt omne per æuũ. Dñs vobiſcum. Oratio.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flãmas ignium: concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum.

¶ Ad Hebræos. Capite. ix.

FRatres: Tabernaculũ factum eſt primum: in quo erant candelabra & menſa: & propoſitio panum: quæ dicitur ſancta. Poſt velamentũ autem: ſecundũ tabernaculum quod dicitur ſanctaſanctorũ: aureũ habẽs thuribulũ: & arcã teſtamenti circũtectã ex omni parte auro. In qua vrna aurea habens mãna: & virga Aarõ quæ fronduerat: & tabulæ teſtamẽti. Super quæ erant cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non eſt dicẽdum modò per ſingula. His verò ita cõpoſitis: in priori quidem tabernaculo ſemper in-

troibāt ſacerdotes: ſacrificiorū officia conſummantes. In ſecūdo autem ſemel in anno ſolus pōtifex: non ſine ſanguine quē offerret pro ſua & populi ignorantia. Hoc ſignificante ſpiritu ſancto: nōdum propalatam eſſe ſanctorum viam: adhuc priore tabernaculo habente ſtatum: quæ parabola eſt temporis inſtantis. Iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur: quæ nō poſſunt iuxta cōſcientiam perfectum facere ſeruientem. Solūmodo in cibis & in potibus: & varijs baptiſmatibus & iuſtitijs carnis: vſq; ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autem aſsiſtēs pontifex futurorū bonorum: peramplius & perfectius tabernaculum nō manufactum: id eſt non huius creationis. Neq; per ſanguinē hircorū aut vitulorū: ſed per propriū ſanguinē introiuit ſemel in ſancta: æterna redemptione inuenta. Tractus. Laudate dn̄m omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eiꝰ: & veritas dn̄i manet in æternū.

¶Euange. ſecundū Lu[c]. c. xiij.

IN illo tempore: Dicebat dominus Ieſus turbis: ſimilitudinem hanc. Arborem fici habebat quidā plantatā in vinea ſua: & venit quærens fructū in illa: & non inuenit. Dixit autē ad cultorem vineæ. Ecce anni tres ſunt: ex quo venio quærēs fructū in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergō illā. Vt quid etiam terrā occupat? At ille reſpondens ait illi. Domine: dimitte illam & hoc anno: vſq; dum fodiam circa illā: & mittā ſtercora: & ſi quidē fecerit fructū: ſin autē: in futurū ſuccides eā. Erat autē docēs in ſynagoga eorū ſabbatis. Et ecce mulier quæ habebat ſpiritū infirmitatis annis decē & octo: & erat inclinata: nec poterat omnino ſurſum reſpicere. Quā cùm vidiſſet dn̄s: vocauit eā ad ſe: & ait illi. Mulier: dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus: & confeſtim erecta eſt: & glorificabat deū. Reſpondēs autē archiſynagogus: indignās quia ſabbato curaſſet Ieſus: dicebat turbę: Sex dies ſunt in qui

in quib⁹ oportet operari. In his ergo venite & curamini: & nõ in die ſabbati. Reſpondit autẽ ad illum dominus: & dixit. Hypocritæ: vnuſquiſq; veſtrũ ſabbato nõ ſoluit bouem ſuũ aut aſinũ à præſepio: & educit adaquare? Hãc autẽ filiã Abrahę: quã alligauit ſatanas: ecce decem & octo annis: nõ oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati? Et cùm hæc diceret: erubeſcebant omnes aduerſarij eius. Et omnis populus gaudebat in vniuerſis: quæ glorioſè fiebant ab eo. Offerto. Domine deus ſalutis meæ: in die clamaui & nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine. Sacra.

CONcede quæſumus omnipotens deus: vt oculis tuę maieſtatis munus oblatũ: & gratiã nobis deuotionis obtineat: & effectum beatæ perẽnitatis acquirat. Per. Cõ. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis: cũ in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael: cũ educerẽ eos de terra AEgypti: ego dñs deus veſter. Poſt cõ.

PErficiãt in nobis domine quæſumus tua ſacramenta quod continent: vt quæ nũc ſpecie gerimus, rerum veritate capiamus. Per dominum.

Dñica.xviij. Ad miſſam maiorem. Officium.

DA pacẽ domine ſuſtinẽtibus te: vt prophetæ tui fideles inueniantur. Exaudi preces ſerui tui: & plebis tuæ Iſrael. ℣. Dilexi quoniam exaudiet dñs vocem orationis meę. Oratio.

DA quæſumus dñe populo tuo diabolica vitare contagia: & te ſolum dominũ pura mente ſectari. Per dñm.

¶ Ad Corinthios.j. Capite.j.

FRatres: Gratias ago deo meo ſemper pro vobis: in gratia dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu: quia in omnibus diuites facti eſtis in illo: in omni verbo & in omni ſcientia: Sicut teſtimonium Chriſti cõfirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia: ex pectantibus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui & confirmabit vos vſque in finẽ ſine crimine: in die aduentus: domini

domini noſtri Ieſu Chriſti. ℟. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Alleluia. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

¶ Euãg. ſecundũ Matth. c. xxij.

IN illo tempore: Acceſſerũt ad dominũ Ieſum phariſæi: & interrogauit eũ vnus ex eis legiſdoctor: tentans eum. Magiſter: quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: & in tota anima tua: & in tota mẽte tua. Hoc eſt maximum: & primũ mandatum. Secũdum autẽ ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis: vniuerſa lex pendet & prophetæ. Congregatis autẽ phariſæis: interrogauit eos Ieſus dicẽs. Quid vobis videt̃ de Chriſto, cuius filius eſt? Dicũt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu: vocat eum dominum dicens: dixit dominus domino meo ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dñm: quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpõdere ei verbũ: neq; auſus fuit quiſquã ex illa die: eum amplius interrogare. Credo. Offer. Sanctificauit Moyſes altare dño: offerens ſuper illud holocauſta: & immolãs victimas: fecit ſacrificiũ veſpertinũ in odorẽ ſuauitatis dño deo: in conſpectu filiorum Iſrael. Sacra.

MAieſtatem tuam domine ſuppliciter deprecamur: vt hæc ſancta quæ gerimus: & à præteritis nos exuant & futuris. Per. Cõm. Tollite hoſtias: & introite in atria ei⁹: adorate dñm in aula ſancta eius. Poſt cõ.

SAnctificationibus tuis omnipotens deus: & vitia noſtra curentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per do.

¶ Feria iiij. Ad Coloſſen. c. iij.

FRatres: Mortificate membra veſtra: quæ ſunt ſuper terram. Fornicationem immunditiam libidinem: concupiſcentiam malam & auaritiã quæ eſt ſimulachrorũ ſeruitus.

Propter

Propter hęc enim: venit ira dei ſuper filios incredulitatis: in quib⁹ & vos ambulaſtis aliquã do: cũ viueretis in illis. Nũc autem deponite & vos omnem iram: indignationem: malitiã blaſphemiam. Turpis ſermo de ore veſtro non procedat: nolite mentiri inuicem. Expoliãtes vos veterem hominem cũ actibus ſuis: & induentes nouum eũ qui renouatur in agnitionem dei: ſecundùm imaginem eius qui creauit eum. Vbi non eſt gentilis & Iudæus: circuncîſio & præputium: barbarus & Scytha: ſeruus & liber. Sed omnia: & in omnib⁹ Chriſtus. Alleluia. ℣. Qui confidũt in domino ſicut mons Sion: nõ cõmouebitur in æternum: qui habitat in Ieruſalem. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Cap. xiij.

In illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis: parabolam hanc. Simile factum eſt regnum cælorum: homini qui ſeminauit bonũ ſemẽ in agro ſuo. Cũ autem dormirent homines: venit inimicus ei⁹: & ſuperſeminauit zizania in medio tritici: & abijt. Cũ autem creuiſſet herba & fructum feciſſet: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patriſfamilias: dixerunt ei. Domine: nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo: vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerũt ei. Vis imus: & colligimus ea? Et ait. Non: Ne fortè colligentes zizania: eradicetis ſimul & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem: & in tempore meſsis dicã meſſoribus. Colligite primùm zizania: & alligate ea in faſciculos ad comburendum. Triticũ autem: congregate in horreũ meum.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Matthæum. Cap. xiij.

In illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hãc. Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis: quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo. Quod minimum quidẽ eſt omnibus ſeminibus: cũ autem creuerit maius eſt omnibus oleribus: & fit arbor: ita vt

volucres cæli veniant:& habi-
tent in ramis eius. Aliã parabo
lã locutus eſt eis. Simile eſt re-
gnum cęlorum fermẽto:quod
acceptum mulier abſcondit in
farinæ ſatis tribus:donec fermẽ
tatum eſt totũ. Hæc omnia lo-
cutus eſt Ieſus in parabolis ad
turbas: & ſine parabolis nõ lo-
quebatur eis: vt adimpleretur
quod dictum erat per prophe-
tam dicentem. Aperiam in pa-
rabolis os meum: eructabo ab
ſcõdita: à cõſtitutione mundi.

Dominica. xix.

Officium.

SAlus populi ego
ſum: dicit dominus.
De quacunq; tribu-
latione clamauerint
ad me: exaudiam eos: & ero illorũ
dñs in perpetuum. ℣. Attendite po
pule meus legem meã: inclinate au
rẽ veſtrã in verba oris mei. Orõ.

DIrigat corda noſtra dñe
tuæ miſerationis opera-
tio: quia tibi ſine te placere nõ
poſſumus. Per. Ad Ephe. c.iiij.

FRatres: Renouamini ſpiri
tu mentis veſtræ: & indui-
te nouum hominem qui ſecun
dùm deum creatus eſt: in iuſti-
tia & ſanctitate veritatis. Pro-
pter quod deponentes menda
cium: loquimini veritatẽ vnuſ
quiſq; cũ proximo ſuo: quoniã
ſumus inuicem membra. Iraſci
mini: & nolite peccare. Sol nõ
occidat ſuper iracundiã veſtrã:
nolite locũ dare diabolo. Qui
furabatur: iam non furetur. Ma
gis autẽ laboret: operando ma
nibus ſuis quod bonum eſt: vt
habeat vnde tribuat: neceſſita
tẽ patienti. ℟. Dirigatur oratio
mea: ſicut incenſum in conſpectu
tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ
ſacrificiũ veſpertinũ. Alľa. ℣. De
profundis clamaui ad te dñe: domi-
ne exaudi vocem meam.

¶ Euang. ſecundũ Matth. c.ix.

IN illo tempore: Aſcendens
dñs Ieſus in nauiculã tranſ-
fretauit: & venit in ciuitatem
ſuã. Et ecce offerebant ei para-
lyticum: iacentem in lecto. Vi
dens autem Ieſus fidem illorũ:
dixit paralytico. Confide fili: re
mittuntur tibi peccata tua. Et
ecce quidam de ſcribis: dixe-
runt intra ſe. Hic blaſphemat.

Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorum dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius: dicere dimittuntur tibi peccata tua: an dicere ſurge & ambula? Vt ſciatis autē: quoniam filius hominis habet poteſtatē in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectū tuum: & vade in domum tuam. Et ſurrexit: & abijt in domum ſuam. Videntes autem turbæ: timuerunt. Et glorificauerunt deum: qui dedit poteſtatē talē hominibus. Credo. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis: viuificabis me dñe: & ſuper irā inimicorū meorū extendēs manum tuam: ſaluū me fecit dextera tua. Sacra.

DEus qui nos per huius ſacrificij venerāda cōmercia vnius ſummæque diuinitatis participes efficis: præſta quæ ſumus, vt ſicut tuam cognoſcimus veritatem: ſic eam dignis mentibus & moribus aſſequamur. Per dominum noſtrum. Communio. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Poſt cōmu.

GRatias tibi referimus domine ſacro munere vegetati: tuam miſericordiam deprecātes, vt dignos nos ei⁹ participatione perficias. Per dñm.

¶ Fer.iiij. Ad Theſ.ij.c.ij.&.iij.

FRatres: State & tenete traditiones quas didiciſtis: ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe autem dominus noſter Ieſus Chriſtus: & deus pater noſter qui dilexit nos: & dedit conſolationem æternam & ſpem bonam in gratia: conſoletur corda veſtra: & confirmet in omni opere & ſermone bono. De cætero fratres orate pro nobis: vt ſermo dei currat & clarificet̄ vbique: ſicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omniū eſt fides. Fidelis autem deus eſt: qui confirmabit vos: & cuſtodiet à malo. Confidimus autē de vobis in domino: quoniam quæ pręcipimus: & feciſtis & facietis. Dominus autem dirigat corda veſtra: in charitate dei & patientia Chriſti.

¶ Euan

¶ Euãge. ſecundũ Matth. c.xiij

IN illo tempore: Acceſſerũt ad dominũ Ieſum diſcipuli eius: dicentes. Ediſſere nobis parabolam tritici: & zizaniorum agri. Et reſpondẽs ait. Qui ſeminat bonum ſemẽ eſt filius hominis: ager autẽ eſt mũdus: bonum verò ſemẽ hi ſunt filij regni: zizania autem: filij ſunt neq̃. Inimicus autẽ qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſsis verò conſummatio ſeculi eſt: meſſores autem angeli ſunt. Sicut ergo colligũtur zizania & igni comburũtur: ſic erit in cõſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos: & colligent de regno eius omnia ſcandala: & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus: & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebũt ſicut ſol: in regno patris eorum. Qui habet aures audiẽdi: audiat.

¶ Feria ſexta. Euangelium ſecundùm Marcum. Capite. xiij.

IN illo tempore: Interrogatus dominus Ieſus à diſcipulis ſuis de conſummatione ſeculi: dixit eis. Cũ videritis abominationem deſolationis ſtantem vbi non debet: qui legit intelligat. Tũc qui in Iudęa ſunt: fugiant in mõtes. Et qui ſuper tectum: ne deſcendat in domũ ſuá: nec introeat vt tollat quid de domo ſua. Et qui in agro erit: non reuertatur retro tollere veſtimentum ſuum. Væ autem prægnantibus & nutrientibus: in illis diebus. Orate verò: vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales: quales non fuerunt ab initio creaturæ: quam condidit deus vſque nunc: nec fient. Et niſi breuiaſſet dominus dies: non fuiſſet ſalua omnis caro: ſed ꝓpter electos quos elegit: breuiabit dies. Et tũc ſi quis vobis dixerit: ecce hic eſt Chriſtus ecce illic: ne credideritis. Exurgẽt enim pſeudoChr̃i & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna & portenta: ad ſeducendos ſi poteſt fieri etiã electos. Vos ergo videte: ecce p̃dixi vobis oĩa.

Dominica. xx.

Ad miſſam. Officium.

Omnia

OMnia quæ feciſti nobis dñe in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi:& mandatis tuis non obediuimus. Sed da gloriam nomini tuo:& fac nobiſcū ſecundùm multitudinē miſericordiæ tuæ. ℣. Magnus dñs & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Oratio.

OMnipotēs & miſericors deus: vniuerſa nobis aduerſantia propitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti: quæ tua ſunt liberis mētibus exequamur. Per dñm.

¶ Ad Epheſios. Capite.v.

FRatres: Videte quomodo cautè ambuletis. Non quaſi inſipientes: ſed vt ſapientes redimentes tempus: quoniā dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes quæ ſit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria: ſed implemini ſpiritu ſancto: loquētes vobiſmetipſis in pſalmis: & hymnis & canticis ſpiritualibus: cantantes & pſallentes in cordibus veſtris domino. Gratias agentes ſemper pro omnib⁹: in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: deo & patri. Subiecti inuicem: in timore Chriſti. ℟. Oculi omniū in te ſperant domine:& tu das illis eſcam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Alleluia. ℣. Confitebor tibi domine in toto corde meo:& in conſpectu angelorum pſallam coram te.

¶ Euāg. ſecundū Matth. c.xxij

IN illo tempore: Loquebatur dñs Ieſus cum diſcipulis ſuis in parabolis dicens. Simile factum eſt regnum cælorū homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prādium meum paraui: tauri mei & altilia occiſa ſunt & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: & abierunt alius in villam ſuā: alius verò ad negotiationem ſuam. Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius: & contumelia affectos occiderunt. Rex autem cū audiſſet: iratus eſt. Et miſsis exer

citibus ſuis perdidit homicidas illos: & ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptiæ quidē paratæ ſunt: ſed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoſcunque inueneritis vocate ad nuptias. Et egreſsi ſerui eius in vias: congregauerunt omnes quos inuenerūt bonos & malos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominē nō veſtitum veſte nuptiali: & ait illi. Amice quomodo huc intraſti: non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex miniſtris. Ligatis pedib' eius & manibus: mittite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati: pauci verò electi. Credo. Offertorium. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus: dum recordaremur tui Sion. Sacra.

HÆc munera quæſumus domine quæ oculis tuæ maieſtatis offerimus: ſalutaria nobis eſſe concede. Per dñm.

Communio. Memēto verbi tui ſeruo tuo domine: in quo mihi ſpē dediſti: hæc me conſolata eſt in humilitate mea. Poſt communio.

TVa nos domine medicinalis operatio: & à noſtris peruerſitatibus clementer expediat, & tuis faciat ſemper inhærere mandatis. Per dominū.

¶ Feria quarta. Ad Theſſalonicenſes.ij. Capite.iij.

FRatres: Denuntiamus vobis in nomine domini Ieſu Chriſti: vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè: & nō ſecundū traditionē quā acceperunt à nobis. Ipſi enim ſcitis: quemadmodū oporteat vos imitari nos. Quoniā non inquietè fuimus inter vos: neq; gratis panē māducauimus ab aliquo: ſed in labore & fatigatione nocte & die operantes: ne quē veſtrū grauaremus. Nō quaſi nō habuerimus poteſtatē: ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis: ad imitandū nos. Nam & cū eſſemus apud vos: hoc denūtiauim' vobis: quoniā ſi quis non vult operari: nec māducet. Audiuimus enim

enim inter vos quoſdam am-
bulantes inquietè: nihil operā
tes ſed curioſè agentes. His au-
tē qui eiuſmodi ſunt: denūtia-
mus & obſecramus in dño Ie-
ſu Chriſto: vt cū ſilentio operā
tes ſuum panem manducent.
Vos autem fratres: nolite defi-
cere benefacientes. In Chriſto
Ieſu: domino noſtro.

¶Euāge. ſecundū Lucā.c.xiiij

IN illo tempore: Dicebat do
minus Ieſus cuidā principi
phariſæorum. Cùm facis pran
diū aut cœnā: noli vocare ami
cos tuos: neq; fratres tuos: neq;
cognatos: neq; vicinos nec di-
uites: ne fortè & ipſi te reinui-
tēt: & fiat tibi retributio. Sed cū
facis cōuiuiū: voca pauperes de
biles: cęcos & claudos: & beat⁹
eris: quia nō habēt retribuere ti
bi. Retribuetur enim tibi: in re
ſurrectione iuſtorū. Hæc cùm
audiſſet quidā de ſimul diſcum
bētibus: dixit illi. Beatus qui mā
ducabit panem: in regno dei.

¶Feria ſexta. Euangelium ſe-
cundùm Lucam. Capite.vj.

IN illo tempore: Dixit domi
nus Ieſus diſcipulis ſuis. Bea
ti eritis cùm vos oderint homi
nes: & cùm ſeparauerint vos:
& exprobrauerint & eiecerint
nomen veſtrū tanquā malum:
propter filiū hominis. Gaudete
in illa die: & exultate. Ecce em̄
merces vr̄a: multa eſt in cęlo.

Dominica.xxj.

Officium.

IN volūtate tua do
mine vniuerſa ſunt
poſita: & nō eſt qui
poſsit reſiſtere vo
lūtati tuę: tu enim
feciſti oīa: cælū & terrā & vniuerſa
quę cęli ambitu cōtinentur: dñs vni
uerſorū tu es. ℣. Bt̄i immaculati in
via, qui ambulāt in lege dñi. Orō.

LArgire quæſumus dñe fi-
delibus tuis indulgētiam
placatus & pacē: vt pariter ab
omnibus mundentur offenſis,
& ſecura tibi mēte deſeruiant.
Per dñm. Ad Epheſios. Cap.vj

FRatres: Confortamini in
dño: & in potētia virtutis
eius. Induite vos armaturā dei:
vt poſsitis ſtare aduerſus inſi-
dias diaboli. Quoniam non eſt
nobis colluctatio aduerſus car

nem & ſanguinē: ſed aduerſus principes & poteſtates: aduerſus mundi rectores tenebrarū harum: contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam dei: vt poſsitis reſiſtere in die malo: & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate: & induti loricam iuſtitiæ: & calciati pedes in præparationem euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei: in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus: quod eſt verbū dei. ℞. Dñe refugiū factus es nobis à generatione & progenie. ℣ Priuſquā montes fierent aut formaretur terra & orbis: à ſeculo & in ſeculū tu es de⁹. Allā. ℣. Lauda anima mea dñm: laudabo dñm in vita mea: pſallā deo meo quādiu ſum.

¶ Euāge. ſecundū Ioannē. c. iiij

IN illo tēpore: Erat quidā regulus: cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cū audiſſet quia dñs Ieſus adueniret à Iudæa in Galilęam: abijt ad eū: & rogabat eum vt deſcenderet: & ſanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eum. Niſi ſigna & prodigia videritis: non creditis? Dixit ad eum regulus. Domine: deſcēde priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus. Vade: filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit illi Ieſus: & ibat. Iam autem eo deſcendente: ſerui occurrerunt ei: & nuntiauerunt ei dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerūt ei. Quia heri hora ſeptima: reliquit eum febris. Cognouit ergo pater: quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus: filius tuus viuit. Et credidit ipſe: & domus eius tota. Credo. Offertorium. Vir erat in terra Hus nomine Iob: ſimplex & rectus ac timens deum: quem ſatan petijt vt tentaret: & data eſt ei poteſtas à domino in facultatem & in carnem eius: perdiditque omnē ſubſtātiam eius & filios: carnem quoque ipſius graui vlcere vulnerauit. Sacra.

CÆleſtem nobis præbeat hæc myſteria quęſumus dñe

dñe medicinam: & vitia noſtri cordis expurgent. Per. Cõmu. In ſalutari tuo anima mea: & in verbum tuum ſperaui: quando facies de perſequẽtibus me iudicium? Ini qui perſecuti ſunt me: adiuua me domine deus meus. Poſt cõmu.

VT ſacris dñe reddamur digni munerib⁹: fac nos quæſumus tuis obedire mandatis. Per dominum noſtrum.

¶Feria.iiij. Ad Timotheũ.j.c.j.

CHariſsime: Finis præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona: & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes: conuerſi ſunt in vaniloquium: volentes eſſe legiſdoctores: non intelligentes neque quæ loquuntur: neque de quibus affirmant. Scimus autẽ quia bona eſt lex: ſi quis ea legitimè vtatur. Sciẽtes hoc: quòd iuſto non eſt lex poſita: ſed iniuſtis & non ſubditis. Impijs & peccatoribus: ſceleratis & contaminatis: patricidis & matricidis: homicidis & fornicarijs: maſculorum concubitoribus: plagiarijs: mendacibus & periuris. Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur: quæ eſt ſecundùm euangeliũ gloriæ beati dei: quod creditum eſt mihi. Gratias ago ei: qui me confortauit. In Chriſto Ieſu domino noſtro. ¶Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.vj.

IN illo tempore: Factum eſt & in alio ſabbato: cũ intraſſet dñs Ieſus in ſynagogam & doceret: erat ibi homo: & manus eius dextera erat arida. Obſeruabant autem ſcribæ & phariſæi ſi in ſabbato curaret: vt inuenirent vnde accuſarẽt eum. Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam. Surge: & ſta in medium. Et ſurgens ſtetit. Ait autem ad illos Ieſus: Interrogo vos: ſi licet ſabbatis benefacere an malè: animam ſaluam facere an perdere? Et circunſpectis omnibus: dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt manus eius. Ipſi autẽ repleti ſunt inſipiẽtia: & colloquebãtur ad inuicẽ quidnã facerẽt de Ieſu.

¶Feria.vj. Euangelium ſecundùm Matthæum. Capite.viij.

IN illo tempore: Cũ veniſſet dñs Ieſus in domũ Petri: vidit ſocrum eius iacentem & febricitantẽ. Et tetigit manũ eiꝰ: & dimiſit eam febris: & ſurgẽs miniſtrabat illis. Veſpere autẽ facto: obtulerunt ei multos dæmonia habẽtes. Et eijciebat ſpiritus verbo: & omnes malè habẽtes curauit: vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiã prophetã dicentem. Ipſe infirmitates noſtras accepit: & ęgrotationes noſtras portauit.

Dominica.xxij

Ad miſſam maiorem. Officiũ.

SI iniquitates obſeruaueris dñe: domine quis ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt deꝰ noſter. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Oratio.

FAmiliam tuã quæſumus domine continua pietate cuſtodi: vt à cunctis aduerſitatibus te protegẽte ſit libera: & in bonis actibꝰ tuo nomini ſit deuota. Per dominum noſtrum.

¶ Ad Philippenſes. Capite. j.

FRatres: Confidimus in domino Ieſu: quia qui cœpit in vobis opus bonum: perficiet vſq; in diem Chriſti Ieſu. Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibꝰ vobis: eo quòd habeã vos in corde & in vinculis meis & in defenſione & in confirmatione euangelij: ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis enim mihi eſt deus: quomodo cupiam omnes vos eſſe: in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro: vt charitas veſtra magis ac magis abundet in omni ſcientia & in omni ſenſu: vt probetis potiora: & ſitis ſynceres & ſine offenſa in diem Chriſti. Repleti fructu iuſtitiæ: per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. In gloriam: & laudem dei. ℟. Ecce quàm bonum & quàm iucũdum: habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentũ in capite: quod deſcendit in barbam barbã Aaron. Alleluia. ℣. Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorũ.

¶ Euangelium ſecũdum Matthæum. Capite. xviij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabo-

rabolã hanc. Simile eſt regnũ cælorũ homini regi: qui voluit rationẽ ponere cũ ſeruis ſuis. Et cũ cœpiſſet rationem ponere: oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem millia talẽta. Cũ autem nõ haberet vnde redderet: iuſsit eum dominus eius venũdari: & vxorẽ ei⁹ & filios & omnia quæ habebat: & reddi. Procidens autem ſeruus ille: rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius dimiſit eũ: & omne debitum dimiſit illi. Egreſſus autem ſeruus ille: inuenit vnũ de cõſeruis ſuis: qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eũ dicẽs. Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius: rogabat eum dicens. Patiẽtiam habe in me: & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: ſed abijt & miſit eum in carcerem donec redderet debitum. Videntes autem cõſerui eius quæ fiebant: contriſtati ſunt valde: & venerunt & nuntiauerunt domino ſuo: omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illũ dominus ſuus: & ait illi. Serue nequã: omne debitũ dimiſi tibi: quoniam rogaſti me. Nõne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui: ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dñs eius tradidit eum tortoribus: quoaduſque redderet vniuerſum debitum. Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis: ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo: de cordibus veſtris. Credo. Offerto.

Recordare mei dñe omnipotentatui dominans: da ſermonem rectũ & benè ſonantem in os meũ: vt placeant verba mea in conſpectu principis. Et verte cor eius in odiũ repugnãtiũ nobis: & in eos qui cõſentiũt eis: nos autem libera in manu tua: deus noſter in æternum. Sacra.

SVſcipe domine propitius hoſtias: quibus & te placari voluiſti, & nobis ſalutem potenti virtute reſtitui. Per dñm.

Communio. Dico vobis: gaudiũ eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Poſt cõ.

IMmortalitatis alimoniam conſecuti: quæſumus domine, vt quod ore percepimus: mente ſectemur. Per dominũ.

 ¶Fe-

¶ Fer.iiij. Prima ad Timo.c.ij.

CHariſsime: Obſecro primũ omnium fieri orationes obſecrationes: poſtulationes: gratiarũ actiões pro omnibus hominibus. Pro regibus & omnib⁹ qui in ſublimitate ſunt conſtituti: vt quietam & tranquillam vitã agamus: in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt: & acceptum corã ſaluatore nr̃o deo: qui omnes homines vult ſaluos fieri: & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus: vnus & mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Qui dedit ſemet ipſum redemptionẽ pro omnibus. Cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt: in quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus. Veritatem dico non mentior: doctor gentium: in fide & veritate.

¶ Euãge. ſecundũ Marcũ, c.iiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Videte quid audiatis. In qua menſura mẽſi fueritis: remetiet̃ vobis: & adijcietur vobis. Qui eñ habet dabitur illi: & qui nõ habet: etiam quod habet auferetur ab illo. Et dicebat. Sic eſt regnum dei: quemadmodum ſi homo iactet ſementem in terram & dormiat: & exurgat nocte ac die: & ſemen germinet & increſcat: dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat. Primùm herbam: deinde ſpicam: deinde plenum frumentum in ſpica. Et cũ ex ſe produxerit fructus: ſtatim mittet falcem: quoniam adeſt meſsis.

¶ Feria ſexta caret euangelio.

Dñica.xxiij.

Ad miſſam maiorẽ. Officium.

DIcit dominus ego cogito cogitationes pacis & nõ afflictionis: inuocabitis me: & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem veſtrã de cunctis locis. ℣. Benedixiſti dñe terram tuã: auertiſti captiuitatem Iacob. Oratio.

DEus refugiũ noſtrũ & virtus: adeſto pijs eccleſiæ tuæ precib⁹ auctor ipſe pietatis & prẹſta, vt quod fideliter petim⁹: efficaciter cõſequamur. Per.

¶ Ad

¶ Ad Philippenſes. c.iij.& iiij.

FRatres: Imitatores mei eſtote: & obſeruate eos qui ita ambulant: ſicut habetis formam noſtrã. Multi enim ambulant: quos ſæpè dicebam vobis. Nunc autem & flens dico: inimicos crucis Chriſti: quorũ finis interitus: quorũ deus venter eſt: & gloria in confuſione ipſorũ qui terrena ſapiunt. Noſtra autem conuerſatio: in cęlis eſt. Vnde etiam ſaluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: qui reformabit corpus humilitatis noſtræ: configuratum corpori claritatis ſuæ: ſecũdùm operationem virtutis ſuæ: qua poſsit etiã ſubijcere ſibi omnia. Itaq; fratres mei chariſsimi & deſideratiſsimi: gaudium meum & corona mea: ſic ſtate in domino chariſſimi. Euchodiã rogo & Syntychẽ deprecor: idipſum ſapere in dño. Etiam rogo & te germane compar: adiuua illos qui mecum laborauerunt in euangelio: cum Clemente & cæteris adiutoribus meis. Quorum nomina: ſunt in libro vitæ. ℟. Liberaſti nos domine ex affligentibus nos: & eos qui nos oderũt cõfudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo cõfitebimur in ſeculum. Alleluia. ℣. Lauda Ieruſalem dominum: lauda deum tuum Sion. ¶ Euangeliũ ſecundùm Matthæum. Capite.xxij.

IN illo tempore: Abeuntes phariſæi: conſilium inierũt vt caperent dominum Ieſum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis: dicentes. Magiſter: ſcimus quia verax es: & viam dei in veritate doces: & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominũ. Dic ergo nobis: quid tibi videtur: licet cenſum dari Cæſari an nõ? Cognita autem Ieſus nequitia eorum ait. Quid me tẽtatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerũt ei denariũ & ait illis Ieſus. Cuius eſt imago hæc: & ſuperſcriptio? Dicũt ei. Cæſaris. Ait illis. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quę ſunt dei deo. Credo. Offer. De ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationem meam. Sacra.

DA miſericors de' vt hæc ſalutaris oblatio:&à proprijs nos reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominũ. Cõ-
Amen dico vobis: quicquid orantes petitis: credite quia accipietis: & fiet vobis. Poſt cõmunio.

SVmpſimus dñe ſacri dona myſterij humiliter deprecantes: vt quæ in tui cõmemorationem nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui vi.

¶Feria quarta. Ad Timotheum.ij. Capite.j.

CHariſsime: Noli erubeſcere teſtimoniũ dñi noſtri Ieſu Chriſti: neque me vinctum eius. Sed collabora euangelio: ſecundùm virtutem dei qui nos liberauit: & vocauit vocatione ſua ſancta. Non ſecundùm opera noſtra: ſed ſecundùm propoſitum ſuum: & gratiã quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu: ante tẽpora ſecularia. Manifeſtata eſt autem nũc: per illuminationẽ domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui deſtruxit quidem mortem: illuminauit autem vitã: & incorruptionem per euãgelium: in quo poſitus ſum ego prędicator & apoſtolus: & magiſter gentium. Ob quam cauſam hoc etiã patior: ſed non confundor. Scio enim cui credidi & certus ſum: quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. Formã habe ſanorum verborum: quæ à me audiſti: in fide & dilectione. In Chriſto Ieſu: domino noſtro. ¶Euangelium ſecundùm Matthæum. Cap.xvij.

IN illo tempore: Cùm veniſſet dominus Ieſus & diſcipuli eius Capharnaũ: acceſſerunt qui didrachma accipiebant ad Petrum: & dixerunt ei. Magiſter veſter: non ſoluit didrachma? Ait. Etiam. Et cùm intraſſet in domũ: præuenit eum Ieſus dicens. Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum: à filijs ſuis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Vt autem nõ ſcandalizemus eos: vade ad mare: & mitte hamum. Et eum piſcẽ qui primus aſcenderit

derit tolle:& aperto ore eius inuenies ſtaterē. Illum ſumens: da eis pro me & te.

¶Feria.vj.Euangelium ſecundùm Marcum. Capite.vij.

IN illo tempore: Conuenerũt ad dñm Ieſum phariſæi & quidam de ſcribis: veniētes à Ieroſolymis. Et cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius cōmunibus manibus ideſt nō lotis manibus manducare panē: vituperauerũt. Phariſæi autem & omnes Iudæi: niſi crebrò lauerint manus non manducãt: tenētes traditiones ſeniorum. Et à foro venientes: niſi baptizentur non comedunt. Et alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare: baptiſmata calicum & vrceorum: & æramētorum & lectorum. Et interrogabant eum phariſęi & ſcribæ dicētes. Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum, ſed cōmunibus manibus manducant panem? At ille reſpōdens dixit eis. Bene prophetauit de vobis Eſaias hypocritis: ſicut ſcriptum eſt. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè eſt à me. In vanum autem me colunt: docētes doctrinas & pręcepta hominũ. Relinquentes enim mãdatum dei: tenetis traditiones hominum: baptiſmata vrceorum & calicum: & alia his ſimilia facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritum facitis mandatum dei: vt traditionem veſtrã ſeruetis. Moyſes em̃ dixit. Honora patrem tuum & matrem tuam: & qui maledixerit patri vel matri: morte moriat᷑. Vos autem dicitis. Si dixerit homo patri aut matri corban: quod eſt donum quodcunq; ex me tibi profuerit: & vltrà non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo: reſcindentes verbum dei per traditionem veſtrã quã tradidiſtis: & ſimilia huiuſmodi multa facitis. Et aduocãs iterum turbam: dicebat illis. Audite me omnes: & intelligite. Nihil eſt extra hominem introiens in eum: quod poſſit eum coinquinare: ſed quæ ab homine procedunt: illa ſunt quæ coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi audiat.

audiat. Et cùm introiſſet in domũ à turba: interrogabãt eum diſcipuli eius parabolã. Et ait illis. Sic & vos imprudẽtes eſtis? Non intelligitis: quia omne extrinſecus introiens in hominẽ: non poteſt eum coinquinare: quia nõ introit in cor eius: ſed in vẽtrem vadit & in ſeceſſum exit: purgans omnes eſcas? Dicebat autem: quoniam quę de homine exeũt: illa coinquinãt hominẽ. Abintus enim de corde hominũ: cogitationes malæ procedunt. Adulteria: fornicationes homicidia: furta auaritię: nequitiæ dolus: impudicitia oculus malus blaſphemia: ſuperbia ſtultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt: & coinquinant hominem.

Dñica. xxiiij.

Officium.

DIcit dominus ego cogito cogitatiões pacis, & non afflictionis: inuocabitis me: & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis: ℣. Benedixiſti dñe terrã tuã: auertiſti captiuitatem Iacob. Orõ.

EXcita domine quęſumus tuorum fidelium volũtates: vt diuini operis fructũ propenſiùs exequẽtes, pietatis tuæ remedia maiora percipiãt. Per dñm. ¶ Ad Coloſſenſes. Cap. j.

FRatres: Nõ ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes: vt impleamini agnitiõe voluntatis dei. In omni ſapientia & intellectu ſpiritali: vt ambuletis dignè: deo per omnia placentes. In omni opere bono fructificantes: & creſcentes in ſciẽtia dei. In omni virtute cõfortati: ſecundùm potentiam claritatis eius. In omni patientia: & longanimitate cum gaudio. In Chriſto Ieſu: domino noſtro. ℟. Liberaſti nos domine ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt confudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſeculum. Alleluia. ℣. Lauda Hieruſalem dominum: lauda deum tuum Sion.

¶ Euangeliũ ſecundùm Matthæum. Capite. ix.

IN illo tẽpore: Loquẽte dño Ieſu ad turbas: ecce prĩceps vnus

vnus acceſsit:& adorauit eum dicens. Domine filia mea modò defuncta eſt: ſed veni & impone manum tuã ſuper eam: & viuet. Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum:& diſcipuli eius. Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis:acceſsit retro: & tetigit fimbriam veſtimēti eius. Dicebat enim intra ſe. Si tetigero tantũ veſtimētum eius: ſalua ero. At Ieſus conuerſus:& videns eam dixit. Confide filia: fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier:ex illa hora. Et cùm veniſſet Ieſus in domũ principis: & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem:dicebat. Recedite: nõ eſt enim mortua puella:ſed dormit. Et deridebãt eũ. Et cùm eiecta eſſet turba:intrauit & tenuit manum eius:& dixit. Puella ſurge. Et ſurrexit puella. Et exijt fama hęc:in vniuerſam terram. Credo. Offert. De ꝓfundis clamaui ad te dñe:dñe exaudi orationem meam. Sacra.

PRopitius eſto dñe ſupplicationibus noſtris: & populi tui oblationib⁹ precibuſq; ſuſceptis, omniũ noſtrũ ad te corda cõuerte:vt à terrenis cupiditatibus liberati,ad cæleſtia deſideria trãſeamus. Per dñm. Commu. Amē dico vobis: quicquid orãtes petitis:credite quia accipietis:& fiet vobis. Poſt cõmu.

COncede nobis dñe quæſumus: vt ſacramētũ qđ ſumpſimus, quicq̱d in noſtra mēte vitioſum eſt: ipſius medicationis dono curetur. Per.

¶ Feria.iiij. Ad Romanos c.xj.

FRatres: Nolo vos ignorare myſterium hoc:vt nõ ſitis vobiſmetipſis ſapiētes. Quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael: donec plenitudo gētium intraret: & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret: ſicut ſcriptũ eſt. Venit ex Sion qui eripiat:& auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me teſtamentũ: cùm abſtulero peccata eorum: ſecundùm euangelium quidem inimici propter vos:ſecũdùm electionem autē: chariſsimi propter patres. Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non crediditis deo: nunc autē

miſeri

miſericordiã cõſecuti eſtis propter illorum incredulitatē: ita & iſti nunc non crediderũt in veſtram miſericordiã: vt & ipſi miſericordiã conſequãtur. Cõcluſit enim deus omnia in incredulitate: vt omniũ miſereatur. O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei: quàm incõprehẽſibilia ſunt iudicia ei⁹: & inueſtigabiles viȩ eius. Quis enim cognouit ſenſum dñi: aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo & per ipſum: & in ipſo ſunt omnia. Ipſi honor & gloria: in ſecula ſeculorum Amẽ. ¶ Euangeliũ ſecundùm Marcum. Cap. xij.

IN illo tempore: Interrogauit dominũ Ieſum vnus de ſcribis: quod eſſet primum omnium mandatum. Ieſus autem reſpondit ei: quia primum omnium mandatum eſt. Audi Iſrael: dominus deus tuus vnus eſt. Et diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente tua: & ex tota virtute tua. Hoc eſt primum mãdatum. Secundum autem: ſimile eſt illi. Diliges proximum tuum: tãquam teipſum. Maius horũ: aliud mãdatum non eſt. Et ait ſcriba. Bene magiſter in veritate dixiſti: quia vnus eſt deus: & non eſt alius præter eũ: vt diligatur ex toto corde & ex toto intellectu: & ex tota anima & ex tota fortitudine. Et diligere proximum tãquam ſeipſum: maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs. Ieſus autẽ videns quod ſapienter reſpondiſſet: dixit illi. Non longè es: à regno dei. ¶ Feria. vj. Ad Theſſalonicenſes. ij. Capite. j.

FRatres: Gratias agere debemus deo ſemper pro vobis ita vt dignum eſt: quoniam ſupercreſcit fides veſtra: & abũdat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem. Ita vt nos ipſi in vobis gloriemur in eccleſijs dei: pro patientia veſtra & fide: & in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus: quas ſuſtinetis in exẽplum iuſti iudicij dei: vt digni habeamini regno dei: pro quo & patimini. Si tamen iuſtũ eſt apud

deũ

deum retribuere retributionẽ his qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini requiem nobiſcum: in reuelatione dñi Ieſu de cęlo cũ angelis virtutis eius: in flãma ignis dantis vindictã his qui nõ nouerunt deum: & qui nõ obediunt euãgelio dñi noſtri Ieſu Chriſti. Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini & à gloria virtutis eius: cùm venerit glorificari in ſanctis eius: & admirabilis fieri in omnibus qui crediderũt. Per Ieſum Chriſtum: dominũ noſtrum. ¶ Euangelium ſecundùm Marcum. Capite. vj.

IN illo tempore: Egreſſus inde dominus Ieſus: abijt in patriam ſuam: & ſequebantur illum diſcipuli ſui. Et facto ſabbato: cœpit in ſynagoga docere. Et multi audientes: admirabantur in doctrina eius dicentes. Vnde huic hæc omnia? Et quæ eſt ſapiẽtia quæ data eſt illi: & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nõne iſte eſt faber: filius Mariæ: frater Iacobi & Ioſeph & Iudę & Simonis? Nonne & ſorores eius: hîc nobiſcũ ſunt? Et ſcandalizabãtur in illo. Et dicebat eis Ieſus. Quia nõ eſt propheta ſine honore: niſi in patria ſua: & in cognatiõe ſua: & in domo ſua. Et nõ poterat ibi virtutẽ vllã facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit. Et mirabatur: propter incredulitatẽ eorũ.

Dominica. xxv. poſt octauas corporis Chriſti. Officium.

DIcit dñs ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis: inuocabitis me: & ego exaudiã vos: & reducã captiuitatẽ veſtrã de cũctis locis. ℣. Benedixiſti dñe terrã tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Oratio.

OMnipotens ſempiterne de⁹: da eccleſię tuę rectã catholicæ fidei tenere doctrinã. vt nullis iniquorũ fraudib⁹: à tuæ veritatis luce mẽtis oculos auertat. Per. ¶ Epiſtola ad Theſſalonicenſes. ij. Capite. ij.

FRatres: Rogamus vos: ne quis vos ſeducat vllo modo. Erit enim aduentus iniqui

qui ſecũdùm operationem ſatanæ: in omni virtute & ſignis & prodigijs mendacibus:& in omni ſeductiõe iniquitatis ijs qui pereunt: eo quòd charitatem veritatis non receperunt: vt ſalui fierent.Ideo mittet illis deus operationẽ erroris: vt cre dant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderũt veritati:ſed conſenſerunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo ſemper pro vobis fratres dilecti à deo:ꝙ elegit vos deus primitias in ſalutẽ: in ſanctificatione ſpiritus:& in fide veritatis.In qua & vocauit vos per euangelium noſtrum: in acquiſitionem gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti. Itaq; fratres ſtate: & tenete traditiones quas didiciſtis: ſiue per ſermonem:ſiue per epiſtolam noſtrã. Ipſe autem dominus noſter Ieſus Chriſtus: & deus & pater noſter:qui dilexit nos:& dedit conſolationẽ æternã: & ſpem bonã in gratia: exhortetur corda veſtra: & cõfirmet in omni opere, & ſermone bono: in Chriſto Ieſu domino noſtro.

℟. Liberaſti nos domine ex affligẽtibus nos: & eos qui nos oderũt confudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſeculum. Alleluia. ℣. Lauda Hieruſalem dominum:lauda deum tuum Siõ. ¶ Euangeliũ ſecũdùm Matthæum. c.xxiiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Cùm videritis abominationẽ deſolationis quæ dicta eſt à Daniele propheta: ſtantem in loco ſancto : qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa ſunt: fugiant ad mõtes. Et qui in lecto: non deſcendat tollere aliquid de domo ſua. Et qui in agro:nõ reuertatur tollere tunicã ſuã. Væ autem prægnãtibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem: vt nõ fiat fuga veſtra in hyeme vel in ſabbato. Erit eñ tunc tribulatio magna: qualis non fuit ab initio mundi vſq; modò:nec fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi: nõ fieret ſalua omnis caro. Sed ꝓpter electos breuiabuntur dies illi. Tunc ſi ꝗs vobis dixerit:Ecce hîc Chriſtus: aut ecce illic:nolite credere.

re. Surgent enim pſeudoChriſti: & pſeudoprophetæ: & dabũt ſigna magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur: (ſi fieri poteſt) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Offer. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationem meam. Sacra.

PRo nr̃æ ſeruitutis augmẽto ſacrificium dñe tibi laudis offerimus: vt quod immeritis contuliſti: propitius exequaris. Cõio Amen dico vobis quicquid orantes petitis: credite quia accipietis: & fiet vobis. Poſt cõmu.

SVmentes domine dona cæleſtia: quæſumus vt non nobis prouenire ad iudicium patiaris: quod tuis fidelibus ad remedium prouidiſti. Per dñm.

Dominica ante Aduentum. Officium.

DIcit dominus ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis: inuocabitis me: & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatẽ veſtrã de cunctis locis. ℣. Benedixiſti dñe terrã tuã: auertiſti captiuitatem Iacob. Oratio.

EXcita domine quæſumus potentiam tuam & veni: & quod eccleſię tuæ promiſiſti, vſq; in finem ſeculi clementer operare. Qui viui. ¶ Lectio Hieremiæ prophetæ. Ca.xxiij.

ECce dies veniunt dicit dominus: & ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ. Et regnabit rex & ſapiens erit: & faciet iudiciũ & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda: & Iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum: dñs iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dominus: & nõ dicent vltrà viuit dominus: qui eduxit filios Iſrael de terra Ægypti: ſed viuit dominus qui eduxit & adduxit ſemẽ domus Iſrael de terra aquilonis: & de cũctis terris ad quas eiecerã eos illuc. Et habitabũt in terra ſua: Dicit dñs omnipotens. ℟. Liberaſti nos domine ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt confudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſeculum. Alleluia. ℣. Lauda Ieruſalem dominum: lauda deum tuum Sion.

¶Euãge.ſecundũ.Ioannẽ.c.vj.

IN illo tempore: Cùm ſuble uaſſet oculos dominus Ieſus & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eũ: dicit ad Philippum. Vnde ememus panes: vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentãs eum: ipſe enim ſciebat: quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes nõ ſufficiunt eis: vt vnuſquiſq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius: Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnꝰ hîc: qui habet quinque panes hordeaceos: & duos piſces. Sed hæc quid ſunt inter tantos? Dixit ergo Ieſus. Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnũ multum in loco. Diſcubuerũt ergo viri numero quaſi quinq; millia. Accepit ergo Ieſus panes: & cùm gratias egiſſet: diſtribuit diſcumbentibus. Similiter ex piſcibus: quantum volebant. Vt autem impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. Colligite quæ ſuperauerũt fragmẽta: ne pereant. Collegerũt ergo: & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum: ex quinq; panibus hordeaceis: quæ ſuperfuerũt his qui manducauerãt. Illi ergo homines: cũ vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum: dicebant. Quia hic eſt verè propheta: qui venturus eſt in mundum. Credo. Offerto. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. Sacra.

SAcrificium tibi domine celebrandum placatus intende, quod & nos à vitijs noſtræ conditionis emundet, & tuo nomini reddat acceptos. Per dominum noſtrum. Commu. Amen dico vobis: quidquid orãtes petitis: credite quia accipietis: & fiet vobis. Poſt communionẽ.

ANimæ noſtræ quęſumus omnipotens deus diuino munere ſatiatæ: hoc potiantur deſiderio, vt à tuo ſpiritu inflammati: ante conſpectum venientis Chriſti filij tui velut clara luminaria fulgeamus. Per dominum noſtrum.

¶Feria iiij Lectio epiſtolę beati Ioannis apoſtoli.j. Capit.iij.

CHariſsimi: Nunc filij dei ſumus: & nondum apparuit

ruit quid erimus. Scimus quoniã cũ apparuerit ſimiles ei erimus: quoniã videbimus eũ ſicuti eſt. Et omnis qui habet ſpem hãc in eo: ſanctificat ſe: ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatũ: & iniquitatem facit. Et peccatũ eſt iniquitas. Et ſcitis quoniã ille apparuit vt peccata tolleret: & peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet: non peccat. Et omnis qui peccat: non vidit eum neq; cognouit eum. Filioli: nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt: ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatũ ex diabolo eſt: quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei: vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex deo peccatum non facit: quoniã ſemẽ ipſius in eo manet. Et nõ poteſt peccare: quia ex deo natus eſt.

¶Euange. ſecundũ Lucã. c.x.

In illo tẽpore: Dixit dn̄s Ieſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto vos: ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum: neq; peram neq; calceamẽta: & neminẽ per viã ſalutaueritis. In quancũque domum intraueritis: primùm dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis: requieſcet ſuper illum pax veſtra. Sin autem: ad vos reuertetur. In eadẽ autem domo manete: edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt em̄ operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quancũq; ciuitatem intraueritis & ſuſceperint vos: manducate quę apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa ſunt: & dicite illis. Appropinquauit in vos regnum dei. In quancunq; autem ciuitatẽ intraueritis & nõ receperint vos: exeuntes in plateas eius dicite. Etiam puluerẽ qui adhæſit nobis de ciuitate vr̄a: extergimus in vos. Tamẽ hoc ſcitote: quia appropinquauit in vos regnũ dei. ¶In honore omnium ſanctorum. Oratio.

Concede quæſumus omnipotens deus: vt interceſsio nos ſanctæ dei genitricis Mariæ, ſanctarumq; omniũ cęleſtiũ virtutũ: & beatorũ patriarcharũ prophetarũ apoſtolo-

rum martyrum confeſſorum, atq; virginum, & omnium electorum tuorum vbiq; lętificet: vt dum eorum merita recolimus: patrocinia ſentiamus. Per eundem. Sacra.

OBlatis dñe placare muneribus: & intercedente beata dei genitrice Maria cũ omnibus ſanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per eundem. Poſt communionem.

AVxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beata dei genitrice Maria cũ omnibus ſanctis tuis, ſempiterna protectione confirment. Per eundem.

¶ Alia poſt communio.

SVmpſimus domine beatæ Mariæ ſemper virginis & omnium ſanctorum tuorum commemorationem facientes ſacramenta cęleſtia: præſta quę ſumus, vt quod tẽporaliter gerimus: eorum precibus adiuti, æternis gaudijs conſequamur. Per eundem dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit.

¶ Canticum angelorum.

GLoria in excelſis deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi: ꝓpter magnã gloriam tuam. Domine deus rex cęleſtis deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Ieſu Chriſte. Domine deꝰ agnus dei: filius patris. Qui tollis peccata mũdi miſerere nobis. Qui tollis peccata mũdi: ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexteram patris miſerere nobis. Quoniã tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dominus. Tu ſolus altiſſimus: Ieſu Chriſte. Cũ ſancto ſpiritu in gloria dei patris. Amen.

¶ Gloria in feſtiuitatibus glorioſiſſimę virginis dei genitricis Mariæ.

GLoria in excelſis deo. Et in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex cęleſtis:

çeleſtis: deus pater omnipotẽs. Dñe fili vnigenite Ieſu Chriſte. Spiritus & alme orphanorum paraclete. Domine deus agnus dei filius patris. Primogenitus Mariæ virginis matris. Qui tollis peccata mundi: miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi ſuſcipe deprecationem noſtrã. Ad Mariæ gloriam. Qui ſedes ad dexteram patris miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus. Mariam ſanctificans. Tu ſolus dominus. Mariam gubernans. Tu ſolus altiſsimus. Mariã coronans Ieſu Chriſte. Cum ſancto ſpiritu in gloria dei patris. Amen.

Symbolum fidei.

CRedo in vnum deum. Patrem omnipotẽtem. Factorem cęli & terræ. Viſibiliũ omniũ & inuiſibiliũ. Et in vnũ dominum Ieſum Chriſtum: filium dei vnigenitum. Et ex patre natum: ante omnia ſecula. Deum de deo: lumen de lumine: deum verum de deo vero. Genitũ non factum: conſubſtãtialem patri: per quẽ omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcẽdit de cælis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine: & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato: paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die: ſecundũ ſcripturas. Et aſcẽdit in cælũ: ſedet ad dexterã patris. Et iterum venturus eſt cũ gloria: iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum dominum: & viuificantem. Qui ex patre filioq; procedit: qui cum patre & filio ſimul adoratur: & cõglorificatur: qui locutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctã catholicã & apoſtolicã eccleſiã. Confiteor vnum baptiſma in remiſsionẽ peccatorũ, & expecto reſurrectionẽ mortuorũ: & vitam futuri ſeculi. Amen.

¶ Poſt offertorium dicat inclinatus coram altari.

SVſcipe ſancta trinitas hãc oblationem quam tibi offero: in memoriã incarnationis: natiuitatis: paſ-

 ſionis:

ſionis:reſurrectionis:aſcenſioniſq; in cælum domini noſtri Ieſu Chriſti : & in veneratiõe beatiſsimæ ſemperq; virginis Mariæ:& omnium ſanctorum tuorum qui tibi placuerunt ab initio mundi : & eorum quorũ hodie cõmemorationem agimus:& eorum quorum hîc nomina ac reliquiæ habentur : vt illis proficiat ad honorem: nobis autem ad ſalutem : & vt illi omnes pro nobis intercedere dignẽtur in cælis: quorum nos memoriam agimus in terris. Qui viuis & regnas.

IN ſpiritu humilitatis & in animo cõtrito ſuſcipiamur dñe à te:& ſic fiat ſacrificiũ noſtrum:vt à te ſuſcipiatur hodie: & placeat tibi domine deus.

ORate fratres pro me : & ego pro vobis:vt meum pariterq; veſtrum ſacrificiũ acceptum ſit dño. ¶Præfatio.

PEr omnia ſecula ſeculorum.Amẽ. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo noſtro. Dignum & iuſtum eſt. Verè dignum & iuſtum eſt:æquum & ſalutare. Nos tibi ſemper & vbique gratias agere. Dñe ſancte pater omnipotẽs æterne deus: per Chriſtum dominũ noſtrũ. Per quem maieſtatem tuã laudant angeli : adorant dominationes:tremunt poteſtates. Cæli cælorumq; virtutes ac beata ſeraphin:ſocia exultatione cõcelebrant. Cum quibus & noſtras voces : vt admitti iubeas deprecamur:ſupplici confeſsione dicentes. Nonnullę præfationes hoc fine deſinũt. Et ideo cum angelis & archangelis cũ thronis & dominationib⁹. Cũ q́ue omni militia cæleſtis exercitus : hymnum gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus ſabbaoth. Pleni ſunt cæli & terra gloria tua : oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine domini: oſanna in excelſis.

¶Finiuntur quæ canonem miſſæ præcedunt.



¶ Quatuor in capis.

G Lo ri a in excel-

Quatuor in capis.

ſis de o.

Glo ria in excelſis

De beata virgine Maria.

de o.

G Lo ri a in excel-

Quatuor in capis.

ſis de o.


C Redo in vnum de um.

Sequuntur præfationes in feſtis quatuor in capis.

P Er omnia ſe-

cula ſeculorum. Amen.


Dominus vobiſcum. Et cum
ſpiritu tuo. Surſum
cor da. Habemus ad do
minum. Gratias a ga-
mus. domino de o no
ſtro. Dignum & iu-
ſtum eſt. Verè dignum
& iuſtum eſt: æquum
& ſa lu ta re.
Nos tibi ſemper & vbi-
que grati as a gere.
Domine ſancte pater omni


potens æter ne Deus:
per Chriſtũ dominũ no-
ſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ tuã
laudant ange li: a-
dorant domina ti o-
nes: tremunt po teſta-
tes. Cæli cælorumq;
virtu tes: ac bea ta
ſe raphin: ſoci a exul-
tati o ne concele-
brant. Cũ quibus & no-
ſtras voces vt admitti iu-


beas de precamur:ſuppli
ci confeſsio ne dicentes.
PEr omnia ſe cu
la ſeculorum. O re-
mus. Præceptis ſaluta-
ribus moniti: & diui
na in ſtituti one for
mati: audemus di cere.
Pater noſter qui es in cæ-
lis: ſanctifi cetur no
men tuum. Adueniat
regnum tuum. Fiat vo


lũtas tua: ſicut in cælo
& in ter ra. Panem
noſtrũ quotidianũ da no
bis hodi e. Et dimitte
nobis debita noſtra:
ſicut & nos dimittimus
debi toribus no ſtris.
Et ne nos inducas in-
tenta tio nẽ. Sed libe-
ra nos à malo. Pax do
mini ſit ſemper vo
biſcum.
In natali do
mini.

In natali domini præfatio.




nibus. Cumq; omni mi-
liti a cæleſtis exer-
citus:hymnũ gloriæ tu æ
canimus ſine fi ne di-
centes.
In Epiphania domini præfa tio.
ETerne deus. Quia
cùm vnigenitus tuus in
ſubſtantia noſtræ morta-
litatis ap paruit: in
noua nos immortalitatis
ſuæ lu ce re pa rauit.
Et ide o.
In Paſcha.


EQuũ & ſa lutare.
Te quidẽ omni tem
pore:ſed in hac potiſsimũ
die glorioſiùs prædi-
ca re:cũ paſcha noſtrũ im
molatus eſt Chriſtus. Ipſe
enim verus eſt agnus,
qui abſtulit pecca ta mun
di. Qui mortẽ noſtrã morien-
do deſtruxit: & vitã re-
ſurgendo re pa rauit.
Et ide o.


In Aſcenſione domini præfatio.
ETerne de-
us: per Chriſtũ domi-
nũ noſtrũ. Qui poſt reſur-
rectionem ſuam omni-
bus diſcipulis manifeſtus
ap pa ruit: & ipſis
cernentibus eſt ele-
uatus in cælum: vt nos
diui nitatis ſuæ tribue-
ret eſ ſe parti cipes.
In honore ſancti ſpiritus.
Et ide o.
E Terne de us:


per Chriſtũ dominũ no-
ſtrũ. Qui aſcendẽs ſuper om-
nes cælos: ſedenſq; ad
dexteram tuam: promiſſum
ſpiritum ſanctum hodier-
na di e: in filios ado
ptio nis effudit. Qua pro
pter profuſis gaudijs to-
tus in orbe terrarũ mun
dus e xultat: ſed & ſu-
pernę virtutes atque an-
gelicę po te ſtates:


hymnũ gloriæ tu æ
concinunt:ſine fi ne di
centes.
In honorem ſan ctæ Trinitatis.
ETer ne deus. Qui
cum vni genito fi lio
tuo & ſpiritu ſancto: vnus
es deus vnus es do-
minus. Nõ in vnius ſingu
lari tate per ſonæ: ſed
in vnius trinita te ſub-
ſtãtiæ. Quod enim de tua
gloria reuelante te cre


dimus hoc de fili o tu o
hoc de ſpiritu ſancto:ſine
differétia diſcretio nis
ſentimus. Vt in confeſsio
ne verę ſempiterneq; dei-
tatis & in perſonis propri-
etas: & in eſſenti a vni-
tas:& in maieſtate ado-
re tur æqua litas. Quem
laudāt angeli atq; archan
geli:cherubin quoq; ac ſe-
raphin:qui nō ceſſant clama


re co ti die: vna
vo ce dicentes.
Qua-tuor in capis.
ETerne deus. Cuius
fidei virtute Athleta
& confeſſor tuus Bene-
dictus, tibi ſoli place-
re cupiens, mũdanos
faſtus & delici as te
opi tu lante de ſpe-
xit,& in apoſto lica
diſciplina, quod verbis do-
cue rat, aſtruxit exem-


plis: & ſignis mirabi li,
bus confirmauit. Vnde
ſpeculũ bonorũ operum
fa ctus mundo, mentes
hominũ potẽter induxit
ad ſequenda ve ſtigi a
Ieſu Chriſti domi ni
no ſtri. Per quem.
In honorẽ virginis mariæ.
E Ter ne de us. Et
te in venerati onẽ bea
tæ Mari æ: exultan-
tibus animis laudare:


benedice re & prædi-
care. Quę & vnigenitum
tuum ſancti ſpiritus obũ
bratione concepit: &
virginitatis gloria perma
nẽte huic mũdo lumẽ ęter
nũ ef fudit:Ieſum Chriſtũ
dominum noſtrũ.P er quẽ
maieſtatem tuam lau
dant angeli:adorant do
mina ti o nes:tremũt
poteſta tes. Cęli cælorũ


que virtutes ac be a ta
ſe raphin: ſocia exul-
tati o ne concelebrant.
Cũ quibus & noſtras vo-
ces: vt admitti iubeas de-
precamur: ſupplici confeſ
ſio ne dicentes.
De apo-
ſtolis.
E Quũ & ſa lu ta re.
Te domine ſuppliciter
ex o ra re: vt gregem
tuum paſtor æter ne
non deſeras: ſed per bea-



tos apoſtolos tu os con
tinua protectio ne cu
ſtodi as. Vt ijſdem re-
ctoribus guberne tur:
quos operis tui vicari os
eidem contuli ſti:præ eſ
ſe paſtores. Et ide o cum
angelis & archangelis: cum
thronis & dominati oni-
bus. Cũq; omni militi a cæ
leſtis e xer citus:hymnũ
gloriæ tu æ canimus ſi


De feſtis ſanctæ Crucis.
ne fi ne dicentes.
E Ter ne deus. Qui ſa-
lutem humani generis
in ligno crucis conſti
tu i ſti: vt vnde mors
o ri e ba tur: inde
vi ta reſur geret:
& qui in ligno vin ce
bat: in ligno quoque
vin ce re tur. Per
Chriſtum.
De ſancto Rocho, & pro peſte.
E Terne deus. Qui


imminentē Niniuitis in
te ritum: ſola miſeri-
cordia tu a reuoca-
ſti. Quibus etiam propi-
ciator e xi ſtens: erro-
ris cōmiſsi pœnitētiam præ
ſti tiſti. Huic etiam quę
ſumus populo tu o: ante
cōſpectū maieſtatis tuæ pro
ſtrato & oran ti: tribue
ſanitatem. Et quē de ſy-
derat: pręſta liberati o nis



effectū. Vt quos vnigeniti
tui pretioſo ſanguine rede
miſti dirę mortalitatis flagel
lo: nō patiaris in te rire
per eundē Chr̄m dominum
noſtrū. P er quē.
Duo in capis & in albis.
Glo
Duodecim lectio. & duo in albis.
ria in excelſis de o.
Glo ri a in excelſis deo.
xij. lectionum.
Gloria in excelſis deo.
xij. lectionum.
Credo in vnum deū.
Pręfatio communis.
Per omnia ſecula
ſeculorū. Dn̄s vobiſcū.


Surſum corda. Gratias aga-
mus domino deo noſtro.
Verè dignum & iuſtũ eſt:
æquum & ſalutare. Nos
ti bi ſemper & vbique
gratias age re. Domi-
ne ſancte pater omnipotēs
æterne deus:Per Chriſtum
dominũ noſtrũ. Per quē maie
ſtatem tuam laudant ange-
li: adorant domina-
tio nes:tremunt pote





In feſtis de duo in capis, & duodecim lectionum, & in diebus ferialibus.




mati: audemus dicere.
Pater noſter qui es in cælis:
ſanctificetur nomẽ tuum.
Adueniat regnũ tuũ. Fiat
voluntas tua ſicut in cæ
lo & in terra. Panem
noſtrum coti dianum
da nobis hodi e: & di-
mitte nobis debita no
ſtra: ſicut & nos dimitti
mus debitoribus noſtris.
Et ne nos inducas in-


tentationem. Pax domini
ſit ſemper vobiſcū.
In natali domini diebꝰ priuatis
Eterne deus. Quia per in
carnati verbi myſterium:
noua mentis noſtræ ocu-
lis: lux tuæ clarita tis
infulſit. Vt dum viſi bili
ter deum cognoſcim' per
hūc in inui ſibi lium amo-
rem rapiamur. Et ide o
cum angelis & archange
lis: cum thronis & domi-


nati onibus. Cũq; omni
militia cæleſtis exerci-
tus: hymnũ gloriæ tuæ ca-
nimus ſine fine dicentes.
In Epiphania dñi per octa.
ETerne deus.
Quia cùm vnigenitus tuus
in ſubſtãtia noſtræ mortali
tatis apparuit: in noua nos
immortalitatis ſuæ luce
reparauit. Et ide o cum
angelis & archangelis cum
thronis & dominationibus.


Cumq; omni mili tia
cæleſtis exercitus:hymnũ
gloriæ tuæ canimus:ſi
ne fine dicentes.
In paſcha diebus priuatis.
EQuũ & ſalu tare.
Te quidẽ omni tempore:
ſed in hac potiſsimũ die
glorio ſius prædicare:
cũ paſcha noſtrũ immolatus
eſt Chriſtus. Ipſe enim ve
rus eſt agnus:qui abſtulit
peccata mundi. Qui mor-


tem noſtram moriendo
deſtruxit: & vitam reſur
gendo repa ra uit.
De ſancta Cruce.
Et ide o.
Eterne deus. Qui ſa-
lutem humani generis in
ligno crucis conſtituiſti:
vt vnde mors orie batur:
inde vita reſurgeret. Et
qui in ligno vincebat: in
ligno quoque vinceretur:
per Chriſtũ dominũ noſtrũ.


In Aſcenſione domini per octauas.
Per quem.
ETerne deus:per Chriſtum
dominũ noſtrũ. Qui poſt re-
ſurrectionem ſuam omni-
bus diſcipulis manifeſtus ap-
pa ruit: & ipſis cernen-
tibus eſt eleuatus in cæ
lum: vt nos diuinitatis ſuæ
tribueret eſſe participes.
De ſancto ſpiritu, per octa. poſt priores iiij. dies.
Et ide o.
ETerne deus:per Chriſtũ
dominũ noſtrũ. Qui aſcen


dens ſuper omnes cælos: ſe-
denſq; ad dexterã tuam:pro
miſſum ſpiritũ ſanctũ hodier
na die: in fi lios ado-
ptio nis effudit. Qua pro
pter profu ſis gaudijs
totus in orbe ter ra-
rum mundus exul tat:
ſed & ſupernæ virtu tes
atque angelicæ pote-
ſtates: hymnum gloriæ
tuæ concinunt:ſine

De glorioſa ſancta Trinitate diebus priuatis.



ſerentia diſcretionis ſen-

timus. Vt in confeſsione

verę ſempiternęq; deitatis:

& in perſonis proprietas:

&in eſſentia vnitas:

& in maieſtate ado-

retur æqualitas. Quem

laudant angeli atq; ar-

changeli:cherubin quoq;

ac ſeraphin: qui non ceſ

ſant clamare cotidi e

vna voce dicentes.

Diebus octauarum, & commemorationis ſancti Benedicti Abbatis patris noſtri.

ETerne deus. Cuius fidei virtute athleta & confeſſor tuus Benedictus: tibi ſoli placere cupiens, mundanos faſtus & delicias te opitulante deſpexit. Et in apoſtolica diſciplina quod verbis docuerat, aſtruxit exemplis: & ſignis mirabilibus

confirmauit. Vnde ſpecu

lum bonorum operũ fa-

ctus mundo, mentes homi

num potenter induxit ad

ſequẽda veſtigi a Ieſu

Chriſti domini no-

ſtri. P er quem.

In honore apoſto-
ſtolorũ, & euangel
& in octauis corũ
diebus priuatis.

E Quum

& ſalutare. T e domine

ſupplíciter exora re: vt

gregẽ tuum paſtor æterne

non deſeras: ſed per beatos


apoſtolos tuos: continua
protectione cuſtodias.
Vt ijſdem rectoribus gu-
bernetur: quos operis tui
vicarios eidem contuliſti:
præeſſe paſtores Et ide o
cũ angelis & archãgelis:
cum thronis & dominatio-
nibus. Cumq; omni mili-
tia cæleſtis exerci-
tus: hymnum gloriæ tuæ
canimus: ſine fine di-


De beata Maria, in miſsis.xij.lectionu & per octauas.
centes.
E Terne deus. Et te in
venerati onem beatæ
Mariæ exultantibus ani-
mis laudare: benedicere
& prædicare. Quæ &
vnigenitum tuum ſancti
ſpiritus obumbratione con
cepit: & virginita tis
gloria permanēte: huic
mundo lumen æternum
effudit: Ieſum Chriſtum


dominum noſtrum. Per
quem maieſtatem tuam lau
dant angeli: adorant do
minationes: tremunt po
teſtates. Cæ li cælo-
rumq; virtutes ac bea
ta ſeraphin: ſoci a
exultati one concele-
brant. Cum quibus & no-
ſtras voces: vt admit
ti iubeas depreca-
mur: ſupplici confeſſio-


De ſancto Rocho, & pro peſte.
ne dicentes.
Eterne deus. Qui immi-
nentẽ Niniuitis inte ri-
tũ ſola miſericordia
tua reuocaſti. Quibus e-
tiam propiciator exiſtés:
erroris cómiſsi pœnitétiam
præſtitiſti. Huic etiam
quęſumus populo tuo ante
conſpectum maie ſtatis
tuæ proſtrato & oran-
ti tribue ſanitatem.


Et quem deſiderat præſta
libera tionis effectũ.
Vt quos vni geni ti p
tui pretio ſo ſanguine
redemiſti: diræ mortali-
tatis flagello:non patia-
ris interire: per eundem
Chriſtum dominũ noſtrũ.
Per quem.
In Quadra-
geſima.
ETerne deus. Qui corpora-
li ieiu nio viti a cõpri-
mis:mentẽ eleuas: virtutẽ


largiris & præmia: per
Chriſtũ dominũ noſtrum.
Per quem.
Quatuor in capis.
Ite miſ-
ſa eſt.
Quatuor in capis.
Ite
Quatuor in capis.
miſſa eſt.
Ite
Duo in capis.
miſſa eſt.
Ite
miſſa eſt.
Duo in capis.
Ite
miſ ſa eſt.


xij. lect.
I te miſ-
ſa eſt.
In reſurrecti. iiij. in capis.
I te miſ ſa eſt al
le lu ia al-
le luia.
Quatuor in capis.
I te
miſſa eſt al le lu ia:al-
le luia.
Duo in capis.
I te miſ
ſa eſt al le luia.
Duo in capis.
I te miſ-
ſa eſt al le luia.
Quatuor in capis.
BEnedicamus do-


mino.
Benedi ca mus do-
Duo in ca pis.
Benedica mus
mino.
xij. lectio num.
do mino.
Duo in capis.
Benedicamus do m ino.
Benedi ca mus
In reſur rectio. duo in capis.
B enedi ca mus
do
do mino alle luia.
mino.
Duo in capis.
xij. lectio.
B ene di camus


domino al le luia
alle luia.
Ferialis.
Benedicamus dño alleluia.
In dicbus ferialib⁹. Benedicamus domino.
Ferialis. Benedicamus domino.
In Quadrageſima. Flectam' genua leuate.
Humiliate capita vr̃a deo.
In natiuitate dñi. Verbũ patris hodie
Proceſsit ex virgine: virtutes an
gelicæ: cũ canore iubilo. Be
nedi cunt domino.
In Epiphania.
Stella fulget hodie quę duxit


ad pręſepe magos ab orien
te nos inuēto pue ro. Be
nedi ca mus domino.
In Aſce ſione do mini.
S aluator mūdi ho
die cęlos aſcēdit verè: vt
credimus oēs cū canoro iu
bi lo. Be nedi camus
domino.
In aſſum ptione beatæ Mariæ.
V irgo
mater hodie aſſumpta in corpo
re: eſt vt credim⁹ verè: vn
de corde iubi lo. Bene-
di camus do mino.

Tulit quoq; Abraham ligna holocauſti: & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe verò portabat in manibus ignem & gladium. Gene. 22.



Et quidem cùm eſſet filius dei, didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam: & conſummatus: factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis ęternę. Ad Heb. 5.



E igitur clementiſsimepater:per Ieſum Chriſtum filium tuum dominum noſtrũ ſupplices rogamus ac petimus: vti accepta habeas: & benedicas. Hæc ✠ dona. Hęc ✠ munenera. Hæc ✠ ſacroſancta ſacrificia illibata. ¶ Imprimis quę tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta catholica: quam pacificare: cuſtodire: adunare: & regere digneris toto orbe terrarum: vnà cũ famulo tuo papa noſtro. N. & antiſtite noſtro: atq; rege noſtro. N. & omnibus orthodoxis:atq; catholicę & apoſtolicæ fidei cultoribus.

MEmento dñe famulorum famularumq; tuarum. N.N. & omnium circunſtantiũ:atq; omnium fideliũ chriſtianorũ quorũ tibi fides cognita eſt & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerũt hoc ſacrificiũ laudis:pro ſe ſuiſq; omnibus:pro redemptione animarũ ſuarũ:pro ſpe ſalutis & incolumitatis

ſuę: tibiq; reddũt vota ſua æterno deo viuo & vero.

COmmunicantes & memoriã venerãtes. Imprimis glorioſæ ſemperque virginis Marię genitricis dei & domini noſtri Ieſu Chri. Sed & beatorum apoſtolorũ ac martyrum tuorũ Petri. Pauli. Andreæ. Iacobi. Ioannis. Thomæ. Iacobi. Philippi. Bartholomęi. Matthęi. Simonis & Thaddęi. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurẽtij. Griſogoni. Ioannis & Pauli. Coſmæ & Damiani. Et omnium ſanctorum tuorum: quorum meritis precibuſque cõcedas: vt in omnib⁹ protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtrę: ſed & cunctæ familiæ tuę quęſumus dñe vt placatus accipias: dieſq; noſtros in tua pace diſponas: atq; ab æterna dãnatione nos eripi: & in electorum tuorũ iubeas grege numerari. Per Chriſtum dominum noſtrum.

QVam oblationem tu deus in omnibus quę ſumus. Bene ✠ dictam. Aſcri ✠ ptam. Ra ✠ tam. Rationabilem acceptabilemq; facere digneris: vt nobis cor ✠ pus & ſan ✠ guis fiat dilectiſsimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti.

QVi pridie quàm pateretur: accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: & eleuatis oculis in cælum: ad te deum patrem ſuum omnipotentẽ: tibi gratias agens. Bene ✠ dixit: fregit: deditque diſcipulis ſuis dicens. Accipite: & manducate ex hoc omnes.

HOc eſt enim corpus meum.

SImili modo poſtquam cœnatum eſt: Accipiens & hunc præclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. Item tibi gratias agens. Bene ✠ dixit deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite: & bibite ex hoc omnes.

HIc eſt enim calix ſanguinis mei: noui & æterni teſtamenti: myſteriũ fidei qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.

Hęc quotienſcunq; feceritis, in mei memoriã facietis.

VNde & memores dñe nos ſerui tui: ſed & plebs tua ſancta eiuſdẽ Chriſti filij tui domini dei noſtri tam beatæ paſsionis: necnon & ab inferis reſurrectionis: ſed & in cælos glorioſæ aſcenſionis: offerimus pręclarę maieſtati tuæ de tuis donis ac datis. Hoſtiam ✠ puram. Hoſtiam ✠ ſanctam. Hoſtiam ✠ immaculatã. Panẽ ✠ ſanctum vitę ęternæ: Et cali ✠ cem ſalutis perpetuæ.

SVpra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere dignare: & accepta habere

bere

bere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel:& ſacrificiũ patriarchę noſtri Abrahę: & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech:ſanctum ſacrificiũ immaculatam hoſtiam.

SVpplices te rogamus omnipotẽs deus: iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum: in cõſpectu diuinæ maieſtatis tuę: vt quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum filij tui Cor ✠ pus & ſan ✠ guinẽ ſumpſerimus. omni benedictione cæleſti & gratia repleamur. Per eundem.

MEmẽto etiam domine famulorũ famularumque tuarum. N. N. Qui nos præceſſerunt cũ ſigno fidei: & dormiũt in ſomno pacis. Ipſis domine & omnibus in Chriſto quieſcẽtibus:locum refrigerij:lucis & pacis: vt indulgeas deprecamur. Per eundem Chriſtum.

NObis quoq; peccatoribus famulis tui de multitudine miſerationũ tuarum ſperantibus:partẽ aliquam & ſocietatem donare digneris cũ tuis ſanctis apoſtolis & martyribus:cũ Ioanne. Stephano. Mathia. Barnaba. Ignatio. Alexandro. Marcellino. Petro. Fœlicitate. Perpetua. Agatha. Lucia. Agnete. Cęcilia. Anaſtaſia. Et cum omnibus ſanctis tuis. Intra quorũ nos conſortium non æſtimator meriti:ſed veniæ quæſumus largitor admitte. Per Chriſtum dominum noſtrum.

PEr quem hæc omnia domine ſemper bona creas. Sãcti ✠ ficas: viui ✠ ficas:bene ✠ dicis & præſtas

ſtas nobis. Per ip ✠ ſum. Et cũ ip ✠ ſo. Et in ip ✠ ſo eſt tibi deo patri omni ✠ potẽti in vnitate ſpiritus ſancti ✠ omnis honor & gloria.

PEr omnia ſecula ſeculorum. Amen. Oremus. Præceptis ſalutaribus moniti: & diuina inſtitutione formati audemus dicere.

PAter noſter qui es in cęlis: ſanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnũ tuum. Fiat voluntas tua: ſicut in cælo & in terra. Panem noſtrum cotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

LIbera nos quæſumus domine ab omnibus malis: præteritis pręſentibus & futuris. Et intercedẽte beata & glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria: & beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo atque Andrea cum omnib⁹ ſanctis tuis. Da propitius pacẽ in diebus noſtris: vt ope miſericordiæ tuæ adiuti: & à pecato ſimus ſemper liberi: & ab omni perturbatione ſecuri. Per eũ.

PEr omnia ſecula ſeculorũ. Amẽ. Pax domi ✠ ni ſit ſem ✠ per vobi ✠ ſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mũdi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.

HÆc ſacroſancta cõmixtio corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti: fiat mihi ſumenti & omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis: & ad vitam capeſſendã æternam præparatio ſalutaris. Per eundem dominum.

DOmine Ieſu Chriſte fili dei viui: qui ex voluntate patris: cooperāte ſpiritu ſancto per mortem tuam mundū viuificaſti: libera me per hoc ſacrum corpus & ſanguinē tuū à cūctis iniquitatibus & ab vniuerſis malis meis: & fac me tuis obedire præceptis: & à te nunquam imperpetuum ſeparari. Qui cum eodem patre & eodem ſpiritu ſancto viuis: & regnas deus. Per.

DOmine ſancte pater omnipotēs æterne deus: da mihi hoc corpus & ſanguinē filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti ita dignè ſumere: vt merear per hoc remiſſionem omniū peccatorum meorum accipere: & tuo ſancto ſpiritu repleri. Qui viuis.

PErceptio corporis & ſanguinis tui dn̄e Ieſu Chriſte quæ indignus ſumere pręſumo: non mihi proueniat in iudicium neq; in condemnationem: ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mētis & corporis. Qui viuis & regnas.

GRatias tibi ago omnipotens pater: qui me ſatiare dignatus es corpore & ſanguine filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti: & ideo peto: vt hæc ſancta communio non ſit mihi ad iudicium: nec ad condēnationē: ſed proficiat mihi ad ſalutem & remedium animæ meæ. Per eundem dominū noſtrum Ieſum Chriſtum.

PLaceat tibi ſancta trinitas obſequiū ſeruitutis meæ: & pręſta vt hoc ſacrificiū quod oculis tuæ maieſtatis indignus obtuli: tibi ſit acceptabile: mihique & omnibus pro quibus illud obtuli: ſit te miſerante propitiabile. Qui viuis & regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Hoc expleto, vertit ſe ad populum: & dat benedictionem dicēs. In vnitate ſancti ſpiritus: benedicat vos pater & filius. Amen. Cętera vide ſuprà in regulis generalibꝰ ad Miſſale pertinentibus.

INCIPIT COMMVne omnium ſanctorum.

¶ Incipit vigilia pluri. Apoſtolorum. Officium.

INtret in cõſpectu tuo domine gemitus cõpeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctorũ tuorũ: qui effuſus eſt. ℣.Deus venerunt gentes in hæreditatem tuã: polluerunt templum ſanctum tuũ: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodia. Oratio.

COncede quæſumus omnipotẽs deus: vt ſicut apoſtolorũ tuorũ N.& N. glorioſa natalitia præuenimus. ſic ad tua beneficia promerenda: maieſtatẽ tuã pro nobis ipſi pręueniãt.Per. Ep̃la.Iuſtorũ aiæ. fo. ccxxvj. ℟. Vindica dñe ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ: qui effuſus eſt. ℣. Poſuerũt mortalia ſeruorũ tuorum eſcas volatilibus cęli: carnes ſanctorũ tuorũ beſtijs terrę. Si fuerit dñica. All'a. ℣.In omnẽ terrã exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorũ. Euãge. Ego ſum vitis. fol ccxlij. Offert. Exultabũt ſancti in gloria: lætabũtur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Sacra.

MVneribus nr̃is dñe apoſtolorum N. & N. feſta pręcedimus: vt qui conſcientię nr̃æ præpedimus obſtaculis. illorũ meritis grati reddamur. P. Cõio. Iuſtorũ animæ in manu dei ſunt: & nõ tanget illos tormẽtũ malitiæ: viſi ſunt oculis inſipiẽtiũ mori: illi autẽ ſunt in pace. Poſt cõm.

SVmpto dñe ſacramẽto ſuppliciter deprecamur: vt intercedentibus beatis apoſtolis tuis. quod tẽporaliter gerimus: ad vitã capiamus æternã. Per.

In vigilia vnius apoſtoli. Officium.

EGo autem ſicut oliua fructificaui in domo dñi: ſperaui ĩ miſericordia dei mei:

& expectabo nomẽ tuũ:quoniã bo
nũ eſt ante cõſpectũ ſanctorũ tuo-
rum. ℣. Quid gloriaris in malitia:
qui potens es in iniquitate? Orõ.

DAnobis op̃s deus: vt bea
ti N. apoſtoli tui quam
prę uenimus venerãda ſolenni
tas.& deuotionẽ nobis augeat
& ſalutẽ.Per. Epľa. Beatus ho-
mo. vt ĩ vigi.ſ.Matth. mẽſe Se
ptẽb. ℟. Iuſtus vt palma florebit:ſi
cut cedrus libani multiplicabitur in
domo dñi. ℣. Ad annũtiãdũ manè
miſericordiã tuã:& veritatẽ tuã per
noctẽ. Si fue.dñica. Alľa. ℣. Hoc
eſt præceptũ meũ: vt diligatis inui
cẽ ſicut dilexi vos. Euã. Hoc eſt
prę. fo.ccxxiiij. Offer. Gloria &
honore coronaſti eũ:& conſtituiſti
eũ ſup opa manuũ tuarũ dñe. Sac.

APoſtolici reuerentia cul-
minis offerẽtes ſacra my
ſteria quæſumus dñe: vt beati
N. apoſtoli ſuffragijs cuius na-
talitia præuenimus. hæc plebs
tua ſemper & ſua vota depro-
mat:& deſiderata percipiat. P.
Cõ. Poſuiſti dñe in capite eius co
ronã de lapide pretioſo. Poſt cõ.

BEati N. apoſtoli quæſum'
dñe ſupplicatione placa-
tus:& veniã nobis tribue. & re
media ſempiterna cõcede.Per.

❧ In natali vnius Euangeliſtæ. Officium.



IN medio eccle
ſiæ aperuit os
eius:& impleuit eũ
ſpiritu ſapiẽtię & in
tellectus:ſtola glo
riæ induit eum. ℣.
Iucũditatẽ & exultationẽ theſauri-
zauit ſuper eũ.Gloria patri. Orõ.

ECcleſiã tuã dñe benignus
illuſtra: vt beati N. euãge-
liſtæ illuminata doctrinis. ad
dona perueniat ſempiterna.P.
Epľa. Similitudo. fo. ccxxij. ℟.
Nimis honorati ſunt amici tui deus
nimis cõfortatus eſt principatus eo
rũ. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper
arenã multiplicabuntur. Alľa. ℣.
Primus ad Siõ dicet: ecce aſſum: &
Ieruſalẽ euangeliſtã dabo. In.lxx.
Tract. Deſideriũ animæ eius tri-
buiſti ei: & volũtate labiorum eius
nõ fraudaſti eũ. ℣. Quoniã prę ue-
niſti eũ in benedictio. fol. ccxxij.
Euang. Ecce ego. fol. ccxxiiij.
Offer. Mihi autẽ nimis honorifi-
cati ſunt amici tui deus:nimis cõfor

tatus eſt principatus eorũ. Sacra.

HÆc hoſtia dñe quæſumus emũdet noſtra delicta: & ad ſacrificiũ celebrãdũ. ſubditorũ tibi corpora mẽteſq; ſanctificet.Per. Cõ. Lętabitur iuſtus in dño & ſperabit in eo: & laudabuntur oẽs recti corde. Poſt cõ.

REfecti cibo potuq; cęleſti dñe deus noſter te ſupplices deprecamur: vt in cui' hæc cõmemoratione percepimus. eius muniamur & precibus. p̱.

In natali pluri. Apoſtolorum. Officium.

MIhi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. ℣. Domine probaſti me: & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã & reſurrectionem meã. Oratio.

DA nobis quæſumus dñe deus noſter: beatorum apoſtolorum tuorum N.& N. interceſſionibus ſubleuari. vt per quos eccleſiæ tuæ ſuperni muneris rudimẽta donaſti: per eos ſubſidia perpetuæ ſalutis impẽdas.Per. Eplã. Iam nõ. fo. ccxxiij. ℞. In omnem terrã exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorũ. ℣. Cęli enarrãt gloriã dei: & opera manuũ eius annuntiat firmamẽtũ. Alla. ℣. Stabunt iuſti in magna cõſtãtia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. In.lxx. Tract. Qui ſeminant in lachrymis: in gaudio metẽt. ℣. Eũtes ibãt & flebãt: mittentes ſemina ſua. ℣. Veniẽtes autẽ veniẽt cũ exultatione: portantes manipulos ſuos. Euang. Hoc eſt prę. fo.ccxxiiij. Offer. Cõſtitues eos principes ſuper oẽm terrã memores erunt nominis tui dñe: in omni ꝓgenie & gñratione. Sacra.

GLoriã dñe ſanctorũ apoſtolorũ. N. & N. perpetuã recolẽtes: quæſumus vt eãdem ſacris myſterijs expiati. digniùs celebremus. Per. Cõmu. Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cùm ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael. Poſt cõmu.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: & apoſtolorũ tuorum N. & N. nos tuere præſidijs. quorum donaſti fideles eſſe doctrinis. Per dominum.

¶ In

In natali vnius Apoſtoli. Officium.

MIHI autē nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dn̄e probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionē meā & reſurrectionē meā. Oro.

QVæſumus omnipotens deus: vt beatus N. apoſtolus tuū pro nobis imploret auxiliū: vt à noſtris reatibus abſoluti: à cūctis etiā periculis eruamur. Per. Epiſto. Exurgens, infra. fo ccxxiiij. ℟. Cōſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erūt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Per manus autem apoſtolorum fiebant ſigna: & prodigia magna in populo. In .lxx. Tract. Deſideriū animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius coronā de lapide pretioſo. Euāg. Miſit dn̄s Ieſus. infra. fo ccxxiiij. Offer. In omnē terrā exiuit ſonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorū. Sacra.

OFferimus tibi dn̄e preces & munera: quę vt tuo digna ſint cōſpectui. apoſtoli tui N. quęſumus precibus adiuuemur. Per. Cōmunio. Vos qui reliquiſtis omnia: & ſecuti eſtis me: cētuplum accipietis: & vitam æternā poſſidebitis. Poſt communio.

PErceptis dn̄e ſacramentis ſuppliciter exoramus: vt intercedente beato N. apoſtolo tuo quæ pro illius venerāda gerimus paſsione: nobis proficiant ad medelam. Per dn̄m.

Epiſtola pro natali Euangeliſtarum.

¶ Lectio Ezechie. prophe. c. j.

SImilitudo vultus q̄tuor aīalium. Facies hoīs & facies leonis: à dextris ipſorū quatuor. Facies aūt bouis: à ſiniſtris ipſorū quatuor. Et facies aquilæ: deſup ipſorū quatuor. Et facies eorū & pēnę eorū: extētæ deſup. Duæ pēnę ſingulorū iūgebant: & duę tegebāt corpora

pora eorum. Et vnumquodq; eorum coram facie ſua ambulabat. Vbi erat ſpiritus impetus illuc gradiebantur: & non reuertebãtur cùm ambularent. Et ſimilitudo animaliũ & aſpectus eorum: quaſi carbonum ignis ardentium: & quaſi aſpectus lãpadarũ. Hæc erat viſio: diſcurrens in medio animaliũ. Splendor ignis: & de igne fulgur egrediẽs. Et animalia ibãt & reuertebantur: in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.

Epiſtolæ pro natali Apoſtolorũ.

¶ Ad Epheſios. Capite. ij.

FRatres: Iam non eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum: & domeſtici dei. Superædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarũ: ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. In quo omnis ædificatio cõſtructa: creſcit in templum ſanctum in domino. In quo & vos coædificamini in habitaculũ dei: in ſpiritu ſancto.

¶ Alia ad Roma. c. viij. Maior.

FRatres: Scimus quoniam diligẽtibus deum omnia cooperãtur in bonum: his qui ſecundũ propoſitũ vocati ſunt ſancti. Nã quos pręſciuit & prędeſtinauit: cõformes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prędeſtinauit: hos & vocauit: & quos vocauit: hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit: illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis: quis cõtra nos? Qui etiã proprio filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo nõ etiam cum illo: omnia nobis donauit? Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat: quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt: imò qui & reſurrexit: qui eſt ad dexteram dei: qui etiã interpellat pro nobis? Quis ergo nos ſeparabit à charitate dei? Tribulatio an anguſtia: an perſecutio an fames: an nuditas: an periculum an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Quia propter te morte affi-

cimur

cimur tota die: ęſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus: propter eũ qui dilexit nos. Certus ſum etenim: quia neq; mors neque vita: neq; angeli neq; principatus neq; virtutes: neq; inſtantia neq; futura: neq; fortitudo: neque altitudo neq; profundum: neq; creatura alia: poterit nos ſeparare à charitate dei. Quæ eſt in Chriſto Ieſu: dño noſtro.

¶ Ad Epheſios. Capite.iiij.

FRatres: Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia: ſecundùm mẽſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit. Aſcẽdens in altum captiuam duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus. Quòd autem aſcendit: quid eſt niſi quia & deſcendit primùm: in inferiores partes terræ? Qui deſcendit: ipſe eſt & qui aſcendit ſuper oẽs cælos: vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos: quoſdam autem prophetas: alios verò euangeliſtas: alios autem paſtores & doctores: ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij: in ædificationẽ corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei: & agnitionem filij dei. In virũ perfectum: in menſuram ætatis: plenitudinis Chriſti.

¶ Ad Romanos.c.viij. Minor.

FRatres: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperãtur in bonum: his qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit & prædeſtinauit: cõformes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autẽ prædeſtinauit: hos & vocauit: & quos vocauit: hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit: illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis: quis cõtra nos? Qui etiam proprio filio ſuo nõ pepercit: ſed pro nobis omnibus: tradidit illum.

¶ Lectio Actuũ apoſtolo. c.v.

IN diebus illis: Conſenſerũt ſcribæ & phariſæi: & vocantes apoſtolos: cæſis denũtiauerunt: ne omnino loquerẽtur in nomine Ieſu: & dimiſerũt eos. Et illi quidem ibant gaudẽtes à conſpectu concilij: quoniam

dígni

digni habiti ſunt: pro nomine Ieſu contumeliam pati. Omni autẽ die: in templo & circa domos non ceſſabant: docentes & euangelizantes: Ieſum Chriſtum. ¶ Lectio actuum apoſtolorum. Capite.v.

IN diebus illis: Exurgẽs princeps ſacerdotum & omnes qui cum illo erant: quę eſt hęreſis Sadducæorũ: repleti ſunt zelo: & iniecerũt manus in apoſtolos: & poſuerũt eos in cuſtodia publica. Angelus autẽ dñi per noctẽ aperiens ianuas carceris: & educens eos dixit. Ite: & ſtantes in templo: loquimini plebi oĩa verba vitæ huius. Qui cũ abijſſent: intrauerũt diluculo in templo: & docebant.

Euangelia pro natali Apoſtolorum.

¶ Secũdùm Ioannẽ. Cap.xv.



IN illo tempore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt pręceptum meũ: vt diligatis inuicẽ: ſicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet: q̃ vt animã ſuã quis ponat pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam nõ dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dñs eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à patre meo: nota feci vobis. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Vt quodcunq; petieritis patrẽ in nomine meo: det vobis. ¶ Euãgeliũ ſecundùm Ioannem. Cap.xv.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Hæc mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mũdus vos odit: ſcitote quoniam priorem me vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis: mundus quod ſuum erat diligeret: quia verò de mundo nõ eſtis: ſed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Memẽtote ſermonis mei: quem ego dixi vobis: non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt: & vos perſequentur. Si ſermonem meũ ſer

uauerunt: & veſtrū ſeruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meū: quia neſciunt eum qui miſit me. Si nō veniſſem & locutus fuiſsē eis: peccatum nō haberent. Nunc autē: excuſationem nō habent de peccato ſuo. Qui me odit: & patrē meū odit. Si opera nō feciſſem in eis quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autē: & viderunt & oderūt: & me & patrē meū. Sed vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: quia odio habuerūt me gratis. ¶ Euangeliū ſecundùm Matthæū. Cap. x.

IN illo tēpore: Miſit dominus Ieſus duodecim diſcipulos ſuos: dicens eis. In viam gētium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis: ſed potiùs ite ad oues quę perierunt domus Iſrael. Euntes autē prædicate dicentes: quia appropinquabit regnum cęlorū. Infirmos curate: mortuos ſuſcitate: leproſos mundate: dæmones eijcite. Gratis accepiſtis: gratis date. ¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite. xxij.

IN illo tēpore: Facta eſt cōtētio inter diſcipulos dñi Ieſu: quis eorū videretur eſſe maior. Dixit autē eis Ieſus. Reges gentiū dominantur eorum: & qui poteſtatē habēt ſuper eos: benefici vocātur. Vos autē nō ſic. Sed qui maior eſt in vobis: fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt: ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt: qui recūbit an qui miniſtrat? Nonne qui recūbit? Ego autē in medio veſtrū ſum: ſicut qui miniſtrat. Vos autē eſtis qui permanſiſtis mecū: in tētationibus meis. Et ego diſpono vobis: ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū: vt edatis & bibatis ſuper menſam meā: in regno meo. Et ſedeatis ſuper thronos: iudicātes duodecim tribus Iſrael. ¶ Euangeliū ſecundùm Matthæum. Cap. x.

IN illo tēpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto vos ſicut oues: in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes: & ſimplices ſicut columbæ. Cauete autem ab hominibus: tradent enim vos in cōcilijs: & in ſynagogis

ſuis flagellabunt vos. Et ad reges & præſides ducemini propter me: in teſtimoniū illis & gentibus.Cùm autem tradent vos:nolite cogitare:quomodo aut quid loquamini:dabitur enim vobis in illa hora:quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri: qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrē in mortem:& pater filiū.Et inſurgēt filij in parentes: & morte eos afficiēt. Et eritis odio omnibus hominibus:ꝓpter nomen meum.Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem:hic ſaluus erit.¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.x.

IN illo tempore:Deſignauit dn̄s Ieſus & alios ſeptuaginta duos diſcipulos: & miſit illos binos ante faciem ſuam:in omnem ciuitatem & locum: quò erat ipſe venturus. Et dicebat illis.Meſsis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſsis:vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite. Ecce ego mitto vos: ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum: neq; perā neq; calceamenta:& neminem per viā ſalutaueritis.In quancunq; domum intraueritis:primū dicite .Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis: requieſcet ſuper illum pax veſtra. Sinautē: ad vos reuertetur. In eadē autem domo manete: edentes & bibentes: quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius: mercede ſua.

In natali pluri. martyrum pontificum. Officium.

SAlus autem iuſtorū à domino:& protector eorū eſt in tēpore tribulationis. ℣.Noli æmulari in malignātibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotēs deus: & quia pondus propriæ actionis grauat. beatorum martyrum tuorum atq; pontificum N.& N. interceſsio glorioſa nos protegat.Per dn̄m. Epiſto.Expectatio iuſtorū læ. infra fol ccxxvij

℟. Glorioſus deus in ſanctis: mirabilis in maieſtate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia. ℣. Sacerdotes tui dñe induāt iuſtitiā: & ſancti tui exultent. In lxx. Tractus. Qui ſeminant in lachrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autē venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos. Euange. Sint lumbi præcin. infra. fol. ccxxxvj. Offertorium. Exultabunt ſancti in gloria: lætabūtur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Sacra.

SAcrificiū tibi domine laudis offerimus: in tuorū cōmemoratione ſanctorum. da quæſumus: vt quod illis contulit gloriam. nobis proſit ad ſalutem. Per. Commu. Multitudo languentium & qui vexabātur à ſpiritibus immundis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat: & ſanabat omnes. Poſt cōmu.

DA quæſumus dñe deus noſter: vt ſicut tuorū cōmemoratione ſanctorū tēporali gratulamur officio. ita perpetuo lætemur aſpectu. Per.

In natali pluri. marty. non pontifi. Officiū.

IVdicant ſancti gentes: & dominantur populis: & regnabit dominus deus illorum imperpetuum. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus qui nos beatorū N. & N. martyrū tuorū meritis & interceſsione lætificas: concede propitius. vt qui eorū beneficia poſcimus: dono tuæ gratiæ cōſequamur. Per dominum. Epiſto. Iuſtorum animæ in manu. infra fol. ccxxvj. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt & nos liberati ſumus: adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fecit cælū & terram. Alleluia. ℣. Exultabūt ſancti in gloria: lætabūtur in cubilibus ſuis. In lxx. Tract. Qui ſeminant in lachrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant: mittētes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cū exultatione: portantes manipulos

nipulos ſuos. Euangel. Deſcendens dñs. vt infra. fo. ccxxviij. Offert. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuũ: quoniã tu benedices iuſto, dñe vt ſcuto bonę volũtatis tuę coronaſti nos. Sacra.

OBlatis quæſumus domine placare muneribus: & intercedẽtibꝰ ſanctis tuis N. & N. à cunctis nos defende periculis. Per. Communio. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Poſt cõmu.

HÆc nos cómunio dñe purget à crimine: & intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. & N. cæleſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per do.

Epiſtolæ pro communi plurimorum martyrum.

¶ Ad Hebræos. Capite. xj.

FRatres: Sancti per fidem vicerunt regna: operati ſunt iuſtitiam: adepti ſunt promiſsiones. Obturauerunt ora leonũ: extinxerũt impetum ignis: effugarunt aciem gladij. Conualuerũt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterũt exterorũ: acceperũt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autẽ diſtenti ſunt: non ſuſcipientes redẽptionẽ: vt meliorẽ inuenirẽt reſurrectionem. Alij verò ludibria & verbera experti: inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt: ſecti ſunt: tẽtati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis: in pellibus caprinis. Egẽtes anguſtiati afflicti: quibus dignus nó erat mũdus. In ſolitudinibus errãtes: in mõtibus & in ſpelũcis: & in cauernis terræ. Et hi omnes: teſtimonio fidei ꝓbati inuẽti ſunt. In Chriſto Ieſu: dño noſtro.

¶ Lectio libri Sapientiæ. ca. iij.

IVſtorũ animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentũ malitię. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: & ęſtimata eſt afflictio exitus illorũ: & qđ à nobis eſt iter exterminij: illi autem ſunt in pace. Et ſi corã hominibus tormẽta paſsi ſunt: ſpes illorũ immortalitate plena eſt. In paucis vexati: in multis bene diſponẽtur. Quoniam

deus tentauit illos: & inuenit eos dignos ſe. Tãquam aurum in fornace ꝓbauit illos: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos: & in tẽpore erit reſpectus illorum. Fulgebunt iuſti: & tãquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Iudicabunt nationes: & dominabuntur populis. Et regnabit dominus illorum: in perpetuum.

¶ Ad Hebræos. Capite. x.

FRatres: Rememoramini priſtinos dies: in quibus illuminati: magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionum. Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem: ſocij taliter cõuerſantiũ eſtis effecti. Nam & vinctis compaſsi eſtis: & rapinã bonorum veſtrorũ cum gaudio ſuſcepiſtis: cognoſcentes vos habere meliorẽ & manentem ſubſtãtiã. Nolite itaq; amittere confidentiam veſtrã: quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt volũtatem dei faciẽtes: reportetis promiſſionẽ. Adhuc enim modicum aliquantulũ: qui vẽturus eſt veniet: & nõ tardabit. Iuſtus autẽ meus: ex fide viuit. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Prouerbio. c. xv.

LIngua ſapientium ornat ſciẽtiam: os fatuorũ ebullit ſtultitiã. In omni loco: oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt: conteret ſpiritũ. Domus iuſti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio. Labia ſapientium diſſeminabunt ſciẽtiam: cor ſtultorum diſsimile erit. Victimæ impiorum abominabiles domino: vota iuſtorum placabilia. Qui ſequitur iuſticiam: diligetur a domino. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Capite. v.

IVſti imperpetuum viuent: & apud dominum eſt merces eorum: & cogitatio illorũ apud altiſsimũ. Ideo accipient regnum decoris: & diadema ſpeciei de manu domini. Quoniam dextera ſua teget eos: & in brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipient armaturã zeli illius: & armabit creaturã

ad vl-

ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiam: & accipient pro galea iudiciū certū. Sument ſcutum inexpugnabile æquitatē: ibūt directè promiſsiones. Et ad certū locū deducet illos: dominus deus noſter. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Prouerbiorum. Capite. x. & xj.

EXpectatio iuſtorum lætitia: ſpes autem impiorum peribit. Fortitudo ſimplicis via domini: & pauor his qui operātur malum. Iuſtus in æternum nō cōmouebitur: impij autem non habitabunt in terrā. Os iuſti parturiet ſapientiam: lingua prauorum peribit. Labia iuſti cōſiderant placita: & os impiorū peruerſa. Simplicitas iuſtorum diriget eos: & ſupplātatio peruerſorum vaſtabit illos. Iuſtitia rectorū liberabit eos: & in inſidijs ſuis capiētur iniqui. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum ſuum: iuſti autem liberabūtur ſcientia. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iuſtorum: exaltabitur ciuitas. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Capite. x.

REddet deus mercedem laborum ſanctorum ſuorū: & deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto diei: & in luce ſtellarum nocte. Tranſtulit illos per mare rubrum: & tranſuexit illos per aquam nimiā. Inimicos autem illorum demerſit in mare: & ab altitudine inferorū eduxit illos. Ideo iuſti tulerūt ſpolia impiorum: & decantauerunt domine nomen ſanctum tuum. Et victricem manum tuā laudauerunt pariter: domine deus noſter.

¶ Ad Romanos. Capite. viij.

FRatres: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio an anguſtia: an perſecutio an fames: an nuditas: an periculū an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Quoniam propter te morte afficimur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus: propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim: quia neque mors neq; vita: neq; ange-

li neq; principatus: neq; poteſtates neq; virtutes:neq; inſtantia neq; futura: neq; fortitudo: neq; altitudo neq; ꝓfundū:neq; creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate dei. Quæ eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro.

¶ Ad Corinthios.ij. Capite.iiij

FRatres: In omnibus tribulationem patimur:ſed nō anguſtiamur. Aporiamur: ſed non deſtituimur. Perſecutionē patimur: ſed non derelinquimur. Deijcimur:ſed non perimus. Sēper mortificationē Ieſu in corpore noſtro circūferētes:vt & vita Ieſu:in corporibus noſtris manifeſtetur.

¶ Ad Corinthios.ij. Capite.j. Maior.

FRatres: Benedictus deus & pater dñi nr̃i Ieſu Chriſti pater miſericordiarū & deus totius cōſolationis:qui cōſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Vt poſsimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt:per exhortationē qua exhortamur & ipſi à deo. Quoniam ſicut abundāt paſsiones Chriſti in nobis:ita & per Chriſtum abūdat cōſolatio noſtra. Siue aūt tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute:ſiue cōſolamur pro veſtra cōſolatiōe: quæ operatur tolerātiā earūdē paſsionū:quas & nos patimur: vt ſpes nr̃a firma ſit pro vobis. Scientes quoniā ſicut ſocij paſſionū eſtis:ſic eritis & cōſolationis. In Chriſto Ieſu:dño nr̃o.

¶ Ad Epheſios.j. Cap. Minor.

FRatres: Benedictus deus & pater dñi nr̃i Ieſu Chriſti: qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali:in cęleſtibus in Chr̃o. Sicut elegit nos in ipſo ante mūdi cōſtitutionē vt eſſemus ſancti & immaculati:in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionē per Ieſum Chriſtū in ipſo: ſecūdū propoſitū voluntatis ſuæ:in laudē gloriæ gratię ſuæ: in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. In quo habemus redemptionē per ſanguinē eius:in remiſsionē peccatorū: ſecūdū diuitias gratiæ eius: quæ ſuperabundat in nobis.

¶ Ad Corinthios.j. Capit.iiij.

FRatres: Spectaculum facti ſumus mundo: & angelis & ho-

& hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum: vos autem prudẽtes in Chriſto. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autẽ ignobiles. Vſq; in hãc horã eſurimus: & ſitimus & nudi ſumus: & colaphis cędimur: & inſtabiles ſumus: & laboramus operantes manibus nr̃is. Maledicimur: & benedicimus. Perſecutionem patimur: & ſuſtinemus. Blaſphemamur: & obſecramus. Tanquam purgamenta huius mundi: facti ſumus omnium peripſema vſq; adhuc. Non vt cõfundam vos hæc ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo. In Chriſto Ieſu: domino noſtro.

¶ Lectio libri Apocalypſis: beati Ioannis apoſtoli. Cap. vij.

IN diebus illis: Reſpondens vnus de ſenioribus: dixit mihi. Hi qui amicti ſunt ſtolis albis: qui ſunt & vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt qui venerunt de magna tribulatione: & lauerunt ſtolas ſuas: & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Ideo ſunt ante thronum dei: & ſeruiunt ei die ac nocte in tẽplo eius. Et qui ſedet in throno: habitat ſuper illos. Nõ eſurient neq; ſitient amplius: neque cadet ſuper illos ſol neque vllus æſtus: quoniã agnus qui in medio throni eſt reget eos: & adducet illos ad vitæ fontes aquarũ. Et abſterget deus oẽm lachrymam: ab oculis eorum.

Euangelia pro natali plurimo.martyrum.

Secundùm Matthæum. c. v.



IN illo tempore: Videns turbas dñs Ieſus: aſcẽdit in mõtem. Et cùm ſediſſet: acceſſerunt ad eum diſcipuli eius: & aperiens os ſuum: docebat eos dicens. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiã

cõſequentur.Beati mũdo corde: quoniã ipſi deum videbũt. Beati pacifici:quoniam filij dei vocabuntur.Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam:quoniam ipſorum eſt regnum cælorũ. Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines: & perſecuti vos fuerint:& dixerint omne malum aduerſum vos mentientes: propter me. Gaudete & exultate:quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. ¶Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.vj.

IN illo tempore: Deſcẽdens dominus Ieſus de mõte: ſtetit in loco campeſtri. Et turba diſcipulorum eius:& multitudo copioſa plebis: ab omni Iudæa & Ieruſalem: & maritima & Tyri & Sidonis:qui venerãt vt audirent eum: & ſanarẽtur à languoribus ſuis.Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis: curabãtur.Et omnis turba quęrebat eum tangere: quia virtus de illo exibat: & ſanabat omnes.Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos: dicebat. Beati pauperes:quia veſtrũ eſt regnũ dei. Beati qui nũc eſuritis:quia ſaturabimini.Beati qui nũc fletis:quia ridebitis.Beati eritis cũ vos oderint homines: & cũ ſeparauerint vos: & exprobrauerint vos:& eiecerint nomẽ veſtrum tanquam malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate. Ecce enim merces veſtra: multa eſt in cælis. ¶Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.xxj.

IN illo tẽpore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis.Ponite in cordibus veſtris:nõ præmeditari quemadmodũ reſpõdeatis. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam: cui non poterunt reſiſtere & contradicere: omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem à parẽtibus & fratribus:& cognatis & amicis:& morte afficient ex vobis.Et eritis odio omnibus hominibus: propter nomen meũ.Et capillus de capite veſtro nõ peribit. In patientia veſtra:poſsidebitis animas veſtras.¶Euangelium ſecundùm Matthęum.Cap.x.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari:

bitrari: quia venerim pacem mittere in terrã. Nõ veni pacẽ mittere:ſed gladiũ. Veni enim ſeparare hominẽ aduerſus patrẽ ſuũ: & filiã aduerſus matrẽ ſuã:& nurũ aduerſus ſocrũ ſuã: & inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrẽ aut matrẽ pluſquã me:nõ eſt me dignus. Et qui amat filiũ aut filiã ſuper me: non eſt me dignus. Et qui nõ accipit crucem ſuã & ſequitur me: nõ eſt me dignus. Qui inuenit animã ſuã:perdet eam: & qui perdiderit animam ſuã propter me:inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit: & qui me recipit: recipit eum qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetę:mercedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtũ in nomine iuſti: mercedem iuſti accipiet. Et quicũque potũ dederit vni ex minimis iſtis: calicem aquæ frigidæ tãtũ in nomine diſcipuli: amẽ dico vobis: non perdet mercedem ſuam. ¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.xxj.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Cùm audieritis prælia & ſeditiones:nolite terreri. Oportet primũ hęc fieri:ſed nõdũ ſtatim finis. Tũc dicebat illis. Surget gens cõtra gẽtẽ:& regnũ aduerſus regnũ: & terræmotus magni erũt per loca:& peſtilẽtiæ & fames:terroreſq; de cęlo:&ſigna magna erunt. Sed ante hęc omnia:inijciẽt vobis manus ſuas & perſequẽtur: trahẽtes in ſynagogas & cuſtodias: trahẽtes ad reges &pręſides propter nomẽ meũ. Cõtinget aũt vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris: nõ pręmeditari quẽadmodũ reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os & ſapiẽtiam:cui nõ poterunt reſiſtere & cõtradicere:omnes aduerſarij veſtri. Trademini autẽ à parentibus: & fratribus,& cognatis,&amicis:& morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus:propter nomen meũ. Et capillus de capite veſtro non peribit. In patiẽtia veſtra: poſſidebitis animas vr̃as.¶ Euangeliũ ſecũdùm Lucam. Cap.xij.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Attendite

à fermẽto phariſæorum: quod eſt hypocriſis. Nihil autẽ oper tum eſt quod nõ reueletur: & occultũ quod nõ ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis: in lumine dicentur:& quod in aure locuti eſtis in cubiculis: prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidũt corpus: & poſt hæc nõ habẽt amplius quid faciant. Oſtendam autem vobis: quẽ timeatis. Timete eum: qui poſtquam occiderit: habet poteſtatem mittere in gehẽnam. Ita dico vobis: hũc timete. Nonne quinq; paſſeres veneunt dipõdio:& vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis veſtri: omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis. Omnis quicunq; confeſſus fuerit me coram hominibus:& filius hominis confitebitur illum: coram angelis dei. ¶ Euangelium ſecundùm Marcum. Capite.xiij.

IN illo tempore: Egrediente domino Ieſu de templo: ait illi vnus ex diſcipulis ſuis. Magiſter: aſpice quales lapides: & quales ſtructuræ. Et reſpõdens Ieſus: ait illi. Vides has magnas omnes ædificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapidem: qui nõ deſtruatur. Et cùm ſederet in monte oliuarũ contra tẽplum interrogabãt eum ſeparatim Petrus & Iacobus: & Ioãnes & Andreas. Dic nobis quãdo iſta fient:& quod ſignũ erit: quando hæc omnia incipient cõſummari. Et reſpondens Ieſus: cœpit illis dicere. Videte ne quis vos ſeducat: multi enĩ venient in nomine meo dicentes quia ego ſum: & multos ſeducẽt. Cùm autẽ audieritis bella & opiniones bellorũ: ne timueritis: oportet enim hęc fieri: ſed nondũ ſtatim finis. Exurget autẽ gens contra gentem: & regnum aduerſus regnũ: & erunt terręmotus per loca & fames. Initiũ dolorũ hæc. Videte autem voſmetipſos. Tradẽt enim vos in concilijs: & in ſynagogis vapulabitis:& ante reges & pręſides ſtabitis propter me: in teſtimonium illis. Et in omnes

omnes gẽtes:primùm oportet prædicari euãgeliũ. Et cùm du xerint vos tradẽtes:nolite præcogitare quid loquamini. Sed quod datũ fuerit vobis in illa hora:id loquamini.Non enim eſtis vos loquentes:ſed ſpiritus ſanctus. Tradet autẽ frater fratrem in mortẽ:& pater filiũ. Et ſurgent filij in parẽtes:& morte eos afficiẽt. Et eritis odio omnibus propter nomen meũ. Qui autem ſuſtinuerit in finẽ: hic ſalus erit. ¶Euangelium ſecundùm Matthæũ. Cap.xxiij.

IN illo tẽpore: Sedente dño Ieſu ſuper montem oliueti: acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius ſecretò dicẽtes. Dic nobis quãdo hæc erunt:& quod ſignum aduentus tui:& conſummationis ſeculi.Et reſpondens Ieſus: ait illis. Videte ne quis vos ſeducat: multi enim venient in nomine meo:dicẽtes quia ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia & opiniones bellorũ: videte ne turbemini:oportet enim hæc fieri:ſed nondum eſt finis. Cõſurget enim gens ſuper gẽtem:& regnum in regnum: & erunt peſtilentiæ : & fames & terræmotus per loca. Hæc autem omnia:initia ſunt dolorũ. Tunc tradẽt vos in tribulationem: & occident vos. Et eritis odio omnibus gentibus: propter nomen meũ.Et tunc ſcandalizabũtur multi: & inuicem tradent:& odio habebũt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ ſurgẽt:& ſeducẽt multos.Et quoniã abũdabit iniquitas:refrigeſcet charitas multorum. Qui aũt perſeuerauerit vſq; in finẽ:hic ſaluus erit.¶ Euãgeliũ ſecundum Matthæum.Cap.x.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis.Cùm perſequẽtur vos in ciuitate iſta:fugite in aliã. Amen dico vobis: non cõſummabitis ciuitates Iſrael: donec veniat filius hominis.Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ:nec ſeruus ſup dñm ſuũ. Sufficit diſcipulo:vt ſit ſicut magiſter ei⁹:& ſeruo vt ſit ſicut dñs ei⁹.Si patrẽ familias beelzebub vocauerũt:quãtò magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos:nihil enim opertum eſt qđ non

nõ reueletur: & occultũ quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris:dicite in lumine:& quod in aure auditis: prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corpus:animã autẽ non poſſunt occidere: ſed potiùs eũ timete:qui poteſt animã & corpus perdere in gehẽnã.Nõne duo paſſeres aſſe væneũt:& vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autẽ & capilli capitis:omnes numerati ſunt.Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtisvos.Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus:cõfitebor &ego eum coã patre meo: qui eſt in cælis.

¶ Euãgel.ſecũdùm Lucã. c.xj.

IN illo tempore:dixit dñs Ieſus turbis Iudæorũ:& principibus ſacerdotum. Væ vobis qui ædificatis monumẽta prophetarũ:patres autẽ veſtri occiderunt illos.Profectò teſtificamini:quòd cõſentitis operibus patrum veſtrorũ: quoniã quidem ipſi eos occiderũt:vos autem ædificatis eorũ ſepulchra. Propterea & ſapiẽtia dei dixit. Mittã ad illos prophetas &apoſtolos: & ex illis occidẽt & perſequẽtur:vt inquiratur ſanguis omniũ prophetarũ:qui effuſus eſt à cõſtitutione mũdi:à generatione iſta: à ſanguine Abel: vſq; ad ſanguinẽ Zachariæ:qui perijt inter altare & ędẽ. Ita dico vobis:requiretur ab hac generatione. Væ vobis legiſperitis:quia tuliſtis clauem ſciẽtiæ: ipſi nõ introijſtis:& eos qui introibãt prohibuiſtis.Cùm hæc ad illos diceret: cœperũt phariſęi & legiſperiti grauiter inſiſtere:&os eius opprimere:de multis inſidiantes ei. Et quærentes capere aliquid ex ore eius: vt accuſarent eum.

¶ Euangeliũ ſecundùm Matthæum.Cap.x.

IN illo tempore : Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Nihil opertũ eſt quod nõ reueletur: & occultum quod nõ ſciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine:& quod in aure auditis: prædicate ſuper tecta.Et nolite timere eos qui occidũt corpus:animã autem nõ poſſunt occidere. Sed potiùs eũ timete: qui poteſt animã & corpus

corpus mittere in gehennam. Nõne duo paſſeres aſſe vęneũt: & vnus ex illis nõ cadet ſuper terrã ſine patre veſtro? Veſtri autem & capilli capitis: omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor & ego eum coram patre meo: qui eſt in cælis. Qui autẽ negauerit me corã hominib⁹: negabo & ego eũ corã patre meo: qui eſt in cęlis.

In natali vnius martyris põtificis. Officium.

STatuit ei dñs teſtamẽtũ pacis: & principẽ fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternum. ℣. Inueni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſancto meo vnxi eum. Orõ.

PReces populi tui quæſumus dñe clementer exaudi: vt beati N. martyris tui atq; pontificis meritis adiuuemur. cuius paſſione lætamur. Per d. Epiſto. Plures facti ſunt ſacerdotes. infra, fo. ccxxxv, ℟. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. In lxx. Tract. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euange. Homo quidam pere. infra. fo. ccxxxv Offert. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

SVſcipe dñe q̃s munera dignãter oblata: & beati N. martyris tui ſuffragãtibus meritis. ad nr̃æ ſalutis auxiliũ prouenire cõcede. Per. Cõio. Dñe quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium dñi tui. Poſt cõm.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt de perceptis mune

muneribus grãs exhibẽtes. beneficia potiora ſumamus. Per

In natali vnius martyris non pontifi.

Officium.

LAEtabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. ℣. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus: beati N. martyris tui interceſsione liberemur. Per. Epiſto. Memor eſto dñm. infra. fo. ccxxxij. ℟. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronã de lapide pretioſo. ℣. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & volũtate labiorũ eius nõ fraudaſti eũ. Alľa. ℣. Lętabitur iuſtus in dño & ſperabit in eo: & laudabuntur oẽs recti corde. In lxx. Tract. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & volũtate labiorum eius non fraudaſti eũ. ℣. Quoniã prępueniſti eũ in bñdictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius coronã de lapide pretioſo. Euãge. Niſi granũ frumẽti. infra. fo. ccxxxij. Offerto. Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

MVneribus noſtris quęſumus dñe precibuſq; ſuſceptis: & cęleſtibus nos mũda myſterijs. & clemẽter exaudi. Per dominum. Cõmunio. Poſuiſti dñe in capite eius coronã de lapide pretioſo. Poſt commu.

REpleti participatione muneris ſacri quęſumus dñe deus noſter: vt cui⁹ exequimur cultũ. ſentiamus effectũ. Per.

Epiſtolæ pro natali vnius marty.

¶ Lectio libri Sapientiæ. Eccleſiaſtici. Capite. xiiij. & xv.

BEatus vir qui in ſapiẽtia morabitur: & q in iuſtitia meditabitur: & in ſenſu cogitabit circũſpectionem dei. Cibabit illum pane vitæ & intellectus: & aqua ſapientię ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo & nõ flectetur: & conti-

cótinebit illũ & non cõfundetur:& exaltabit illũ apud proximos ſuos. Et nomine æterno hæreditabit illum:dñs deus noſter. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Eccleſiaſtici. Capite.xxxj.

BEatus vir qui inuẽtus eſt ſine macula: & qui poſt aurũ non abijt: nec ſperauit in pecunię theſauris. Quis eſt hic & laudabimus eũ: fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo & perfectus inuẽtus eſt:& erit illi gloria æterna. Qui potuit tranſgredi & nõ eſt tranſgreſſus: & facere mala & nõ fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in domino:& eleemoſynas illius:enarrabit omnis eccleſia ſanctorum. ¶ Ad Timotheum.ij. Capite.ij.&.iij.

CHariſsime: Memor eſto dñm Ieſum Chriſtũ reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid:ſecũdũ euangeliũ meũ: in quo laboro vſq; ad vincula quaſi malè operans: ſed verbũ dei nõ eſt alligatũ. Ideo omnia ſuſtineo propter electos: vt & ipſi ſalutẽ conſequãtur:quæ eſt in Chriſto Ieſu:cũ gloria cæleſti. Tu autem aſſecutus es meã doctrinã:inſtitutionẽ propoſitũ:fidẽ lõganimitatẽ: dilectionẽ patiẽtiã: perſecutiones paſſiones: qualia mihi facta ſunt Antiochię:Iconij Lyſtris. Quales perſecutiones ſuſtinui:& ex omnib⁹ me eripuit dñs. Et oẽs qui piè volũt viuere in Chriſto Ieſu: perſecutionem patiẽtur. ¶ Lectio libri Sapientiæ. c.iiij.

IVſtus ſi morte præoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis eſt: nõ diuturna: neq; numero annorum computata. Cani ſunt autẽ ſenſus hominis: & ætas ſenectutis vita immaculata. Placens deo factus dilectus: & viuens inter peccatores tranſlatus eſt. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius: aut fictio deciperet animam illius. Conſummatus in breui expleuit tẽpora multa: placita enim erat deo anima illius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum:quoniã gratia dei & miſericordia eſt in ſanctos eius: & reſpectus in electos illius.

¶ Euan-

Euangelia pro natali vnius martyris.

¶ Secundùm Ioannẽ. Cap. xij.



IN illo tempore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Amen amẽ dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipſum ſolũ manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructũ affert. Qui amat animã ſuã: perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo: in vitam æternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat: me ſequatur. Et vbi ſum ego: illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eum pater meus: qui in cælis eſt. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Capite. xvj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire: âbneget ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuã & ſequatur me. Qui enim voluerit animã ſuam ſaluã facere: perdet eam. Qui autẽ perdiderit animam ſuam propter me: inueniet eam. Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Aut quã dabit homo cõmutationẽ: pro aĩa ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis: & tũc reddet vnicuiq; ſecũdùm opera eius. Amen dico vobis: ſunt quidam de hîc ſtãtibus: qui nõ guſtabunt mortem: donec videant filium hominis: venientem in regno ſuo. ¶ Euangeliũ ſecundùm Lucam. Cap. xiiij.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis venit ad me: & non odit patrem ſuum & matrem: & vxorem & filios & fratres & ſorores: adhuc autem & animam ſuam: non poteſt eſſe meus diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam & venit poſt me: non poteſt eſſe meus diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare: non priùs ſedens cõputat ſumptus qui neceſſarij ſunt: ſi habet ad perficiendum: ne poſtea quã poſuerit fundamentũ

mentum & non potuerit perficere: omnes qui viderint incipiant illudere ei dicentes:quia hic homo cœpit ædificare: & non potuit conſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regē: non ſedens priùs cogitat ſi poſsit cū decem millibus occurrere ei:qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longè agēte:legationem mittens:rogat ea quæ pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renūtiat omnibus quæ poſsidet: nō poteſt meus eſſe diſcipulus.

In natali vnius confeſſoris pontificis. Officium.

SAcerdotes dei benedicite dominū: ſancti & humiles corde laudate deum. ℣. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

DEus qui cōſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus:concede propitius. vt interceſsione beati N. cōfeſſoris tui atq; pontificis:contra omnia aduerſa muniamur. Per. Epiſtola. Dedit dn̄s. infra. fol. ccxxxiiij. ℟. Ecce ſacerdos magnus:qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi:qui conſeruaret legem excelſi. Alleluia. ℣. Iurauit dominus & nō pœnitebit eum:tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. In lxx. Tract. Beatus vir qui timet dominū:in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣ Gloria & diuitiæ in domo eius:& iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euange. Sint lūbi veſtri. infra. fo. ccxxxvj. Offert. Inueni Dauid ſeruum meum: & oleo ſancto vnxi eū:manus enim mea auxiliabitur ei : & brachium meum confortabit eum. Sacra.

DA miſericors de⁹:vt hæc nos ſalutaris oblatio. & à proprijs reatibus indeſinenter expediat: & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominū. Communio. Fidelis ſeruus & prudens:quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tēpore tritici menſurā. Poſt cōmu.

Concede quæſumus domine deus noſter: vt beati N. confeſſoris tui atq; pontificis nos vbiq; adiuuet oratio. in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum.

In natali pluri. confeſſorum pontifi. Officium.

Sacerdotes tui domine induant iuſtitiã & ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruũ tuũ non auertas faciem Chriſti tui. ℣. Memẽto domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius. Oratio.

Deus qui nos ſanctorum tuorum confeſſorum atque pontificum N. & N. confeſsionibus glorioſis circũdas & protegis: da nobis & eorum imitatione proficere. & interceſsione gaudere. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. Epiſtola. Lingua ſapiẽtium. vt ſupra. fol. ccxxvj. ℟. Sacerdotes eius induant ſalutare: & ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia. ℣. Iudicabunt ſancti nationes: & dominabuntur populis: & regnabit illorum rex in æternum. in ſeptuageſima. Tract. Qui ſeminãt in lachrymis in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autẽ venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos. Euãgeliũ. Sint lumbi veſtri. infra. fo. ccxxxvj. Offertorium. Exultabunt ſancti in gloria lætabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Sacra.

Vſcipe domine preces & munera: quæ vt tuo ſint digna conſpectui. ſanctorũ tuorum precibus adiuuemur. Per dominum noſtrum. Communio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Poſt cõmu.

Corporis ſacri & pretioſi ſanguinis repleti libamine: quęſumus domine deus noſter: vt quod pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus. Per dominum.

¶ Epi-

Epiſtolę pro natali confeſſo.pontifi.

¶ Lectio libri Sapientiæ.Eccleſiaſtici.c.xliiij.&.xlv.Minor.

ECce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo & inuẽtus eſt iuſtus: & in tempore iracũdiæ: factus eſt reconciliatio. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Ideo iureiurãdo fecit illum dominus creſcere in plebem ſuam. Benedictionem omnium gẽtiũ dedit illi: & teſtamẽtum ſuum confirmauit ſuper caput eius. Cognouit eum in benedictionibus ſuis: & conſeruauit illi miſericordiam ſuam: & inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit illũ in conſpectu regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi teſtamentum ſempiternum: & dedit illi ſacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fugi ſacerdotio: & habere laudem in nomine ipſius. Et offerre illi incenſum dignũ: in odorẽ ſuauitatis.

¶ Lectio libri Sapiẽtiæ.Eccleſiaſtici.c.l.Maior.

ECce ſacerdos magnus: qui in vita ſua curauit gẽtem ſuam: & liberauit eam à perditione. Qui ſuffulſit domum: & in diebus ſuis corroborauit tẽplum. Qui pręualuit amplificare ciuitatẽ: qui adeptus eſt gloriam in conuerſationem gẽtis. Quaſi ſtella matutina in medio nebulę: & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet: & quaſi ſol refulgens: ſic ille refulſit in templo dei. Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ: & quaſi flos roſarum in diebus vernis. Quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ: & quaſi thus redolens in diebus ęſtatis. Quaſi ignis effulgens & thus ardẽs in igne: quaſi vas auri ſolidum: ornatũ omni lapide pretioſo. Quaſi oliua pullulans: & cypreſſus in altitudinem ſe extollens. In accipiẽdo ipſum ſtolam gloriæ: & veſtiri eum conſummationẽ virtutis: in aſcẽſum altaris ſancti: gloriam dedit ſanctitatis amictum. In accipiẽdo autem partes de manu ſacerdotũ: & ipſe

ſtans iuxta aram porrexit manum ſuam in libationem: & libauit odorem diuinum excelſo principi. Et iterauit orationem ſuã volens oſtendere virtutem dei: qui fecit nobiſcum ſecundùm ſuam miſericordiã. Vt det nobis iucunditatẽ cordis: & fieri pacem in diebus noſtris in Iſrael: per dies ſempiter nos. ¶ Ad Timotheũ.ij. c.iiij.

CHariſsime: Teſtificor coram deo & Chriſto Ieſu: qui iudicaturus eſt viuos & mortuos: & per aduentũ ipſius & regnum eius. Prædica verbum: inſta opportunè importune. Argue obſecra: increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus: cùm ſanam doctrinã non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros: prurientes auribus. Et à veritate quidem audi tum auertẽt: ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila: in omnibus labora: opus fac euãgeliſtæ: miniſterium tuum imple: ſobrius eſto: ego enim iam delibor: & tempus meæ reſolutionis inſtat. Bonum certamen certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: quam reddet mihi dominus in illa die: iuſtus iudex. Non ſolùm autem mihi: ſed & omnibus: qui diligunt aduentum eius. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Eccleſiaſtici. Capite.xiv.

DIlectus deo & hominibus: cuius memoria in benedictione eſt. Similem illum fecit in gloria ſanctorum: & magnificauit eum in timore inimicorũ: & in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit illum in conſpectu regum: & vnxit illum corã populo ſuo: & oſtendit illi gloriam ſuam. In fide & lenitate ipſius ſanctũ fecit illum: & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius: & induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad præcepta: & legem vitę & diſciplinę. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Eccleſiaſtici. xlvij. & . xxiiij. Capite.

DEdit dominus confeſsionẽ ſancto ſuo: & excelſo in verbo gloriæ. De omni corde ſuo laudauit dominum:

& dilexit eum qui fecit illũ. Et dedit illi contra inimicos pote ſtatem: & ſtare fecit cãtores cõ tra altare: & in ſono eorum dul ces fecit modos. Et dedit illi in celebrationibus decus: & orna uit tempora vſq; ad cõſumma tionẽ vitæ: vt laudarent nomẽ ſanctum domini: & amplifica rent manè dei ſanctitatẽ. Chri ſtus purgauit peccata ipſius: & exaltauit in æternũ cornu eius. Sapientia laudabit animã ſuã: & in domino honorificabitur: & in medio populi ſui gloria-bitur. Et in eccleſijs altiſsimi aperiet os ſuum: & in conſpe-ctu virtutis illius gloriabitur. Et in medio populi ſui lauda-bitur: & in plenitudine ſancta admirabitur. Et in multitudi-ne electorum habebit laudẽ: & inter benedictos benedice-tur. ¶ Ad Hebræos.c.xiij.

FRatres: Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci: optimum eſt enim gratia ſtabi lire cor: non eſcis: quę non pro fuerũt ambulãtibus in eis. Ha-bemus altare: de quo edere nõ habent poteſtatem: qui taber-naculo deſeruiũt. Quorũ enim animaliũ infertur ſanguis pro peccato in ſancta per põtificẽ: horum corpora cremantur ex tra caſtra. Propter quod & Ie-ſus vt ſanctificaret per ſuũ ſan-guinem populum: extra portã paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra: improperiũ eius portantes. Nõ enim habe-mus hîc manẽtem ciuitatem: ſed futuram inquirimus. Per ip ſum ergo offeramus hoſtiã lau dis ſemper deo: ideſt fructum labiorum confitentium nomi ni eius. Beneficentiæ autem & cõmunionis: nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs: promere tur deus. ¶ Ad Hebræos.c.v.

FRatres: Omnis põtifex ex hominibus aſſumptus: pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad deũ: vt offerat do-na & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſsit his qui ignorãt & errant: quoniam & ipſe circundatus eſt infirmita-te. Et propterea debet queãd-modum pro populo: ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumat

ſibi honorem: ſed qui vocatur à deo tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodũ ſcriptũ eſt. Tu es ſacerdos in æternum: ſecundùm ordinem Melchiſedech.

¶ Ad Hebræos. Capite. vij.

FRatres: Plures facti ſunt ſacerdotes ſecũdùm legem: idcirco quòd morte prohiberẽtur permanere. Ieſus autem eo quòd maneat in æternum: ſempiternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare imperpetuum poteſt: accedens per ſemetipſum ad deum: ſemper viuens ad interpellandum pro eis. Talis enim decebat vt nobis eſſet pontifex: ſanctus innocens impollutus: ſegregatus à peccatoribus: & excelſior cęlis factus. Qui non haberet quotidie neceſſitatem quemadmodum ſacerdotes: priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre: deinde pro populo. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo: dominus Ieſus Chriſtus.

Euangelia pro natali confeſſorum pontificum.

¶ Secundùm Matthęũ. c. xxv.



IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Homo quidam peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos: & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talẽta: alij autem duo: alij verò vnum: vnicuiq; ſecũdùm propriam virtutem: & profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat: & operatus eſt in eis: & lucratus eſt alia quinq;. Similiter qui duo acceperat: lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terram: & abſcondit pecuniã domini ſui. Poſt multum verò tẽporis venit dominus ſeruorũ illorũ: & poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinq; talẽta acceperat: obtulit alia quinque talenta dicens. Domine: quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce

ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge bone ſerue & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cõſtituã: intra in gaudium domini tui. Acceſsit autem & qui duo talenta acceperat: & ait. Domine: duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait autem illi dominus eius. Euge bone ſerue & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium: domini tui. ¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite. xix.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hãc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam: accipere ſibi regnũ: & reuerti. Vocatis autẽ decem ſeruis ſuis: dedit illis decẽ mnas & ait ad illos. Negociamini dũ venio. Ciues autẽ eius oderant eum: & miſerunt legationem poſt illum dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factum eſt: vt rediret accepto regno. Et iuſsit vocari ſeruos quibus dedit pecuniam: vt ſciret quantum quiſque negociatus eſſet. Venit autem primus dicens. Domine: mna tua decẽ mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge bone ſerue: quia in modico fidelis fuiſti: eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine: mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. Et alter venit dicens. Domine: ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudario: timui enim te quia homo auſterus es: tollis quod nõ poſuiſti: & metis quod non ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico: ſerue nequam. Sciebas quòd ego auſterus homo ſum: tollens quod non poſui: & metens quod non ſeminaui: & quare non dediſti pecuniam meam ad menſam: & ego veniens cum vſuris vtiq; exegiſſem illam? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnam: & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine: habet decem mnas. Dico autem vobis: quia omni habẽti dabitur & abundabit: ab eo autem qui

non habet:& quod videtur ha
bere auferetur ab eo. Verunta-
mẽ inimicos meos illos qui no
luerũt me regnare ſuper ſe:ad-
ducite huc: & interficite ante
me. Et his dictis: præcedebat
aſcẽdens Ieroſolymã.¶ Euãge
liũ ſecũdùm Mattheũ.c.xxiiij.

IN illo tempore: Dixit domi
nus Ieſus diſcipulis ſuis. Vi-
gilate: quia neſcitis qua hora
dominus veſter vẽturus ſit. Il-
lud autem ſcitote: quoniam ſi
ſciret paterfamilias qua hora
fur veniret: vigilaret vtiq;: &
non ſineret pérfodi domũ ſuã.
Ideo & vos eſtote parati: quia
qua neſcitis hora: filius homi-
nis venturus eſt. Quis putas eſt
fidelis ſeruus & prudens:quem
conſtituit dominus ſuper fami
liam ſuam: vt det illis cibum
in tempore? Beatus ille ſeruus:
quem cùm venerit dominus
eius: inuenerit ſic facientem.
Amen dico vobis: quoniam
ſuper omnia bona ſua: conſti-
tuet eum.¶ Euangelium ſecũ-
dùm Lucam. Capite.xij.

IN illo tempore: Dixit do-
minus Ieſus diſcipulis ſuis.
Sint lumbi veſtri præcincti: &
lucernæ ardentes in manibus
veſtris. Et vos ſimiles homini-
bus expectantibus dominum
ſuum: quando reuertatur à nu
ptijs: vt cùm venerit & pulſaue
rit:confeſtim aperiant ei. Beati
ſerui illi:quos cùm venerit do-
minus: inuenerit vigilantes.
Amen dico vobis: quòd præ-
cinget ſe:& faciet illos diſcum
bere:& tranſiens miniſtrabit il
lis. Et ſi venerit in ſecunda vigi
lia: & ſi in tertia vigilia venerit
& ita inuenerit:beati ſunt ſerui
illi. Hoc autem ſcitote:quoniã
ſi ſciret paterfamilias qua ho-
ra fur venturus eſſet: vigilaret
vtiq;:& non ſineret pérfodi do
mum ſuam. Ideo & vos eſtote
parati:qùia qua hora non puta
tis:filius hominis veniet.

¶ Euangelium ſecũdùm Mar-
cum. Capite.xiij.

IN illo tempore: Dixit do-
minus Ieſus diſcipulis ſuis.
Videte:vigilate & orate: neſci
tis enim quando tempus ſit. Si-
cut homo qui peregre profe-
ctus reliquit domum ſuam: &
dedit poteſtatem ſeruis ſuis cu
iuſq;

iuſq; operis: & ianitori præcepit vt vigilaret. Vigilate ergo: neſcitis enim quando dñs domus veniat. Serò an media nocte: an galli cātu an manè. Ne cùm venerit repentè: inueniat vos dormiētes. Quod autē vobis dico: omnib⁹ dico vigilate.

In natali confeſſorum non pontifi.

Officium.

OS iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Oratio.

PRopitiare quæſumus domine nobis famulis tuis: per ſancti cōfeſſoris tui N. merita glorioſa. vt eius pia interceſsione: ab omnibus ſemper protegamur aduerſis. Per dominum noſtrum. Epiſtola. Iuſtus cor ſuū. infra. fo. ccxxxvij ℟. Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculū ſeculi. Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante dominum. In lxx. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euangelium. Videte vigilate. vt ſupra. Offertorium. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei domine: & volūtate labiorum eius non fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Sacra.

SAcrificium noſtrum tibi domine quæſumus beati N. precatio ſancta cōciliet: vt cuius honore exhibetur. meritis efficiatur acceptum. Per dominū. Cōmu. Beatus ſeruus: quē cùm venerit dñs inuenerit vigilantem: amē dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt cō.

DIuinis dñe muneribus ſatiati: quæſumus vt beati N. cōfeſſoris tui meritis glorioſis. ſalutaris victimę deſideratū ſentiamus effectum. Per dñm.

In natali abbatum. Officium.

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo domini in atrijs domus dei noſtri. ℣. Bonum eſt cõfiteri dño: & pſallere nomini tui altiſsimè. Oro.

EXcita domine in eccleſia tua ſpiritũ: cui beatus N. abbas ſeruiuit. vt eodẽ nos replẽte ſtudeamus amare quod amauit: & opere exercere qđ docuit. Per eiuſdem. Epiſtola. Beatus vir qui inuentus. vt ſupra fo. ccxxxij. ℞. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia. ℣. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas: & oſtẽdit illi deus gloriam ſuã. In ſeptuageſima. Tractus. Deſiderium animæ eius. vt ſupra fol. ccxxxj. Euangelium. Nemo lucernam accen. infra. fol. ccxxxviij. Offerto. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quæ in libano eſt multiplicabitur. Sacra.

MVnera domine oblata ſanctifica: & intercedẽte beato N. abbate. nos per hęc à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per. Cõmunio. Semel iuraui in ſancto meo: ſemẽ eius in æternum manebit: & ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis. Poſt cõmu.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis cœleſtibus ſatiaſti: intercedente beato N. abbate: perpetua protectione cuſtodias. Per.

Epiſtolę pro natali confeſſorum non pontificũ, & abbatum.

¶Lectio lib. Sapi. Eccle. xxxix.

IVſtus cor ſuũ tradet ad vigilãdum diluculo: ad dominum qui fecit illum: & in conſpectu altiſsimi deprecabitur. Aperiet os ſuũ in oratione: & pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dñs magnus voluerit: ſpiritu intelligẽtiæ replebit illum. Et ipſe tanquã imbres mittet eloquia ſapien-

pientiæ ſuæ:& in oratione con fitebitur domino. Et ipſe diriget conſilium eius & diſciplinam:& in abſconditis ſuis cõſiliabitur. Et ipſe palã faciet diſciplinã doctrinæ ſuæ:& in lege teſtamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi ſapiẽtiam eius:& vſq; in ſeculũ non delebitur. Non recedet memoria eius: & nomẽ eius requiret à generatione:in generationẽ.

¶Lectio libri Sapiẽtiæ. Cap.x.

IVſtum deduxit dñs per vias rectas:& oſtendit illi regnũ dei:& dedit illi ſcientiã ſanctorum. Honeſtauit illum in laboribus:& compleuit labores illius. In fraude circũuenientium illi affuit: & honeſtum fecit illum. Cuſtodiuit eum ab inimicis:& à ſeductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi: vt vinceret & ſciret: quoniã omniũ potentior eſt ſapientia. Hæc venditũ iuſtum non dereliquit: ſed à peccatoribus liberauit illum. Deſcẽditq; cum illo in foueam:& in vinculis nõ dereliquit illum donec afferret illi ſceptrũ regni:& potẽtiã aduerſus eos qui eũ deprimebãt. Et mẽdaces oſtẽdit:qui maculauerũt illũ. Et dedit illi claritatem æternam:dñs deus noſter.

Euangelia pro natali abbatum.

¶Secũdum Matthæum.c.xix.



IN illo tpe: dixit Simõ Petrus ad dñm Ieſum. Ecce nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico vobis: quòd vos qui ſecuti eſtis me:in regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ: ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim:iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum: vel fratres aut ſorores: aut patrem aut matrẽ: aut vxorẽ aut filios: aut agros propter nomẽ meum: centuplum accipiet:

&

& vitam æternam poſsidebit.
¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite.xj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo lucernam accẽdit: & in abſcõdito ponit: neq; ſub modio ſed ſuper candelabrum: vt qui ingrediũtur lumẽ videant. Lucerna corporis tui: eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidũ erit. Si autẽ nequam fuerit: etiam corpus tuũ tenebroſum erit. Vide ergo: ne lumẽ quod in te eſt: tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum lucidum fuerit: non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totum. Et ſicut lucerna fulgoris: illuminabit te.

In natali vnius doctoris. Officium.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eũ dominus ſpiritu ſapientię & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucũditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eũ. Orõ.

ECcleſiam tuam domine benignus illuſtra: vt beati N. confeſſoris tui atq; pontificis illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Capite.vij.

OPtaui, & datus eſt mihi ſenſus. Et inuocaui: & venit in me ſpiritus ſapientiæ. Et præpoſui illam regnis & ſedibus: & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Nec cõparaui illi lapidem pretioſum: quoniam omne aurum in cõparatione illius: arena eſt exigua. Et tanquam lutum æſtimabitur argentum: in conſpectu illius. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam: & propoſui pro luce habere illam: quoniã inextinguibile eſt lumẽ illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cũ illa: & innumerabilis honeſtas per manus illius. Et lætatus ſum in omnib⁹: quoniam antecedebat me iſta ſapiẽtia: & ignorabã quoniam bonorum omnium mater eſt. Quã ſine fictione didici: & ſine inuidia cõico: & honeſtatem illius

illius non abſcondo. ℟. Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia. ℣. Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. ¶ Euangelium ſecũdùm Matthæum. Capite.v.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltrà: niſi vt mittatur foras: & conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mũdi. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam & ponũt eam ſub modio: ſed ſuper candelabrum: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videãt veſtra bona opera: & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Nolite putare: quoniã veni ſoluere legẽ aut prophetas. Non veni ſoluere: ſed adimplere. Amẽ quippe dico vobis: donec tranſeat cælum & terra: iota vnum aut vnus apex non prçteribit à lege: donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis: & docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur: in regno cælorũ. ¶ Euangeliũ ſecundùm Lucam. Cap.x.

IN illo tẽpore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Qui vos audit me audit: & qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit: ſpernit eũ qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo: cum gaudio dicentes. Domine: etiam dæmonia ſubijciũtur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam ſathanam: ſicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpẽtes & ſcorpiones: & ſupra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere: quia ſpiritus ſubijciuntur vobis. Gaudete autem: quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Offerto. Inueni Dauid ſeruum meũ: & oleo

oleo ſancto vnxi eum:manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Sacra.

SVſcipe munera dñe quę in eius tibi ſolennitate deferimus:cuius nos confidimus patrocinio liberari.Per. Communio Fidelis ſeruus & prudens:quẽ conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſt cõmu.

REfecti cibo potuq; cæleſti domine deus noſter te ſupplices deprecamur:vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus. eius muniamur & precibus.Per dominum.

In natali plurimarum virginum.

Officium.

OFferentur regi virgĩnes poſt eam: proximæ eius offerẽtur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templo regi domino. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

INfirmitatem noſtram quęſumus domine propitius reſpice:& mala oĩa quę iuſtè meremur. ſanctarum virginũ tuarũ N.& N. interceſsione auerte. Per. Epiſto. Qui gloriatur. infra. fol. ccxl. ℟. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit exite obuiam ei. ℣. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerunt lampades ſuas:& exierũt obuiam ei. Alleluia. ℣. Offerentur regi virgines poſt eã:proximę eius offerẽtur tibi. In lxx. Tract. Qui ſeminant in lachrymis:ĩn gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione:portantes manipulos ſuos. Euangelium. Simile eſt regnũ cælorũ decem. infra. fol. ccxlj. Offertoriũ. Offerentur regi virgines poſt eam:proximæ eius offerentur tibi. Sacra.

ACcepta tibi ſit dñe ſacratę plebis oblatio pro tuarum honore ſanctarum:quarũ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium.Per. Cõio. Quinq; prudẽtes virgines acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadibus:media autẽ nocte clamor factus eſt:ecce ſpõſus venit: exite obuiam

uiam Chriſto dño. Poſt cõmu.

Concede quæſumus omnipotens deus: vt qui ſanctarum virginum tuarũ N. & N. cõmemorationẽ agimus, earum apud te precibus cõmmẽdari mereamur. Per dominũ.

In natali virginum. Officium.

Vltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducẽtur regi virgines poſt eam: proximæ eius adducentur tibi in lætitia & exultatione. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Oratio.

Indulgentiam nobis domine beata N. virgo imploret: quę tibi grata ſemper extitit. & merito caſtitatis: & tuæ profeſſione virtutis. Per. Epiſto. Qui gloriatur. infra. fo. ccxl. ℟. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitię. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. In lxx. Tractus. Qui ſeminant in lachrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autẽ venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos. Euangel. Simile eſt regnum cælorum de. infra. fol. ccxlj. Offerto. Filiæ regum in honore tuo: aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate. Sacra.

Accepta ſit tibi dñe ſacratę plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxiliũ. Per. Commu. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. Poſt cõmu.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beata N. virgine tua. ſempiterna ꝓtectione confirment. Per dominum.

Epiſtolæ pro natali virginum.

¶ Ad Corinthios. ij. c. x. & xj.

Fratres: Qui gloriatur: in domino glorietur. Non enim qui ſeipſum cõmendat ille probatus eſt: ſed quem

quem deus commendat. Vtinam ſuſtineretis modicũ quid inſipiẽtię meæ:ſed & ſupportate me. Æmulor enim vos dei æmulatione. Deſpondi enim vos vni viro: virginem caſtam exhibere Chriſto. ¶ Lectio libri ſapientiæ.Eccleſiaſtici.vl.c.

CONfitebor tibi domine rex:&collaudabo te deũ ſaluatorem meum. Cõfitebor nomini tuo magno: quoniam adiutor & protector factus es mihi:& liberaſti corpus meũ à perditione. A laqueo linguæ iniquæ:& à labijs operantium mendacium: & in conſpectu perſequentium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundùm multitudinem miſericordiæ nominis tui: à rugientibus præparatis ad eſcam: de manibus quærẽtium animã meam: & de multis tribulationibus quæ circũdederunt me. A preſſura flammæ quæ circundedit me:&in medio ignis non ſum æſtuata. De altitudine ventris inferi:&à lingua coinquinata: &à verbo mendacij:à rege iniquo & lingua iniuſta. Laudabit vſq; ad mortẽ anima mea dominum: & vita mea appropinquans erat in inferno deorſum. Circundederunt me vndiq;:& non erat qui adiuuaret. Reſpiciens eram ad adiutoriũ hominum:& nõ erat. Memorata ſum miſericordiæ tuæ domine &cooperationis tuę:quę à ſeculo ſunt. Quoniam eruis ſuſtinentes te:& liberas eos de manibus anguſtiæ: dñe deus noſter. ¶ Lectio libri Sapientiæ.Eccleſiaſti. Capite.lj.

DOmine deus meus: exaltaſti ſuper terram habitationem meam:& pro morte defluenti deprecata ſum.Inuocaui dominum patrem domini mei:vt non derelinquat me in die tribulationis meæ: & in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Inuocabo nomen tuũ aſsiduè: & collaudabo illud in cõfeſsione:& exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me à perditione: & eripuiſti me de tẽpore iniquo. Propterea cõfitebor & laudem dicam tibi: & benedicam nomini tuo: domine deus noſter.

¶ Lectio

Lectio libri Sapiẽtię.vij.&.viij.

SApiẽtia vincit malitiam: attingit ergo à fine vſq; ad finem fortiter: & diſponit omnia ſuauiter. Hanc amaui & exquiſiui à iuuẽtute mea: & quæſiui ſponſam mihi aſſumere: & amator factus ſum formæ illius. Generoſitatem illius glorificat contubernium habens dei: ſed & dominus omnium dilexit eam. Doctrix eſt enim: diſciplinæ dei.

Epiſtola pro natali multarum virginum.

¶ Ad Corinthios.j Capite.vij.

DE virginibus præceptum domini non habeo: cõſilium autem do: tanquam miſericordiam conſecutus à deo: vt ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonũ eſſe propter inſtantem neceſsitatem: quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori: noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore: noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorẽ non peccaſti: & ſi nupſerit virgo: non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi: ego autẽ vobis parco. Hoc itaq; dico fratres: tempus breue eſt. Reliquum eſt: vt qui habent vxores: tanquam non habentes ſint: & qui flent tanquã non flentes: & qui gaudent tanquam nõ gaudentes: & qui emunt tanquã non poſſidentes. Et qui vtũtur hoc mũdo: tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mũdi. Volo autem: vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui autem ſine vxore eſt: ſolicitus eſt quæ domini ſunt: quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt: ſolicitus eſt quæ ſunt mundi: quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini ſunt: vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt: cogitat quæ ſunt mũdi: quomodo placeat viro.

Euangelia pro natali virginum.

¶ Secundùm Matthæũ. c.xiij.



IN illo tempo
re:dixit dñs Ie
ſus diſcipulis ſuis
parabolam hãc.
Simile eſt regnũ
cælorum theſau
ro abſcondito in agro: quem
qui inuenit homo abſcondit:
& prę gaudio illius: vadit & vẽ
dit vniuerſa quę habet: & emit
agrum illum. Iterum ſimile eſt
regnum cælorum homini ne-
gociatori: quęrenti bonas mar
garitas. Inuenta autem vna pre
tioſa margarita: abijt & vendi-
dit omnia quæ habuit: & emit
eam. Iterum ſimile eſt regnum
cælorum ſagenæ miſſæ in ma-
re: & ex omni genere piſcium
congreganti. Quam cùm im-
pleta eſſet: educẽtes & ſecus lit
tus ſedentes: elegerũt bonos in
vaſa ſua: malos autem foras mi
ſerunt. Sic erit in cõſummatio
ne ſeculi. Exibunt angeli: & ſe-
parabũt malos de medio iuſto
rum: & mittent eos in caminũ
ignis. Ibi erit fletus: & ſtridor
dentium. Intellexiſtis hęc om-
nia? Dicunt ei. Etiam domine.
Ait illis. Ideo omnis ſcriba do-
ctus in regno cælorum: ſimilis
eſt homini patrifamilias. Qui
profert de theſauro ſuo: noua
& vetera. ¶ Euangelium ſecũ-
dùm Matthæum. Capite. xxv.

IN illo tempore: Dixit domi
nus Ieſus diſcipulis ſuis para
bolam hãc. Simile eſt regnum
cælorũ decem virginibus: quæ
accipiẽtes lampades ſuas: exie-
runt obuiam ſponſo & ſponſę.
Quinq; autem ex eis erant fa-
tuæ: & quinque prudentes. Sed
quinq; fatuæ acceptis lampadi
bus: non ſumpſerunt oleum ſe
cũ: prudentes verò acceperunt
oleum in vaſis ſuis cum lampa
dibus. Moram autem faciente
ſponſo: dormitauerunt omnes
& dormierunt. Media autẽ no
cte clamor factus eſt: ecce ſpõ-
ſus venit: exite obuiam ei. Tũc
ſurrexerunt omnes virgines il-
læ: & ornauerunt lãpades ſuas.
Fatuę autem prudentibus dixe
rũt. Date nobis de oleo veſtro:
quia lampades noſtræ extingũ
tur. Reſponderunt prudentes
dicentes. Ne fortè nõ ſufficiat
nobis & vobis: ite potiùs ad vẽ
dentes:

dẽtes: & emite vobis. Dum autem irent emere venit ſponſus: & quę paratæ erant intrauerũt cũ eo ad nuptias: & clauſa eſt ianua. Nouiſsimè verò: veniũt & reliquæ virgines dicẽtes. Domine domine: aperi nobis. At ille reſpondens ait. Amen dico vobis: neſcio vos. Vigilate itaq;: q̃a neſcitis diẽ neq; horã.

¶In tempore reſurrectionis.

¶Officia ſanctorum fiãt, ſicut alio tẽpore, hoc ſeruato, quòd in fine officij additur Alleluia, & quòd in feſto plurimorum martyrum dicitur officiũ. Sancti tui domine. In feſto autem vnius martyris dicitur officiũ. Protexiſti me deus. Primum Alleluia dicitur de communi, ſicut alio tempore: ſecũdum verò ſemper eſt. Confitebuntur cęli. Item Offert. in omnibus diebus feſtis eſt. Confitebuntur cæli. Exceptis feſtis confeſſorum, in quibus offerto. eſt. Repleti ſumus manè. Cõmunio verò ſemper eſt. Ego ſum vitis vera. niſi quòd in feſtis plurimorũ martyrum dicitur. Gaudete iuſti in domino. Epiſtola vt in alio tempore. Euãgeliũ. Ego ſum vitis vera: vt infra. Officium.

Sancti tui domine benedicẽt te: gloriam regni tui dicent alleluia. ℣. Exaltabo te deus meus rex: & benedicam nomini tuo in ſeculum & in ſeculũ ſeculi.

¶Aliud officium.

Protexiſti me deus à conuentu malignantiũ alleluia: à multitudine operantium iniquitatẽ alleluia alleluia. ℣. Exaudi deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animã meã. Alleluia. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.

¶Euangeliũ ſecundùm Ioannem. Capite. xv.

In illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera: & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Et omnẽ qui fert fructum purgabit eum: vt fructum plus afferat. Iam vos

mũdi eſtis:propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Manete in me:& ego in vobis. Sicut palmes nõ poteſt ferre fructum à ſemetipſo: niſi manſerit in vite:ſic nec vos niſi in me mãſeritis. Ego ſum vitis:& vos palmites. Qui manet in me & ego in eo. Hic fert fructũ multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit : mittetur foras ſicut palmes & areſcet: & colligent eum:& in ignem mittent & ardet. Si mãſeritis in me:& verba mea in vobis mãſerint:quodcũque volueritis petetis:& fiet vobis. Offer. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorũ alleluia. Offert. Repleti ſumus manè miſericordia tua:exultauimus & delectati ſumus alľa. Cõ. Ego ſum vitis vera & vos palmites: qui manet in me & ego in eo: hic fert fructũ multũ alľa. Cõm. Gaudete iuſti in dño alľa:rectos decet collaudatio.

¶ In natali virgi. primum. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in æternum. Secundum. Alleluia. ℣. Vidi ſpecioſam ſicut colũbam:& circundabãt eam flores roſarum & lilia conuallium.

¶ Inci-



INCIPIT SANCTOrale ſecundùm conſuetudinem monachorum congregationis ſancti Benedicti Valliſoletani.

¶ In vigilia ſancti Andreę apoſtoli: miſſa matuti. dicat de ſancto Saturnino. ¶ Sed ſi in dñica venerit: miſſa matuti. dicatur de vigi. prima cõme. de dñica. ſecunda de ſancto Saturnino. Et tamẽ ieiuniũ celebrabitur in ſabbato. ¶ Et idẽ erit de alia quacũq; vigilia: quę venerit in dñica: quantũ ad ieiuniũ. ¶ Sed neq; miſſa Saturnini dimittatur: ſi ſit qui eam dicat.

¶ Sequitur miſſa matutina. Saturnini epiſcopi. Officium.

DOMIne præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo: magna enim eſt gloria eius in ſalutari tuo. ℣. Dñe in virtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehemẽter. Oro.

DEus qui nos beati Saturnini martyris tui atq; põtificis cõcedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per. Epiſto. Beatus vir qui inuentus. fo. ccxxxj. ℟. Dñe preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculũ ſeculi. Alla. ℣. Iuſtus non conturbabitur: quia dominus firmat manũ eius. Euãgel. Nihil opertũ. fo. ccxxx. Offer. In virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Sacra.

MVnera tibi dñe dedicata ſanctifica: & intercedente beato Saturnino martyre tuo, per eadem nos placatus intende. Per. Cõmu. Magna eſt

gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſt cõmu.

SAnctificet nos dñe quæſumus tui perceptio ſacramẽti: & intercesſione ſanctorũ tuorũ tibi reddat acceptos. Per dominum noſtrum.

¶ Ad miſſam maiorem de vigilia. Officium.

DOminus ſecus mare Galilęæ vidit duos fratres Petrum & Andream & vocauit eos. Venite poſt me: & faciam vos fieri piſcatores hominũ. ℣. Cæli enarrãt gloriam dei: & opera manuũ eius annuntiat firmamentum. Dicatur miſſa vt trium lectio. Oratio.

QVæſumus omnipotens deus: vt beatus Andreas apoſtolus tuum pro nobis imploret auxilium. vt à noſtris reatibus abſoluti: à cũctis etiam periculis eruamur. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio libri ſapientiæ Eccleſiaſtici. Capite. xliiij. & .xlv.

BEnedictio domini ſuper caput iuſti: ideo dedit illi hæreditatem: & diuiſit ei partem in tribubus duodecim: & inuenit gratiam in conſpectu omnis carnis. Magnificauit eũ in cõſpectu inimicorum: & in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit illum in cõſpectu regum: & dedit illi gloriã ſuã. In fide & lenitate ipſius ſanctũ fecit illum: & elegit eum ex omni carne. Dedit illi præcepta & legem vitæ & diſciplinæ: & excelſum fecit illum. Statuit ei teſtamentum æternum: & circũcinxit eum zona iuſtitiæ. Et induit eum dominus: corona gloriæ. ℟. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenam multiplicabuntur. Si dominica fuerit. Alleluia. ℣. Dilexit Andream dominus: in odorem ſuauitatis.

¶ Euangelium ſecundum Ioãnem. Capite. j.



IN illo tempore: Stabat Ioãnes & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens dominum Ieſum ambulan-

bulantem dixit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentē: & ſecuti ſunt Ieſum. Conuerſus autem Ieſus: & videns eos ſequentes ſe: dicit eis. Quid quæritis? Qui dixerunt ei. Rabbi quod dicitur magiſter: vbi habitas? Dicit eis. Venite & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret: & apud eum manſerunt die illo. Hora autem erat quaſi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri: vnus ex duobus qui audierant à Ioanne: & ſecuti fuerant eum. Inuenit hic primùm fratrem ſuum Simonē: & dicit ei. Inuenimus meſſiam: quod eſt interpretatum Chriſtus. Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus dixit. Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis cephas: quod interpretatur Petrus. In craſtinū autem voluit exire in Galilæā: & inuenit Philippum: & dicit ei. Sequere me. Erat autē Philippus à Bethſaida: ciuitate Andreę & Petri. Inuenit Philippus Nathanael: & dixit ei. Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ inuenimus: Ieſum filiū Ioſeph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus. Veni & vide. Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe: & dicit de eo. Ecce verè iſraelita: in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael. Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus: & dixit ei. Priuſquam te Philippus vocaret: cùm eſſes ſub ficu vidi te. Reſpondit ei Nathanael: & ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex Iſrael? Reſpondit Ieſus: & dixit ei. Quia dixi tibi vidi te ſub ficu credis? Maius his videbis. Et dicit eis. Amen amen dico vobis: videbitis cælū apertum: & angelos dei aſcendentes & deſcendentes: ſupra filium hominis. Offertoriū. Gloria & honore coronaſti eum: & cōſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

SAcrandū domine tibi munus offerimus: quo beati Andreæ ſolennia recolentes, purificationem quoq; noſtris mentibus imploramus. Per dominum. Cōm. Venite poſt me:

faciam vos piſcatores hominum. At illi relictis retibus & naui ſecuti ſunt dominum. Poſt cõmunio.

PErceptis domine ſacramẽtis ſuppliciter exoramus: vt intercedente beato Andrea apoſtolo tuo, quæ pro illius venerãda gerimus paſsione: nobis proficiãt ad medelam. Per.

¶In die ſancti Andreæ. Ad miſſam maiorem. Officiũ.

MIhi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorũ. ℣. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionem meã & reſurrectionem meã. Oratio.

MAieſtatẽ tuã dñe ſuppliciter exoramus: vt ſicut eccleſiæ tuæ beatus Andreas apoſtolus extitit prædicator & rector, ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per dominum. ¶Ad Romanos.c.x.

FRatres: Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illũ: non confundetur. Non enim eſt diſtinctio iudæi & gręci: nã idem dominus omniũ: diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ domini: ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabunt: in quem non crediderũt? Aut quomodo credent ei: quẽ non audierunt? Quomodo autẽ audient: ſine prędicãte? Quomodo verò prædicabunt: niſi mittantur? Sicut ſcriptum eſt. Quã ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacem: euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio: Eſaias enim dicit. Domine: quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbũ Chriſti. Sed dico. Nunquid non audierũt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ: verba eorum. ℟. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

Alleluia. ℣. Biduo viuens pendebat in cruce pro Chriſti nomine beatus Andreas: & docebat populũ.

¶Euan

¶Euangelium ſecũdùm Matthæum. Capite.iiij.

IN illo tempore: Ambulans dñs Ieſus iuxta mare Galilçæ: vidit duos fratres. Simonẽ qui vocatur Petrus: & Andreã fratrem eius: mittentes rete in mare: erãt enim piſcatores. Et ait illis. Venite poſt me: & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuò relictis retibus: ſecuti ſunt eum. Et procedẽs inde: vidit alios duos fratres: Iacobum Zebedçi & Ioãnem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum: reficiẽtes retia ſua: & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus & patre: ſecuti ſunt eum. Credo. Offer. Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. Sacra.

SAcrificium noſtrũ tibi domine quæſumus beati Andreæ prædicatio ſancta conciliet: vt cuius honore ſolenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per. Præfatio.

EQuum & ſalutare. Te domine ſuppliciter exorare: vt gregem tuum paſtor çterne non deſeras: ſed per beatos apoſtolos tuos: continua protectione cuſtodias. Vt iiſdem rectoribus gubernetur: quos operis tui vicarios eidem contuliſti: præeſſe paſtores. Et ideo. Communio. Dicit Andreas Simoni fratri ſuo. Inuenimus meſſiam qui dicitur Chriſtus. & adduxit eum ad Ieſum. Poſt cõmunio.

SVmpſimus domine diuina myſteria beati Andreæ feſtiuitate lçtãtes: quç ſicut tuis ſanctis ad gloriã, ita nobis quæ ſumus ad veniam prodeſſe perficias. Per dominum.

¶Griſanti & Darię. Officium.

IVdicant ſancti gentes: & dominantur populis: & regnabit dominus deus illorum in perpetuum. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

PRæſta dñe precibus noſtris cum exultatione prouentum: vt quorum diem paſſionis annua deuotione recolimus, etiam fidei conſtantiam ſubſequamur. Per. Epiſto. Reddet deus. fol. ccxxxvij. ℟. Vin-

dica domine ſanguinem ſanctorũ
tuorum: qui effuſus eſt. ℣. Poſue-
runt mortalia ſeruorum tuorum
eſcas volatilibus cæli: carnes ſancto
rum tuorum beſtijs terræ. Alle-
luia. ℣. Iuſti epulentur in conſpe-
ctu dei: & delectentur in lætitia.
Euangelium Attendite à fer-
mento. fo. ccxxix. Offer. Læta
mini in dño & exultate iuſti: & glo
riamini omnes recti corde. Sacra.

VOta populi tui dñe pro-
pitiatus intende: & quo-
rum nos tribuis ſolennia cele-
brare, fac gaudere ſuffragijs.
Per. Commu. Dico autem vobis
amicis meis: ne terreamini ab his
qui vos perſequuntur. Poſt cõm.

EXaudi domine preces no
ſtras: & ſanctorum tuorũ
quorum feſta ſolẽniter celebra
mus, continuis foueamur auxi
lijs. Per dominum noſtrum.

¶In natali ſanctæ Barbaræ vir-
ginis. Officium.

LOquebar de teſtimo
nijs tuis in cõſpectu
regum: & non con-
fundebar: & medita
bor in mandatis tuis: quæ dilexi ni-
mis. ℣. Beati immaculati in via:
qui ambulant in lege dñi. Oratio.

INdulgentiam nobis domi-
ne beata Barbara virgo &
martyr imploret: quæ tibi gra-
ta ſemper extitit, & merito ca-
ſtitatis: & tuæ profeſsione vir-
tutis. Per dñm. Epiſto. Confite
bor. fol. ccxl. ℟. Diffuſa eſt gra-
tia in labijs tuis: propterea benedi-
xit te deus in ęternum. ℣. Propter
veritatem & manſuetudinem & iu
ſtitiam: & deducet te mirabiliter
dextera tua. Alleluia. ℣. Specie
tua & pulchritudine tua: intende
proſperè procede & regna. Euan
geliũ. Simile eſt regnum cęlo-
rum theſau. fol ccxlj. Offerto.
Offerētur regi virgines poſt eam:
proximæ eius offerentur tibi in lęti
tia & exultatione: adducentur in tẽ
plo regi domino. Sacra.

TVæ ſanctæ Barbaræ virgi
nis & martyris paſsionẽ
pretioſam recolentes: munera
nobis à te collata votiuè domi
ne offerimus ſupplicantes: vt ſi
cut tua gratia ſunt iuſta: ſic no-
ſtra ſeruitus accepta reddat of-
ficia. Per dominum. Commu
nio. Simile eſt regnum cælorum
homini negotiatori quærenti bo-
nas

nas margaritas: inuenta vna pretioſa margarita: dedit omnia ſua & cõ parauit eam. Poſt communio.

DIuini muneris largitate ſatiati quæſumus domine deus noſter: vt intercedente beata Barbara virgine & martyre tua, in eius ſemper participatione viuamus. Per dominũ.

¶In die ſancti Nicolai epiſcopi. Ad miſſam maiorem.

Officium.

STatuit ei dñs teſtamentũ pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. ℣. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto meo vnxi eum. Oratio.

DEus qui beatum Nicolaum cõfeſſorem tuum atq; pontificem innumeris decoraſti miraculis: tribue nobis quæſumus: vt eius meritis & precibus: à gehennæ incendijs liberemur. Per. Epiſtola. Plures facti ſunt. fo. ccxxxv. ℟. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meũ confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. ℣. Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum. Euangelium. Homo quidam nobilis abijt. fol. ccxxxvj. Offertoriũ. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

SAnctifica quæſumus domine oblata munera: quæ in venerationem ſancti antiſtitis tui Nicolai offeruntur, vt per ea vita noſtra inter aduerſa vbique dirigatur & proſpera. Per dominum noſtrum Communio. Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Poſt commu.

SAcrificia quæ ſumpſimus domine pro ſolẽnitate ſancti pontificis tui Nicolai: ſempiterna nos protectione cõfirment. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶In octauo die ſancti Andreę. omnia fiant ſicut in die, ſed orationes dicãtur, ſicut in vigilia.

¶ In conceptione beatæ Mariæ. Ad miſſam maiorẽ. Offiñ. Salue ſancta parens. Cætera etiã omnia fiant ſicut in eius natiuita. excepto quòd vbi dicitur natiuitas: dicatur conceptio.

¶ Leocadiæ virginis. Ad miſſam maiorem. Officium.

LOquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regũ: & non confundebar. Et meditabor in mandatis tuis: quæ dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via: quia ambulant in lege dñi. Orõ.

DEus qui nos beatę Leocadiæ virginis annua ſolẽnitate lętificas: concede propitius, vt eius adiuuemur meritis: cuius caſtitatis irradiamur exemplis. Per. Epiſtola. Domine Deus meus. fol ccxl. ℟. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia. ℣. Vidi ſpecioſam ſicut columbã: & circũdabant eam flores roſarum & lilia conuallium. Euangel. Simile eſt regnum cælorum decem. fo. ccxlj. Offertorium. Filię regum in honore tuo: aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Sacra.

GRata ſit tibi domine hęc oblatio plebis tuę: quã tibi offerimus in honorem ſanctæ virginis tuæ Leocadiæ, vt cunctis proficiat ad ſalutẽ. Per dñm. Communio. Simile eſt regnum cælorũ homini negotiatori quęrenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa margarita dedit omnia ſua: & cõparauit eam. Poſtcõ.

ADiuuent nos quæſumus domine & hęc myſteria ſancta quæ ſumpſimus: & beatæ Leocadiæ virginis tuæ interceſſio veneranda, & præſta: vt ab omnibus tueamur aduerſis, & ad manſiones perducamur æthereas. Per dominum.

¶ Eulaliæ virginis. Ad Miſſam maiorem. Officium.

LÆtemur hodie cum immẽſo gaudio: Chriſtũ laudemus modulato carmine: qui dedit nobis exoratricem Eulaliã præclaram. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

PRæſta queſumus omnipotens deus: vt beatę Eulalię martyris tuę ſolennia recẽſentes, meritis ipſius protegamur & precibus. Per. Epiſto. Sapiẽtia vincit. fol.ccxlj. ℟. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſperè procede & regna. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi in lætitia. Euange. Simile eſt regnũ cælorum the. fo. ccxlj. Offert. Offerentur regi virgines proximæ eius offerentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi domino. Sacra.

VOta populi tui domine propitiatus intende: & quorũ nos tribuis ſolennia celebrare, fac gaudere ſuffragijs. Per. Cõmunio. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiã Chriſto domino. Poſt commu.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedentibus ſanctis tuis, & tua nobis dona multiplices: & tempora noſtra diſponas. Per.

¶ Luciæ virginis. Ad miſſam maiorem. Officium.

DIlexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ Lucię feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per. Epiſtola. Confitebor tibi dñe rex. fol. ccxl. ℟. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia. ℣. In tua patiẽtia poſſediſti animã tuam: Lucia ſponſa Chriſti. Euangeliũ. Simile eſt regnum cęlorũ theſa. fol. ccxlj. Offert. Offerentur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi. Sacra.

ACcepta ſit tibi dñe ſacratę plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione perce-

percepiſſe cognoſcit auxiliũ. Per. Cõmunio. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternũ. Poſt cõm.

SAtiaſti domine familiam tuã muneribus ſacris: eius quæſumus ſemper interuẽtione nos réfoue, cuius ſolẽnia celebramus. Per dominum.

¶ In feſtiuitate ſanctæ Mariæ ante natale domini. Ad miſſam maiorem. Officium.

ROrate cæli deſuper: & nubes pluãt iuſtum: aperiatur terra: & germinet ſaluatorem. ℣. Et iuſtitia oriatur ſimul: ego dominus creaui eum. Oratio.

DEus qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbum tuum angelo nuntiante carnẽ ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis, vt qui verè eam genitricẽ dei credimus: eius apud te interceſsionibꝰ adiuuemur. Per eũdẽ dominum. ¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. Capite. vij.

IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Achaz dicens. Pete tibi ſignũ à dño deo tuo in profundũ inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petam: & nõ tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nũquid parum eſt vobis moleſtos eſſe hominibus: quia moleſti eſtis & deo meo? Propter hoc: dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum: & eligere bonũ. ℞. Tollite portas principes veſtras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. ℣. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus & mundo corde. Alleluia. ℣. Spiritus ſanctus in te deſcẽdet virgo Maria: dei genitrix intercede pro nobis. Euangel. Miſſus eſt angelus. fol. v. Credo. Offerto. Aue Maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Sacra.

IN mentibus noſtris quæſumus domine veræ fidei ſacramenta confirma: vt qui cõceptum de virgine deũ verum &

& hominẽ cõfitemur, per eius ſalutiferæ reſurrectionis potentiam: ad æternam mereamur peruenire lætitiam. Per eũdem dñm. Præfatio. Quia per incarnati verbi myſte. fol.ccvij.

Communio. Ecce virgo concipiet: & pariet filiũ: & vocabitur nomen eius Emanuel. Poſt cõmu.

GRatiã tuã quæſumus domine mẽtibus noſtris infunde: vt qui angelo nuntiante Chriſti filij tui incarnationẽ cognouimus, per paſsionem eius & crucem: ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum.

¶ Dominici abbatis. Ad miſſam maiorem. Officium.

OS iuſti meditabitur ſapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem. Oratio.

EXcita domine in eccleſia tua ſpiritũ: cui beatus Dominicus abbas ſeruiuit, vt eodem nos replente ſtudeamus amare quod amauit: & opere exercere quod docuit. Per. eiuſ.

Epiſto. Iuſtus cor. fo. ccxxxvij

℟. Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei lõgitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in ęternum ante dominum. Euangeliũ. Nemo lucernã. fol. ccxxxviij.

Offertorium. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei domine: & voluntate labiorum eius nõ fraudaſti eũ. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Sacra.

SAcrificiũ noſtrũ tibi dñe quęſumus beati Dñici precatio ſancta conciliet: vt cuius honore ſolenniter exhibetur, meritis efficiatur acceptũ. Per.

Cõ. Beatus ſeruus: quem cùm venerit dominus: inuenerit vigilantẽ. Amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt cõm.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis cæleſtibus ſatiaſti, intercedente beato Dominico abbate: perpetua protectione cuſtodias. Per dominum.

¶ Thomæ apoſtoli.
Ad miſſam maiorem. Officiũ.

MIhi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. ℣. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionẽ meã & reſurrectionem meã. Oratio.

DA nobis quæſumus domine beati apoſtoli tui Thomæ ſolennitatibus gloriari: vt eius ſemper & patrocinijs ſubleuemur, & fidem cõgrua deuotione ſectemur. Per. Epiſtola. Iam non eſtis. fo. ccxxiij ℟. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos. & ſuper arenam multiplicabuntur. Alleluia. ℣. Per manus autẽ apoſtolorũ fiebant ſigna: & prodigia magna in plebe. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Cap. xx.

IN illo tempore: Thomas vnus ex duodecim qui dicitur Didymus: nõ erat cum eis quando venit dominus Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Ille autẽ dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum: & mittam digitum meum in locum clauorum: & mittam manum meam in latus eius: non credam. Et poſt dies octo: iterum erant diſcipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis: & ſtetit in medio: & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitũ tuũ huc: & vide manus meas: & affer manum tuã: & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus: ſed fidelis. Reſpondit Thomas: & dixit ei. Dñs meus: & deus meus. Dicit ei Ieſus. Quia vidiſti me Thoma: credidiſti: Beati qui nõ viderunt: & crediderũt. Credo. fo. cxcv. Offert. In oẽm terrã exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terrę verba eorũ. Sec.

DEbitum tibi domine noſtræ reddimus ſeruitutis ſuppliciter exorantes: vt ſuffragijs beati apoſtoli tui Thomæ in nobis tua munera tuearis, cuius honorãdo confeſsionẽ: laudis tibi hoſtias immolamus Per. Præfatio. Te domine ſuppliciter exo. fol. cciij. Cõmu.

Vos

Vos qui ſecuti eſtis me:in regeneratione cùm ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael. Poſt cõmu.

COnſerua domine populum tuum:& quem ſanctorum tuorum præſidijs non deſinis adiuuare, perpetuis tribue gaudere ſuffragijs.Per.

¶Tranſlatio ſancti Iſidori.

Ad miſſam maiorem.Officiũ.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientię & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucũditatẽ & exultationẽ theſaurizauit ſuper eum. Oratio.

EXaudi quæſumus domine preces noſtras:& interueniente beato Iſidoro confeſſore tuo atq; põtifice:ſupplicationes noſtras placatus intẽde. Epiſto. Optaui.fol. ccxxxviij. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi:qui cõſeruaret legem excelſi. Alleluia. ℣. Dñe quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Euãge. Vos eſtis ſal ter. fo. ccxxxix

Offert. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo:& in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

ACcepta ſit tibi domine ſacrę plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorũ:quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxiliũ. Per. Cõmu. Fidelis ſeruus & prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tẽpore tritici menſurã. Poſt cõmu.

DA quęſumus domine fidelibus populis: ſanctorum tuorum pia veneratione lętari,& eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per domi-

In natali ſancti Stephani.

Ad miſſam maiorem.Officiũ.

ETenim ſederũt principes: & aduerſum me loquebantur: & iniqui perſecuti ſunt me. Adiuua me dñe deus meus: qa ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. Gloria in excelſis. Oratio.

DA nobis quæſumus dñe imitari quod colimus:vt diſcamus & inimicos diligere,

quia eius natalitia celebramus qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuũ. Qui tecum. ¶ Lectio actuum apoſtolorum. Capite. vj. & .vij.

IN diebus illis: Stephanus plenus gratia & fortitudine: faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Surrexerũt autem quidam de ſynagoga quæ appellabatur libertinorum: & cyrenenſium & alexandrinorum: & eorũ qui erant à cilicia & aſia: diſputãtes cum Stephano. Et non poterãt reſiſtere ſapientię & ſpiritui: qui loquebatur. Audientes autem hæc: diſſecabãtur cordibus ſuis: & ſtridebant dentibus in eum. Cùm autem eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto: intendens in cælum: vidit gloriã dei: & Ieſum ſtantem à dextris virtutis dei: & ait. Ecce video cęlos apertos: & filium hominis ſtantẽ à dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna: continuerunt aures ſuas: & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijciẽtes eum extra ciuitatem: lapidabant. Et teſtes depoſuẽrunt veſtimẽta ſua ſecus pedes adoleſcẽtis: qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem. Domine Ieſu: accipe ſpiritũ meũ. Poſitis autem genibus: clamauit voce magna dicens. Domine: ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Et cùm hoc dixiſſet: obdormiuit in domino. ℟. Sederunt principes: & aduerſum me loquebantur: & iniqui perſecuti ſunt me. ℣. Adiuua me domine deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiã tuam. Alleluia. ℣. Video cælos apertos: & Ieſum ſtantem à dextris virtutis dei. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæũ. Cap. xxiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus turbis Iudæorum: & principibus ſacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas: & ſapientes & ſcribas: & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex illis flagellabitis in ſynagogis veſtris: & perſequemini de ciuitate in ciuitatem. Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terrã: à ſanguine Abel iuſti: vſq; ad ſanguinem

nem Zachariæ filij Barachiæ: quē occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Hieruſalē Hieruſalem: quæ occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Quotiens volui congregare filios tuos: quemadmodū gallina congregat pullos ſuos ſub alas: & noluiſti. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico em̄ vobis: nō me videbitis amodo: donec dicatis. Benedictus qui venit: in nomine domini. Offertō. Elegerunt apoſtoli Stephanum leuitam plenum fide & ſpiritu ſancto: quem lapidauerunt iudæi orantem & dicentem. Domine Ieſu: accipe ſpiritum meum alleluia. Sacra.

SVſcipe dn̄e munera pro tuorū commemoratione ſanctorū: vt ſicut illos paſsio effecit glorioſos, ita nos deuotio reddat innocuos. Per dn̄m. Cōmu. Video cęlos apertos: & Ieſum ſtantē à dextris virtutis dei. Domine Ieſu accipe ſpiritum meum: & ne ſtatuas illis hoc peccatū: quia neſciunt quid faciunt. Poſt cōmu.

AVxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, ſempiterna protectione confirment. Per.

¶ Sancti Ioannis euangeliſtæ. Ad miſſam maiorem. Officiū.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientię & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucūditatē & exultationē theſaurizauit ſuper eum. Oratio.

ECcleſiam tuam domine benignus illuſtra: vt beati Ioannis euāgeliſtæ illluminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per. ¶ Lectio libri ſapientiæ. Eccleſiaſtici. cap. xv.

QVi timet deum faciet bona: & qui cōtinens eſt iuſtitiæ apprehēdet illā: & obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibabit illū pane vitæ & intellectus: & aqua ſapiētiæ ſalutaris potabit illū. Et firmabitur in illo & nō flectetur: & cōtinebit illum & nō cōfundetur: & exaltabit illū apud proximos ſuos. In medio eccleſiæ

aperuit os eius: & impleuit eũ dominus ſpiritu ſapientię & intellectus: & ſtola gloriæ induit eum. Iucunditatem & exultationẽ: theſaurizauit ſuper eũ. Et nomine æterno hęreditabit illum: dñs deus noſter. ℞. Exijt ſermo inter fratres: ꝙ diſcipulus ille non moritur. ℣. Sed ſi eum volo manere donec veniam: tu me ſequere. Alleluia. ℣. Hic eſt diſcipulus ille: qui teſtimonium perhibet de his: & ſcimus quia verũ eſt teſtimonium eius. ¶ Euãgelium ſecundum Ioannem. vlt. capit.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus Petro. Sequere me. Conuerſus Petrus: vidit illum diſcipulum quẽ diligebat Ieſus ſequentẽ: qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius: & dixit domine quis eſt qui tradet te? Hũc ergo cùm vidiſſet Petrus: dicit Ieſu. Domine: hic autem quid? Dicit ei Ieſus. Si eum volo manere donec veniã: quid ad te? Tu me ſequere. Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres: ꝙ diſcipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit ei Ieſus non moritur: ſed ſi eum volo manere donec veniam: quid ad te. Hic eſt diſcipulus ille: qui teſtimoniũ perhibet de his: & ſcripſit hæc. Et ſcimus: quia verum eſt teſtimonium eius. Credo. fo. cxcv.

Offertorium. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quæ in libano eſt multiplicabitur. Sacra.

SVſcipe dñe munera quęſumus: quæ in eius tibi ſolennitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Per. Præfatio. Te dominę ſuppliciter. fol. cciij. Commu. Exijt ſermo inter fratres: ꝙ diſcipulus ille nõ moritur: & non dixit Ieſus non moritur: ſed ſi eũ volo manere donec veniã: quid ad te. Poſt cõm.

REfecti cibo potuq; cęleſti dñe deus noſter te ſupplices deprecamur: vt in cuiꝰ hæc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & precibꝰ. Per.

¶ In natali Innocentium. Ad miſſam maiorẽ. Officium.

EX ore infantiũ deus & lactentium perfeciſti laudẽ propter inimicos tuos. ℣. Dñe dñs noſter: quã admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra. Oro.

Deus

DEus cuius hodierna die prçconiũ innocẽtes martyres nõ loquendo ſed moriẽdo confeſsi ſunt: omnia in nobis vitiorũ mala mortifica, vt fidem tuã quã lingua noſtra loquitur: etiã moribus vita fateatur. Per. ¶ Lectio libri apocalypſis beati Ioannis apl'i. c. xiiij.

IN diebus illis: Vidi ſupra montem Syon agnũ ſtantem: & cum eo centũ quadragintaquatuor millia: habentes nomẽ eius & nomẽ patris eius ſcriptũ in frontibus ſuis. Et audiui vocẽ de cælo tanquam vocem aquarum multarũ: & tanquam vocẽ tonitrui magni. Et vocẽ quam audiui: ſicut cythrœdorũ cytharizãtium in cytharis ſuis. Et cantabant quaſi canticum nouum: ante ſedem & ante quatuor animalia & ſeniores. Et nemo poterat dicere canticũ: niſi illa cẽtũ quadragintaquatuor millia: qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cũ mulieribus nõ ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnũ: quocunq; ierit. Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ deo & agno: & in ore ipſorum non eſt inuentũ mendaciũ. Sine macula enim ſunt: ante thronũ dei. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrũ in nomine dñi: qui fecit cælum & terram. Alleluia. ℣. Te martyrũ candidatus: laudat exercitus dñe. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. Cap. ij.

IN illo tẽpore: Angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph dicens. Surge & accipe puerũ & matrẽ eius: & fuge in Ægyptum: & eſto ibi vſq; dum dicam tibi: futurum eſt enim: vt Herodes quærat puerũ ad perdendum eum. Qui cõſurgens accepit puerum & matrẽ eius nocte: & ſeceſsit in Ægyptũ: & erat ibi vſq; ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictũ eſt à domino per prophetam dicentem. Ex Ægypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à magis: iratus eſt valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem: &

in omnibus finibus eius à bimatu & infrà: ſecundùm tempus quod exquiſierat à magis. Tũc adimpletum eſt: quod dictum eſt per Hieremiam prophetã dicẽtem. Vox in Rhama audita eſt: ploratus & vlulatus multus: Rachel plorans filios ſuos. Et noluit conſolari: quia non ſunt. Offertoriũ. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus. Sacra.

SAnctorum tuorum nobis domine pia non deſit oratio: quæ & munera noſtra tibi cõciliet, & tuã nobis indulgẽtiã ſemper obtineat. Per dñm. Communio. Vox in Rhama audita eſt: ploratus & vlulatus: Rachel plorans filios ſuos: noluit conſolari quia nõ ſunt. Poſt cõmu.

VOtiua domine dona percepimus: quæ ſanctorũ nobis precibus & præſentis vitæ quæſumus pariter & æternæ, tribue conferre ſubſidium. Per dominum noſtrum.

¶ Thomæ archiepiſcopi Cantuarienſis.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

LÆtabitur iuſtus in domino & ſperabit in eo: & laudabũtur oẽs recti corde. ℣ Exaudi deus orationẽ meã cũ deprecor: à timore inimici eripe animã meã. Oro.

DA quæſumus omnipotẽs de⁹: vt qui beati Thomæ martyris tui atq; pontificis ſolennia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per. Epiſto. Iuſtus ſi morte. fo. ccxxxij. ℟. Domine præueniſti eum in benedictionib⁹ dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. ℣. Vitã petijt: & tribuiſti ei lõgitudinẽ dierũ in ſeculũ ſeculi. Allľa. ℣. Lętabitur iuſtus in dño & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Euangel. Si quis vult poſt me. fo. ccxxxij Offer. Gloria & honore coronaſti eũ: & cõſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

HÆc hoſtia dñe quæſum' emundet nr̃a delicta: & ad ſacrificiũ celebrandũ, ſubditorum tibi corpora mẽteſque ſanctificet. Per. Cõmu. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriã

& ma

&magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſt commu.

Refecti participatione muneris ſacri quæſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum.

¶ Tranſlatio ſancti Iacobi. Ad miſſam maiorem. Officium.

Mihi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorũ. ℣. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionem meã & reſurrectionẽ meam. Oratio.

Esto domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos: vt apoſtoli tui Iacobi munita præſidijs, & conuerſatione tibi placeat: & ſecura deſeruiat. Per. Epiſtola. Iã nõ eſtis. fo. ccxxiij. ℟. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenã multiplicabũtur. A lla. ℣. Per manus autẽ apoſtolorum fiebant ſigna: & prodigia magna in plebe. Euange. Acceſsit ad dominum Ieſum. vt in alio feſto. Credo. foli. cxcv. Offertoriũ. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Sacra.

Oblationes populi tui quę ſumus dñe beati apoſtoli tui Iacobi tranſlatio beata cõciliet, vt quæ noſtris non aptæ ſunt meritis, fiant tibi placitæ eius deprecatione. Per. Præfatio. Te dñe ſuppliciter exo. fo. cciij. Communio. Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cũ ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael. Poſt communionem.

Beati Apoſtoli tui Iacobi cuius hodie feſtiuitate corpore & ſanguine tuo nos refeciſti: quæſumus domine interceſsione nos adiuua, pro cuius ſolẽnitate percepimus tua ſancta lætantes. Qui viuis.

¶ Syluestri papæ. Colũbæ virginis. Oro in cõmemorationẽ facienda in miſſa matutinali.

Da quæſumus omnipotẽs deus: vt qui beatę Colũbę virginis tuę natalitia colimus, & annua ſolennitate lætemur: & tantę fidei proficiamus

exemplo. Per dñm. Sacra.

HOſtia hæc domine quæſumus quam ſanctorũ natalitia recẽſentes offerimus & vincula noſtræ prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per dominum noſtrum. Poſt commu.

QVæſumus domine ſalutaribus repleti myſterijs: vt cuius ſolẽnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

SAcerdotes tui domine induãt iuſtitiam: & ſancti tui exultẽt. Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciẽ Chriſti tui. ℣. Mẹmento dñe Dauid: & omnis manſuetudinis eius. Oro.

DA nobis quæſumus omnipotens deus: vt beati Syluestri cõfeſſoris tui atq; põtificis veneranda ſolennitas, & deuotionẽ nobis augeat & ſalutem. Per. Epiſtola. Plures facti. fo. ccxxxv. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi.

Alleluia. ℣. Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum: ſecundùm ordinẽ Melchiſedech. Euangelium. Vigilate: quia neſcitis. fol ccxxxvj. Offer. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Sacrã.

SAncti tui nos domine quęſumus vbiq; lætificẽt: vt dũ eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per. Com.

Beatus ſeruus: quem cùm venerit dominus inuenerit vigilãtem: amẽ dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt commu.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora ſumamus. Per dominum noſtrum.

¶ In octauo die ſancti Stephani ad miſſam omnia fiant ſicut in die: & fiat vt. xij. lectio.

¶ Si in hac die Dum medium ſilentium. debuerit cantari: miſſa matuti. erit de octauo die.

¶ Eadẽ regula ſeruetur in octauo die ſancti Ioannis: & Innocentium.

¶ Iuliani

¶ Iuliani,& Baſiliſſæ. Officiũ.

SApientiam ſancto rum narrent populi:& laudem eorũ nũtiet eccleſia:nomina autem eorũ viuent in ſeculum ſeculi. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

PRæſta domine precibus noſtris cum exultatione prouentum: vt quorũ diẽ paſſionis annua deuotione recolimus,etiam fidei cõſtantiã ſubſequamur.Per. Epiſto. Iuſtorũ animæ. fol. ccxxvj. ℟. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate dño canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. A llła. ℣. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione: & lauerunt ſtolas ſuas: & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Euangel. Cùm audieritis. fo. ccxxix Offerto. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus Iſrael: ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. Benedictus deus alleluia. Sacra.

VOta populi tui dñe propitiatus intende: & quorũ nos tribuis ſolennia celebrare:fac gaudere ſuffragijs.Per. Cõm. Iuſtorũ animæ in manu dei ſunt:& nõ tãget illos tormẽtũ malitiæ: viſi ſunt oculis inſipiẽtiũ mori:illi autẽ ſunt in pace. Poſt cõm.

EXaudi dñe preces noſtras & ſanctorum tuorũ quorũ feſta ſolẽniter celebramus, continuis foueamur auxilijs.

¶ Hylarij epiſcopi & doctor. Ipſo die Victoriani abba. Ad miſſam matutinalem. Officiũ.

OS iuſti meditabitur ſapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem. Oratio.

EXcita dñe in eccleſia tua ſpiritũ: cui beatus Victorianus abbas ſeruiuit, vt eodẽ nos replẽte ſtudeamus amare quod amauit:& opere exercere quod docuit. Per dñm. eiuſ. Epiſtola. Iuſtus cor ſuum. fol. ccxxxvij. ℟. Domine præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt:& tribuiſti ei lõgitudinem dierum in

ſeculũ ſeculi. Allꝰa. ℣ Iuſtus ger-
minabit ſicut lilium: & florebit in
æternum ante dominum. Euan.
gel. Nemo lucer. fo. ccxxxviij
Offerto. Deſiderium animæ eius
tribuiſti ei domine: & voluntate la
biorum eius non fraudaſti eum: po
ſuiſti in capite eius coronam de la-
pide pretioſo. Sacra.

SAcrificiũ noſtrũ tibi domi
ne quæſumus beati Victo
riani precatio ſancta conciliet:
vt cuius honore ſolenniter ex-
hibetur, eius meritis efficiatur
acceptum. Per do. Cõmunio
Beatus ſeruus: quem cùm venerit
dominus inuenerit vigilãtem: amẽ
dico vobis ſuper omnia bona ſua
conſtituet eum. Poſt cõmunio.

SVpplices te rogamus om-
nipotens deus: vt quos do
nis cæleſtibus ſatiaſti: interce-
dẽte beato Victoriano abbate:
perpetua protectione cuſto-
dias. Per dominũ. ¶ Si feſtum
ſancti Hylarij in dominica ve-
nerit: miſſa matutina. erit de
dominica: prima commemo-
ratio de ſancto Hylario. ij. de
octa. Epiphaniæ. iij. de ſancto
Victoriano. ¶ Miſſa maior de
ſancto Hylario. Officium.

IN medio eccleſiæ
aperuit os eius: &
impleuit eum do-
minus ſpiritu ſapiẽ
tiæ & intellectus:
ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucun-
ditatem & exultationem theſauri-
zauit ſuper eum. Oratio.

ECcleſiã tuã domine beni-
gnus illuſtra: vt beati Hy-
larij confeſſoris tui atq; pontifi
cis illuminata doctrinis, ad do
na perueniat ſempiterna. Per.
Epiſto. Optaui & datus eſt. fo.
ccxxxviij. ℟. Sacerdotes eius in-
duam ſalurari: & ſancti eius exulta
tione exultabunt. ℣. Illuc producã
cornu Dauid: paraui lucernã Chri-
ſto meo. Alleluia. ℣. Iurauit do-
minus & non pœnitebit eum: tu es
ſacerdos in ęternum: ſecundùm or
dinẽ Melchiſedech. Euãge. Vos
eſtis ſal terræ. fol. ccxxxix. Of-
fert. Inueni Dauid ſeruum meũ: &
oleo ſancto vnxi eum: manus enim
mea auxiliabitur ei: & brachium
meum confortabit eum. Sacra.

SVſcipe munera dñe quæ
in eius tibi ſolẽnitate defe-
rimus: cuius nos cõfidimus pa
trocinio

trocinio liberari. Per. Cõmunio. Fidelis ſeruus & prudens: quẽ conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſt communio.

REfecti cibo potuq; cæleſti dñe deus noſter te ſupplices deprecamur: vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum noſtrum.

¶ Felicis in Pincis. Officium.

OS iuſti meditabitur ſapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem. Oratio.

COncede quęſumus omnipotens deus: vt ad meliorẽ vitã ſanctorũ tuorũ exẽpla nos ꝓuocẽt, quatinus quorũ ſolẽnia agimus: etiam actus imitemur. Per. Epiſto. Beatus vir qui in ſap. fo. ccxxxj. ℟. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annũtiandũ manè miſericordiam tuã: & veritatẽ tuã per noctẽ. Allã. ℣. Diſpoſui teſtamentũ electis meis: iuraui Dauid ſeruo meo. Euangeliũ. Qui vos audit. fol. ccxxxix. Offer. Gloria & honore coronaſti eũ: & cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarum dñe. Sacra.

HOſtias tibi dñe beati Felicis confeſſoris tui dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidiũ. Per. Cõmu. Poſuiſti dñe in capite eius: coronã de lapide pretioſo. Poſt commu.

QVæſumus dñe ſalutaribus repleti myſterijs: vt cuius ſolẽnia celebramꝰ, eius orõnibus adiuuemur. Per.

¶ Mauri abbatis: miſſa dicatur vt quatuor in capis priua. Ad miſſam eiuſdem. Officium.

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur: plãtatus in domo dñi in atrijs domus dei nr̃i. ℣. Bonũ eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſsimè. Oratio.

EXcita dñe in eccleſia tua ſpiritum: cui beatus Maurus abbas ſeruiuit, vt eodẽ nos replente ſtudeamus amare qđ amauit: & opere exercere quod docuit. Per dominum. eiuſdẽ.

Epiſto.

Epiſtola. Beatus vir qui inuen-
tus. fo. ccxxxij. ℟. Domine præ
ueniſti eũ in benedictionibus dul-
cedinis: poſuiſti in capite eius coro
nam de lapide pretioſo. ℣. Vitam
petijt: & tribuiſti ei longitudinem
dierum in ſeculum ſeculi. A llſa.
℣. Iuſtũ deduxit dominus per vias
rectas: & oſtendit illi deus gloriam
ſuam. Euangelium. Nemo lu-
cernam accẽdit. fo. ccxxxviij.
Offerto. Deſiderium animæ eius
tribuiſti ei domine: & voluntate la
biorum eius non fraudaſti eum: po
ſuiſti in capite eius coronam de la-
pide pretioſo. Sacra.

SAcrificiũ noſtrũ tibi domi
ne quæſumus beati Mauri
precatio ſancta conciliet: vt cu
ius honore ſolenniter exhibe-
tur, meritis efficiatur acceptũ.
Per. Cõmu. Fidelis ſeruus & pru
dens: quem conſtituit dñs ſuper fa-
miliam ſuam: vt det illis in tempo-
re tritici menſuram. Poſt cõmu.

SVpplices te rogamus om-
nipotens deus: vt quos do
nis cæleſtibus ſatiaſti: interce-
dẽte beato Mauro abbate: per-
petua protectione cuſtodias.
Per dominum noſtrum.

¶ Marcelli papę & mar. Offm̃.

STatuit ei dñs teſta-
mentũ pacis: & prin
cipem fecit eum: vt
ſit illi ſacerdotij di-
gnitas in æternum. ℣. Inueni Da-
uid ſeruum meũ: oleo ſancto meo
vnxi eum. Oratio.

PReces populi tui quæſu-
mus dñe clementer exau-
di: vt beati Marcelli martyris
tui atq; pontificis meritis adiu
uemur, cuius paſsiõe lætamur.
Per. Epiſto. Ecce ſacerdos. mi
nor. fo. ccxxxiiij. ℟. Inueni Da
uid ſeruum meũ: oleo ſancto vnxi
eum: manus enim mea auxiliabitur
ei: & brachium meum confortabit
eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in
eo: & filius iniquitatis non nocebit
eum. A lleluia. ℣. Poſuiſti domi-
ne ſuper caput eius coronam de la-
pide pretioſo. Euangelium. Ho
mo quidã peregre. fo. ccxxxv.
Offerto. Veritas mea & miſeri-
cordia mea cum ipſo: & in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

SVſcipe domine quęſumus
munera dignanter oblata:
& beati Marcelli ſuffraganti-
bus meritis, ad noſtræ ſalutis
auxiliũ

auxilium prouenire concede. Per. Cõmu. Domine quinq; talẽta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Poſt cõmu.

SAtiaſti domine familiam tuã muneribus ſacris: eius quæſumus ſemper interuẽtione nos réfoue, cuius ſolénia celebramus. Per dominum.

¶ Antonij abbatis. Ad miſſam maiorem. Officium.

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atrijs domus dei noſtri. ℣. Bonum eſt cõfiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſsimè. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui glorioſum patrem noſtrum Antonium carnem vincere & mũdum relinquere feciſti, cõcede propitius: vt eius patrocinia ſine ceſſatione venerãtes, fideli muniamur auxilio: & magnifico in ſancta profeſsione proficiamus exemplo. Per. Epiſto. Beatus vir qui inuentus. fo. ccxxxij. ℟. Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alleluia. ℣. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas: & oſtendit illi deus gloriam ſuã. Euange. Nemo lucernã. fol. ccxxxviij. Offertorium. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei domine: & voluntate labiorum eius nõ fraudaſti eũ: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Sacra.

HOſtias tibi domine pro ſolennitate Antonij primi monachi offerimus: maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes, vt eius meritis & precibus diſcamus terrena deſpicere: & amare cæleſtia. Per. Cõmunio. Fidelis ſeruus & prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſt cõmu.

HÆc nos communio domine purget à crimine: & intercedẽte beato Antonio cõfeſſore tuo, ad vitam perdu-

cat

cat æternam. Per dominum.

¶ Priſcæ virginis. Officium.

LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & non confundebar: & meditabor in mandatis tuis: quæ dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Oratio.

DA queſumus omnipotẽs deus: vt qui beatæ Priſcę martyris tuę natalitia colimus, & annua ſolennitate lætemur: & tantæ fidei proficiamus exẽplo. Per. Epiſto. Sapientia vincit. fo. ccxlj. ℟. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſpere procede & regna. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Adducẽtur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi in lætitia. Euãgel. Simile eſt regnum cælorũ decẽ virgini. fol. ccxlj. Offert. Filiæ regũ in honore tuo: aſtitit regina à dextris tuis: in veſtitu deaurato circundata varietate. Sacra.

HOſtia hęc domine quæſumus quã ſanctorũ tuorum natalitia recenſentes offerimus: & vincula noſtrę prauitatis abſoluat, & tuę nobis miſericordiæ dona conciliet. Per. Communio. Feci iudicium & iuſtitiam: domine non calumnientur mihi ſuperbi: ad omnia mãdata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Poſt cõmunio.

QVæſumus domine ſalutaribus repleti myſterijs vt cuius ſolẽnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

¶ Fabiani atq; Sebaſtiani martyrũ. Ad miſſam. Officium.

INtret in conſpectu tuo domine gemitus cõpeditorũ: redde vicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu eorũ: vindica ſanguinem ſanctorum tuorũ: qui effuſus eſt. ℣. Deus venerũt gẽtes in hęreditatem tuã: polluerunt tẽplum ſanctum tuũ: poſuerunt Ieruſalẽ in pomorum cuſtodia. Hæ duę orationes nõ dicãtur ſub vno Per dominum noſtrum. Oratio.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotẽs deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Fabiani martyris tui

atq;

atq; pontificis interceſsio glo-
rioſa nos protegat. Per domi-
num noſtrum. Alia oratio.

DEus qui beatũ Sebaſtia-
num martyrem tuũ vir-
tute conſtantiæ in paſsione ro
boraſti: ex eius nobis imitatio-
ne tribue pro amore tuo pro-
ſpera mundi deſpicere, & nul-
la eius aduerſa formidare. Per.
Epiſtola. Sancti per fidem. fo.
ccxxvj. ℟. Glorioſus deus in ſan-
ctis ſuis: mirabilis in maieſtate: fa-
ciens prodigia. ℣. Dextera tua do
mine glorificata eſt in virtute: dex
tera manus tua confregit inimicos.
Alleluia. ℣. Sãcti tui domine be
nedicent te: gloriã regni tui dicent.
In lxx. Tractus. Qui ſeminant in
lachrymis: in gaudio metent. ℣.
Euntes ibant & flebant: mittentes
ſemina ſua. ℣. Venientes autem ve
nient cum exultatione: portantes
manipulos ſuos. Euangeliũ. De-
ſcẽdens dominus. fo. ccxxviij.
Offerto. Lætamini in domino &
exultate iuſti: & gloriamini omnes
recti corde. Sacra.

HOſtias tibi dñe beati Fa-
biani martyris tui dica-
tas meritis benignus aſſume: &
ad perpetuũ nobis tribue pro-
uenire ſubſidiũ. Per. Alia Sac.

ACcepta ſit in conſpectu
tuo dñe noſtrę deuotio-
nis oblatio: & eiꝰ nobis fiat ſup
plicatione ſalutaris, pro cuius
ſolẽnitate defertur. Per. Cõm.
Multitudo languentiũ: & qui vexa
bantur à ſpiritibus immũdis venie-
bant ad eum: quia virtus de eo exi-
bat, & ſanabat omnes. Poſt cõm.

REfecti participatione mu
neris ſacri quęſumus dñe
deus noſter: vt cuius exequi-
mur cultũ, ſentiamus effectũ.
Per dñm. Alia Poſt cõmu.

SAcro munere ſatiati ſuppli
ces te dñe deprecamur: vt
qđ debitæ ſeruitutis celebramꝰ
officio, intercedẽte beato Seba
ſtiano martyre tuo: ſaluationis
tuę ſentiamus augmentũ. Per.

¶ Agnetis virginis. Ipſo die
Fructuoſi, Augurij, & Eulogij
marty. Miſſa matutinalis dica-
tur de eis. Officium.

SAlus autẽ iuſtorũ à
dño: & protector eo
rum eſt in tẽpore tri
bulationis. ℣. Noli
ęmulari in malignantibus: neq; ze
laueris

laueris faciẽtes iniquitatẽ. Oratio.

DEus qui nos cõcedis ſan
ctorum martyrum tuo-
rum Fructuoſi Augurij & Eu-
logij natalitia colere: da nobis
in æterna beatitudine, de eorũ
ſocietate gaudere. Per. Epiſto.
Iuſti imperpe. fo. ccxxvj. ℞. Iu
ſtorum animæ in manu dei ſunt: &
non tanget illos tormentum mali-
tiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipiẽtium
mori: illi autẽ ſunt in pace. A llꝗa.
℣. Te martyrum candidatus lau-
dat exercitus domine. Euangel.
Cùm audieritis. fol. ccxxix.
Offer. Exultabunt ſancti in gloria
lętabuntur in cubilibus ſuis: exulta-
tiones dei in faucibus eorũ. Sacra.

MVnera tibi domine no-
ſtræ deuotionis offeri-
mus: quæ & pro ſanctorũ mar
tyrum tuorum Fructuoſi Au-
gurij & Eulogij tibi grata ſint
honore, & nobis ſalutaria te
miſerante reddantur. Per. Cõ-
munio. Poſuerũt mortalia ſeruo-
rum tuorum domine eſcas volatili
bus cæli carnes ſanctorum tuorum
beſtijs terræ, ſecundùm magnitudi
nem brachij tui poſſide filios mor-
ti punitorum. Poſt cõmunio.

PRæſta nobis domine quæ
ſumus intercedẽtibus ſan
ctis martyribus tuis Fructuoſo
Augurio & Eulogio: vt quæ
ore cõtigimus, pura mente ca-
piamus. Per dominum.

Ad miſſam maiorẽ. Officium.

ME expectauerũt pec
catores, vt perderẽt
me: teſtimonia tua
domine intellexi.
Omnis cõſummationis vidi finẽ:
latum mandatum tuum nimis. ℣.
Beati immaculati in via: quia am-
bulant in lege domini. Oratio.

OMnipotens ſempiterne
deus: qui infirma mun-
di eligis vt fortia quæq; cõfun-
das, concede propitius: vt qui
beatæ Agnetis martyris tuæ ſo
lennia colimus, eius apud te pa
trocinia ſentiamus. Per. Epiſto
la. Cõfitebor tibi domine. fol.
ccxl. ℞. Diffuſa eſt gratia in labijs
tuis: propterea benedixit te deus in
ęternum. ℣. Propter veritatem &
manſuetudinem & iuſtitiam: & de
ducet te mirabiliter dextera tua.
A lleluia. ℣. Pulchra facie ſed pul
chrior fide: beata es Agnes: reſpuẽs
mundum lætaberis cum angelis: in
tercede

tercede pro omnibus nobis. Intra ſeptuageſimam. Tractus. Qui ſeminant in lachrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebãt: mittentes ſemina ſua. ℣. Veniẽtes autem venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos. Euangel. Simile eſt regnum cælorũ the. fo. ccxlj. Offer. Offerentur regi virgines: ꝓximæ ei⁹ offerẽtur tibi in lætitia & exultatione: adducẽtur in tẽplo regi domino. Sacra

HOſtias dñe quas tibi offerimus propitius ſuſcipe: & intercedente beata Agnete martyre tua, vincula peccatorum noſtrorum abſolue. Per.

Communio. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiã Chriſto domino. Poſt cõmuni.

REfecti cibo potuq; cęleſti dñe deus noſter: te ſupplices exoramus, vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus: eius muniamur & precib⁹. Per dominum noſtrum.

¶ Vincentij martyris. Ad miſſam maiorem. Officium.

LÆtabitur iuſtus in dño: & ſperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. ℣. Exaudi deus orationem meã cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

DA nobis quęſumus omnipotens deus: vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Vincentio martyri tuo tribuiſti tormentorũ ſuorum incẽdia ſuperare. Per do. Epl'a. Memor eſto. fo. ccxxxij. ℟. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Alla. ℣. Lætabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. In lxx. Tractus. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eũ. ℣. Quoniã præueniſti eum in benedictione dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Euangel. Niſi granum. fol. ccxxxij. Offer. Gloria & honore coronaſti eũ: & cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarum dñe. Sacra.

Muneribus noſtris queſumus dñe precibuſq; ſuſceptis: & cęleſtibus nos mũda myſterijs, & clemẽter exaudi. Per. Cõ. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuã: & ſequatur me. Poſt cõm.

Quæſumus oĩps deus: vt q̃ cæleſtia alimẽta percepimus: intercedẽte beato Vincẽtio martyre tuo: per hæc cõtra oĩa aduerſa muniamur. Per. ¶ Illefonſi epi & doctoris. Ad miſſam maiorẽ. Officium.

In medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dñs ſpiritu ſapientiæ & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucunditatẽ & exultationẽ theſaurizauit ſuper eum. Orõ.

Eccleſiã tuã dñe benignus illuſtra: vt beati Illefonſi cõfeſſoris tui atq; põtificis illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per. Epl̃a. Optaui & da. fo. ccxxviij. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuẽtus ſimilis illi: qui cõſeruaret legẽ excelſi. A lľa. ℣. Dñe quinq; talẽta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. In .lxx. Tract. Beatus vir qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit ſemẽ eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Euãgel. Vos eſtis ſal ter. fo. ccxxxix. Offert. Inueni Dauid ſeruũ meũ: & oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Sacra.

Suſcipe munera dñe quę in eius tibi ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per. Cõ. Fidelis ſeruus & prudens: quẽ cõſtituit dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in tẽpore tritici menſuram. Poſt cõ.

Refecti cibo potuq; cęleſti dñe deus noſter: te ſupplices deprecamur, vt in cui⁹ hæc cõmemoratione percepimus: eius muniamur & precib⁹. Per. ¶ Babylæ & ſociorũ eius. Offi.

Iudicãt ſancti gẽtes: & dominãtur populis: & regnabit dñs deus illorũ in perpetuum. ℣. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus

Deus qui nos cōcedis ſanctorū martyrū tuorū Babylę ſociorūq; eius natalitia colere:da nobis in æterna beatitudine, de eorū ſocietate gaudere. Epſa. Expectatio iuſtorum. fol. ccxxvij. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū. ℣. Laqueus cōtritus eſt: & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine dñi: qui fecit cælū & terrã. Allſa. ℣. Iſti ſunt qui venerūt ex magna tribulatione: & lauerūt ſtolas ſuas: & dealbauerūt eas in ſanguine agni. Euãge. Attendite à fermēto phariſæorū. fo. ccxxix. Offerto. Lętamini in domino & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Sacra.

Munera tibi dñe noſtræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorū tibi grata ſint honore iuſtorū, & nobis ſalutaria te miſerante reddãtur. Per. Commu. Ego vos elegi de mundo: vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Poſt cōm.

Præſta nobis domine quęſumus intercedētibus ſanctis martyribus tuis: vt quę ore contigimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrū.

¶ In conuerſione ſancti Pauli. Ad miſſam maiorem quæ dicitur vt.iiij.in capis. Officium.

Scio: cui credidi & certus ſum: quia potens eſt depoſitum meū ſeruare in illū diē. ℣. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: quã reddet mihi dñs in ille dia: iuſtus iudex. Orō.

Deus qui vniuerſum mūdum beati Pauli apoſtoli prædicatione docuiſti: da nobis quæſumus, vt qui eius hodie cōuerſionē colimus: per eiꝰ ad te exempla gradiamur. Per.

¶ Lectio Actuū apoſtolo.c.ix.

In diebus illis: Saulus adhuc ſpirans minarum & cędis in diſcipulos dñi: acceſsit ad principem ſacerdotum: & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcū ad ſynagogas: vt ſi quos inueniret huius vię viros ac mulieres: vinctos perduceret Ieruſalem. Et cùm iter faceret: contigit vt appropinquaret Damaſco. Et ſubitò circunfulſit eum lux de cælo: & cadens in terram audiuit vocem dicentem ſibi.

Saule ſaule: quid me perſeque
ris?Qui dixit. Quis es domine?
Et ille.Ego ſum Ieſus:quem tu
perſequeris.Durum eſt tibi:cõ
tra ſtimulum calcitrare. Et tre
mens ac ſtupens dixit. Domi-
ne:quid me vis facere?Et domi
nus ad eum.Surge & ingrede-
re ciuitatẽ: & dicetur tibi quid
te oporteat facere. Viri autem
illi qui comitabantur cum eo
ſtabant ſtupefacti : audientes
quidem vocem:neminem au-
tem videntes. Surrexit autem
Saulus de terra: apertiſq; ocu-
lis nihil videbat:ad manus au-
tem illum trahentes: introdu-
xerunt Damaſcum. Et erat ibi
tribus diebus nõ videns: & nõ
manducauit neque bibit. Erat
autem quidam diſcipulus Da-
maſci:nomine Ananias:& di-
xit ad illũ in viſu dñs.Anania?
Et ille reſpondit. Ecce ego do-
mine.Et dominus ad illũ. Sur-
ge & vade in vicum qui voca-
tur rectus:& quęre in domum
Iudæ Saulũ nomine Tharſen-
ſem.Ecce enim orat:& vidit vi
rum Ananiam nomine:intro-
euntẽ & imponentem ſibi ma
num vt viſum recipiat.Reſpõ-
dit autem Ananias. Dominẽ:
audiui à multis de viro hoc:
quanta mala ſanctis tuis fece-
rit in Ieruſalẽ.Et hic habet po-
teſtatem à principibus ſacerdo
tum: alligãdi omnes qui inuo-
cant nomen tuum. Dixit autẽ
ad eum dominus. Vade: quo-
niã vas electionis eſt mihi iſte:
vt portet nomẽ meum coram
gentibus & regibus & filijs Iſ-
rael:ego enim oſtẽdã illi:quan
ta oporteat eum pro nomine
meo pati. Et abijt Ananias: &
introiuit in domum: & impo-
nens ei manus dixit. Saule fra-
ter:dñs miſit me Ieſus: qui ap-
paruit tibi in via qua veniebas:
vt videas & implearis ſpiritu
ſancto.Et confeſtim ceciderũt
ab oculis eius tanquam ſqua-
mæ:& viſum recepit: & ſurgẽs
baptizatus eſt:& cùm accepiſ-
ſet cibum:confortatus eſt. Fuit
autem cum diſcipulis qui erãt
Damaſci : per dies aliquot. Et
continuò ingreſſus Paulus in
ſynagogas: prædicabat Iudæis
Ieſum:quoniã hic eſt filius dei.
Stupebant autem omnes qui

eum audiebant: & dicebant. Nónehic eſt qui expugnabat in Ieruſalem:omnes qui inuocabant nomẽ iſtud? Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos perduceret ad principes ſacerdotum. Saulus autem multò magis conualeſcebat:& cõfundebat Iudæos: qui habitabãt Damaſci. Affirmans: quoniã hic eſt Chriſtus. ℟. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatu:operatus eſt & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam dei quæ data eſt mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ fuit: ſed gratia eius ſemper in me manet. Alleluia. ℣. Bonum certamẽ certaui:curſum conſummaui: fidẽ ſeruaui. In .lxx. Tractus. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei: & volũtatẽ labiorũ eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniã prçueniſti eum in benedictione dulcedinis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius coronã de lapide pretioſo. Euãgel. Dixit Simon Petrus. fol. ccxxxviij. Credo. Offert. Mihi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. Sacra.

APoſtoli tui Pauli precibus quæſumus dñe plebis tuæ dona ſanctifica: vt quæ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiant eius patrocinio ſupplicantis. Per. Præfatio. Te domine ſuppliciter. fo. cciij. Cõmunio. Amen dico vobis: quòd vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me:centuplũ accipietis: & vitã æternã poſsidebitis. Poſt cõm.

SAtiati ſalutari myſterio quęſumus domine: vt pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Per dominum.

¶ Chryſoſtomi epiſcopi & doctoris. Officium.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapiẽtiæ & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum. Oratio.

ECcleſiã tuã domine benignus illuſtra: vt beati Ioãnis Chryſoſtomi cõfeſſoris tui atq; pontificis illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per d. Epſa. Optaui & datus eſt. fol. ccxxxviij. ℟. Sacerdo-

cerdotes eius induã ſalutari:& ſan-
cti eius exultatione exultabunt. ℣.
Illuc producam cornu dauid:para-
ui lucernã Chriſto meo. A llla. ℣.
Iurauit dñs & non pœnitebit eum:
tu es ſacerdos in æternũ ſecundùm
ordinem Melchiſedech. Euange.
Vos eſtis ſal terræ. fo. ccxxxix.
Offert. Inueni Dauid ſeruũ meũ:
& oleo ſancto vnxi eum: manus
enim mea auxiliabitur ei: & bra-
chiũ meũ cõfortabit eum. Sacra.

SVſcipe munera dñe quę in
eius tibi ſolennitate deferi
mus: cuius nos confidimus pa
trocinio liberari. Per. Cõm. Fi
delis ſeruus & prudẽs: quẽ cõſtituit
dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in
tẽpore tritici menſurã. Poſt cõm.

REfecti cibo potuq; cęleſti
dñe deus noſter te ſuppli
ces deprecamur:vt in cuius hęc
cõmemoratione percepimus,
eius muniamur & precibus.
Per. ¶ Tyrſi martyris. Ipſo die
Agnetis ij. miſſa matutina. di-
catur de ea. Officium.

VVltum tuum depre
cabuntur omnes di
uites plebis. Addu-
cẽtur regi virgines
poſt eã: proximæ eius: adducẽtur ti
bi in lætitia & exultatione. ℣. Eru
ctauit cor meum verbũ bonum: di
co ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui nos annua bea-
tæ Agnetis martyris tuę
ſolẽnitate lætificas, da vt quam
veneramur officio, etiam piæ
conuerſationis ſequamur exẽ-
plo. Per. Epiſto. Domine deus
meus. fol. ccxl. ℟. Specie tua &
pulchritudine tua:intende proſpe-
rè procede & regna. ℣. Propter
veritatem & manſuetudinem & iu
ſtitiã:& deducet te mirabiliter dex
tera tua. A lleluia. ℣. Veni electa
mea: & ponam in te thronũ meũ:
quia cõcupiuit rex ſpeciem tuam.
Euange. Simile eſt regnum cę
lorum decem. fo. ccxlj. Offer.
Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: pro-
pterea benedixit te deus in æternũ
& in ſeculum ſeculi. Sacra.

SVper has quæſumus dñe
hoſtias benedictio copio-
ſa deſcendat: quæ & ſanctifica
tionẽ nobis clemẽter operetur
& de beatæ Agnetis martyris
nos ſolennitate lætificet. Per.
Cõmu. Simile eſt regnum cælo-
rum homini negotiatori quærenti
bonas

bonas margaritas: inuenta vna pre
tioſa margarita: dedit omnia ſua: &
comparauit eam. Poſt cõmunio.

SVmpſimus domine cele-
britatis annuæ votiua ſa-
cramenta: præſta quęſumus, vt
& temporalis vitæ nobis reme
dia præbeant & æternæ. Per.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

IN virtute tua domi
ne lætabitur iuſtus:
& ſup ſalutare tuũ
exultabit vehemẽ-
ter. Deſiderium animæ eius tribui-
ſti ei. ℣. Quoniam præueniſti eũ
in benedictionibus dulcedinis: po-
ſuiſti in capite eius coronam de la-
pide pretioſo. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipo
tens deus: vt qui beati Tyr
ſi martyris tui natalitia coli-
mus, interceſsione eius in tui
nominis amore roboremur. P.
Epl'a. Beatus vir qui inuen. fo.
ccxxxij. ℟. Domine præueniſti
eũ in benedictionibus dulcedinis:
poſuiſti in capite eius coronam de
lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: &
tribuiſti ei lõgitudinem dierum in
ſeculũ ſeculi. A lla. ℣. Poſuiſti do
mine ſuper caput eius coronam de
lapide pretioſo. In .lxx. Tractus.
Deſideriũ animę eius tribuiſti ei: &
volũtate labiorũ eius non fraudaſti
eum. ℣. Quoniam pręueniſti eum
in benedictione dulcedinis. ℣. Po
ſuiſti ſuper caput eius coronã de la
pide pretioſo. Euangeliũ. Si quis
vult. fol. ccxxxij. Offerto. Po-
ſuiſti domine in capite eius coronã
de lapide pretioſo: vitã petijt à te:
& tribuiſti ei, alleluia. Sacra.

MVneribus noſtris quęſu
mus domine precibuſ-
q́ue ſuſceptis: & cæleſtibus nos
munda myſterijs, & clemen-
ter exaudi. Per. Cõmu. Magna
eſt gloria eius in ſalutari tuo: glo-
riam & magnum decorem impo-
nes ſuper eum dñe. Poſt cõmu.

DA quæſumus dñe deus
noſter: vt ſicut tuorũ cõ
memoratione ſanctorũ tẽpo-
rali gratulamur officio, ita per
petuo lætemur aſpectu. Per.

¶ Baſilij epi & doct. Officium.

IN medio eccleſiæ a-
peruit os eius: & im-
pleuit eum dominus
ſpiritu ſapientiæ &
intellectus: ſtola glorię induit eum.
℣. Iucunditatem & exultatio-

 nem

nẽ theſaurizauit ſuper eũ. Oratio.

ECcleſiã tuã domine benignus illuſtra: vt beati Baſilij confeſſoris tui atq; pontificis illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per.

Epiſto. Optaui & datus eſt. fo. ccxxxviij. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuẽtus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Allã. ℣. Domine quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. In ſeptuageſi. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Euangel. Vos eſtis ſal ter. fo. ccxxxix. Offer. Inueni Dauid ſeruũ meũ: & oleo ſancto meo vnxi eũ manus ẽm mea auxiliabitur ei: & brachiũ meũ cõfortabit eũ. Sacra.

SVſcipe munera dñe quæ in eius tibi ſolẽnitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Per dominũ.

Cõmu. Fidelis ſeruus & prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſt cõmu.

REfecti cibo potuq; cæleſti dñe deus noſter te ſupplices deprecamur: vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſancti Adelelmi Abbatis. Officium.

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo dñi in atrijs domus dei nr̃i. ℣. Bonũ eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſsime. Oratio.

DEus qui beatum Adelelmũ confeſſorẽ tuũ in terris vita laudabili decoraſti: & in cælis æterna gloria ſublimaſti, tribue quæſumus: vt eius ſuffragantibus meritis: vita nr̃a apud te commendetur. Per. Epiſtola. Beatus vir qui inuentus. fol. ccxxxij. ℟. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Extra ſeptuageſimam. Alleluia. ℣. Iuſtum deduxit dominus

minus per vias rectas: & oſtendit illi deus gloriam ſuam. In lxx. Tractus. Beatus vir qui ti. fo. cclx. Euangeliũ. Nemo lucernam. fol. ccxxxviij. Offerto. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei domine: & voluntate labiorum eius nõ fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. Sacra.

HOſtias tibi domine pro ſolennitate beati Adelelmi offerimus: maieſtatẽ tuã ſuppliciter deprecantes: vt eius meritis & precibus diſcamus terrena deſpicere: & amare cæleſtia. Per dominum noſtrũ.

Cõmunio. Fidelis ſeruus & prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tẽpore tritici menſuram. Poſt cõ.

HÆc nos communio dñe purget à crimine: & intercedẽte btõ Adelelmo abbate: ad vitã perducat ęternã. Per.

In Purificatione beatæ Mariæ.

¶Si feſtum Purificationis venerit in dñica ante lxx. miſſa maior erit de dñica. j. cõm. de Purifi. & licet feſtum mutetur, tamen candelarum benedictio, & proceſsio non mutãtur. Hac die poſt tertiam: ſacerdos indutus capa, ſtola, & manipulo benedicit candelas voce mediocri: ſic dicendo. Dominus vobiſcum. Oremus.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotẽs deus: & has candelas tua benedictione perfunde: quatinus fidelis populus eas in manibꝰ portãs: non ſolùm exteriori lumine quod in tenebris lucet apprehẽdat: ſed vt nequaquam à via veritatis oberret. Per dominũ.


¶Sequens oratio dicitur ſine Dominus vobiſcum, & ſine Oremus. Oratio.

DOmine deus creator cęli & terræ: rex regum & dominus dominantium: exaudi famulos tuos clamantes ad te & orantes: precamur te domine omnipotẽs æterne deus: qui omnia ex nihilo creaſti: & iuſſu tuo per opera apum: hũc liquorẽ ad perfectionẽ cerei venire feciſti: & qui hodierna die petitionem iuſti Symeonis impleſti: te humiliter deprecamur


vt has candelas ad humanum vſum & ad ſanitatẽ animarum & corporũ: ſiue in terra ſiue in mari ſiue in aquis: per inuocationẽ ſanctiſsimi nominis tui: & per interceſsionẽ ſanctæ Mariæ genitricis tuæ: cuius hodie feſta deuotè percolimus: & preces ſanctorũ omniũ: bene ✠ dicere & ſanctifi ✠ care digneris: vt dum hæc plebs tua illas honorificè portat cãtando ac laudando: tu exaudias voces illius de cælo ſancto tuo: & de ſede maieſtatis tuæ: propitiuſq; ſis omnibus clamantibus ad te: quos redemiſti pretioſo ſanguine tuo. Saluator mundi: qui cũ patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas deus.




PEr omnia




ſecula ſeculorum. Do




minus vobiſcũ. Surſum cor-




da. Gratias agamus




domino deo noſtro.



Equum & ſa lutare.



Fons & o rigo toti us




luminis: qui mundum


illumi naſti lumine
tuæ clarita tis:mitten
do nobis vnigenitum
tuum per vterum inte-
meratæ virginis:& quē
longè antè promiſiſti
prophetarū oracu lis:
temporibus nouiſsimis
ipſum miſiſti lucem po-
pulis ſedentibus in tene
bris:& in regio ne vm-
bræ mortis ambulātibus


ipſa claritas exorta eſt.
Te quoq; precamur: vt ſu
per has cãdelas nomini tuo
præparatas: tuam benedi
ctionem infundere digne
ris: qui tranſtuliſti nos à
po te ſtate tenebrarũ
in lucem ac regnum di
lecti fi lij tui: per
quem exortũ eſt in tene-
bris lumen rectis corde:
& gaudium ſalutis æter-


ne. E t qui iuſti Simeo-
nis fidelē impleſti expecta
tionem: vt nō priùs vide-
ret mortē antequā eūdem
Chriſtū tuum carne vi-
deret indutū totius mū-
di lumen & ſa lu ta re.
Nos quæſumus lumine
tuæ cla rita tis ſic re-
pleas: vt omnes in fi-
delitatis tenebras à no-
bis repellas. E t ſicut ſer-


uum tuum ho die di-
miſi ſti in pace: nos
ita in pace ſanctæ tuæ
eccleſiæ digneris gu-
bernare: vt portum æter
næ quietis: valea mus
intrare. Quatinus ra
dijs veræ lucis per
fuſi: ibi in die exa
minis læ ti cum hymni-
dicis angelorũ choris
valeamus videre faciem



indefeſsi ſo lis:

Qui tecum viuit & regnat

in vnitate ſpiritus ſancti

deus. Per omnia ſecula ſe-

culorum.

¶ Quæ clauſula mediocri voce dicenda eſt. Poſtea aſpergantur candelæ aqua benedicta. Deinde à ſacerdote benedicatur ignis: qui debet eſſe præparatus per acolytum in thuribulo: & benedicatur cum iſta oratione. Dominus vobiſcum.

Oremus. Oratio.

Domine deus noſter ompotens pater: lumen indeficiens: conditor omnium luminum: exaudi nos famulos tuos. Et bene ✠ dic hunc ignē: qui tua bene ✠ dictione atque ſancti ✠ ficatione cōſecretur: tu illuminas omnem hominē venientem in hunc mundum: illumina conſciētias cordis noſtri igne tuæ charitatis: vt tuo igne igniti: tuo lumine illuminati: expulſis à cordibꝰ noſtris peccatorum tenebris: ad vitam te illuſtrante peruenire mereamur æternam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuum. Qui tecum.

¶ Poſt benedictionē ignis ſtatim mittatur incenſum in thuribulum & incenſetur primò altare: deinde crux deinde candelæ: cætera fiant ſicut in conſuetudinibus habetur.

¶ In

In die Purificationis beatæ Mariæ ad miſſam maiorem. Officium.



SVſcepimus deus miſericordiam tuā in medio tēpli tui: ſecundùm nomen tuum deus: ita & laus tua in fines terræ. Iuſtitia plena eſt dextera tua. ℣. Magnus dominus: & laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in monte ſancto eius. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus: maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum noſtræ carnis ſubſtātia in templo eſt præſentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus præſentari. Per eundem.

¶ Lect. Malachiæ prophe. c. iij.

HÆc dicit dominus: Ecce ego mitto angelū meū: & præparabit viam ante faciē meam. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos quæritis: & angelus teſtamēti quem vos vultis. Ecce venit: dicit dominus deus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis cōflans: & quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflās & emundans argentum: & purgabit filios Leui. Et conflabit eos quaſi aurū & quaſi argentum: & erunt domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit domino ſacrificium Iuda & Ieruſalem: ſicut dies ſeculi: & ſicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotēs

℟. Suſcepimus deus miſericordiā
tuam in medio templi tui: ſecundū
nomē tuum domine: ita & laus tua
in fines terræ. ℣. Sicut audiuimus:
ita vidimus in ciuitate dei noſtri: in
monte ſancto eius. Alleluia. ℣.
Adorabo ad templū ſanctum tuū:
& cōfitebor nomini tuo. Hoc Al
leluia. dicitur hodie. Alleluia.
℣. Poſt

℣. Poſt partum virgo inuiolata permãſiſti: dei genitrix intercede pro nobis. In ſeptuageſima. Tractus Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternũ. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intẽde proſperè procede & regna. ℣. Propter veritatẽ & mãſuetudinẽ & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitię. ℣. Audi filia & vide: & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuũ: & domum patris tui. ℣. Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniã ipſe eſt dominus deus tuus: & adorabunt eum. ℣. Offerẽtur regi virgines: poſt eam proximæ eius offerentur tibi. ℣. Adducentur in lætitia & exultatione: adducẽtur in tẽplo regi domino. ¶ Euangelium ſecũdùm Lucam. Capite .ij.

In illo tempore: Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Marię ſecundùm legẽ Moyſi: tulerunt dominum Ieſum in Ieruſalem: vt ſiſterent eum domino: ſicut ſcriptũ eſt in lege domini. Quia omne maſculinum adaperiens vuluam: ſanctum domino vocabitur. Et vt darent hoſtiam ſecundũ quod dictum eſt in lege domini: par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ieruſalem: cui nomen Symeon. Et homo iſte iuſtus & timoratus: expectãs conſolationem Iſrael: & ſpiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat à ſpiritu ſancto: nõn viſurum ſe mortem: niſi priùs videret Chriſtum domini. Et venit in ſpiritu in templum. Et cùm inducerent puerum Ieſum parentes eius: vt facerent ſecundùm conſuetudinem legis pro eo: & ipſe accepit eum in vlnas ſuas: & benedixit deum & dixit. Nunc dimittis ſeruum tuũ domine: ſecundùm verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Iſrael. Credo in vnũ deum. Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum & in ſeculum ſeculi. Sacra.

EXaudi quæſumus domi-
ne preces noſtras: & vt di
gna ſint munera quę oculis tuę
maieſtatis offerimus: ſubſidiũ
nobis tuæ pietatis impẽde. Per.
Prefatio. Eterne deus. Quia per
incarna. fo. cxcviij. Cõmu. Re
ſponſum accepit Symeon à ſpiritu
ſancto: non viſurum ſe mortem: ni
ſi videret Chriſtũ dñi. Poſt com.

QVæſumus dñe deus no-
ſter: vt ſacroſancta my-
ſteria quæ pro reparatio
nis noſtræ munimine contuli-
ſti: intercedente beata ſemper
virgine Maria: & præſens no-
bis remediũ eſſe facias & futu-
rũ. Per dominum noſtrum.
Non tamen dicantur ſub vno.
Per dominum noſtrum.

PErfice in nobis quęſumus
domine gratiã tuam: qui
iuſti Symeonis expectationem
impleſti: vt ſicut ille mortẽ nõ
vidit priuſquam Chriſtum do-
mini videre mereretur: ita &
nos vitam poſsideamus æter-
nam. Per eundem.

¶ Sancti Blaſij epiſcopi & mar.
¶ Ad miſſam maiorem.
Officium.

IN virtute tua domi
ne lætabitur iuſtus:
& ſuper ſalutare tuũ
exultabit vehemen-
ter. Deſiderium animæ eius tribui-
ſti ei. ℣. Quoniã pręueniſti eũ in
benedictionibus dulcedinis: poſui-
ſti in capite eius coronam de lapide
pretioſo. Oratio.

BEatorum martyrũ remu-
nerator omnipotẽs deus:
præſta quæſumus ſupplicibus
tuis: vt intercedente beato Bla
ſio martyre tuo atq; pontifice:
de quacunq; tribulatione te in
uocauerint liberentur. Per do.
Epl'a. Memor eſto. fo. ccxxxij.
℟. Poſuiſti dñe ſuper caput eius co-
ronam de lapide pretioſo. ℣. Deſi-
deriũ animæ eius tribuiſti ei: & vo-
luntate labiorum eius non frauda-
ſti eum. Al'a. ℣. Beatus vir qui ti
met dominum: in mandatis eius cu
pit nimis. In ſeptuageſima. Tra
ctus. Deſiderium animæ eius tri-
buiſti ei: & volũtate labiorum eius
non fraudaſti eum. ℣. Quoniã præ
ueniſti eum in benedictione dulce-
dinis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius
coronã de lapide pretioſo. Euan-
gel'. Nolite arbitra. fo. ccxxviij.
Offerto.

Offerto. Gloria & honore corona ſti eũ:& conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum dñe. Sacra.

OBlata ſacrificia quæſumus domine benignus ſuſcipere dignare:& cuius meritis hoc munus offertur:placido vultu aſſume. Per dominũ.

Cõmu. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuam:& ſequatur me. Poſt cõ.

DEſcẽdat ſuper nos famulos tuos benedictio tua domine deus: & qui beati Blaſij dilecti martyris tui atq; pontificis interceſsionibus ſe muniri expoſcũt: tua gratia ab omni malo defende:gratiæq; dignos effice. Per dominum noſtrum.

¶ Per octa. Purificationis & dominica infra octauas: & etiam in octauo die. Officium. Suſcepimus deus. cum omnibus ad ſe pertinentibus.

¶ Item ſi aliquis dies octauarũ venerit in quarta feria in capite ieiunij, vel in aliquo die ſequenti:nihil fiet de eo, niſi tantum commemoratio.

¶ Sed ſi octauus dies venerit in dicta quarta feria:nihil fiet niſi cõmemora. ſed ſi octauus dies venerit in quinta feria: vel ſexta vel ſabbato quadrageſi. totũ fiet de octa. die:& in laudib⁹ & veſperis, fiet cõmemo. de. xl.

¶ Agathę virginis & martyris.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

GAudeamus omnes in domino: diem feſtũ celebrantes: ſub honore Agathæ martyris: de cuius paſsione gaudent angeli:& collaudant filium dei. ℣. Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiã in ſexu fragili victoriã martyrij contuliſti: cõcede propitius: vt cuius natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per. Epl'a. Cõfitebor. fol. ccxl.

℟. Adiuuabit eã deus vultu ſuo: de⁹ in medio eius nõ cõmouebitur. ℣. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei: ſanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſsimus. A llla. ℣. Beata Agatha ingreſſa carcerẽ benedicebat dñm Ieſum Chriſtũ. In lxx. Tract. Qui ſeminãt in lachrymis: in gaudio metẽt. ℣. Euntes ibãt & flebant: mittẽ-

tes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos. Euange. Simile eſt regnum cælorũ theſauro. fol. ccxlj. Offerto. Offerentur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi. Sacra.

SVſcipe mmunera domine: quæ in beatæ Agathæ martyris tuæ ſolẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum.

Cõmunio. Qui me dignatus eſt ab omni plaga curare: & mamillã meã meo pectori reſtituere: ipſum inuoco deum viuum. Poſt cõmu.

AVxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedẽte beata Agatha martyre tua: ſempiterna protectione confirment. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Dorotheæ virginis. Miſſa matuti. dicatur de ea. Officium.

LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regũ: & non confundebar: & meditabor in mandatis tuis: quæ dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt qui beatæ Dorotheæ martyris tuæ natalitia colimus: & annua ſolennitate lætemur: & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per. Epiſtõ. Sapientia vincit. fol. ccxlj. ℟. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſperè procede & regna. ℣. Propter veritatem & manſuetudinẽ & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit exite obuiam ei. Euangelium. Simile eſt regnũ cælorum decem. fol. ccxlj. Offertorium. Offerentur regi virgines: proximę eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templo regi domino. Sacra.

HOſtia hæc domine quæſumus quam ſanctorũ tuorũ natalitia recenſentes offerimus: & vincula noſtræ prauitatis abſoluat: & tuę nobis miſericordiæ dona conciliet. Per.

Cõmunio. Simile eſt regnum cęlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuẽta vna pretioſa margarita dedit omnia ſua: & comparauit eam. Poſt commu.

Quæ-

QVæſumus dñe ſalutaribꝰ repleti myſterijs: vt cuiꝰ ſolénia celebramus: eius orationibus adiuuemur. Per.

¶Scolaſticæ virginis. Miſſa dicatur vt quatuor in capis priua.

¶Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

VLtũ tuum deprecabũtur omnes diuites plebis. Adducentur regi virgines poſt eã: proximæ eius adducẽtur tibi in lętitia & exultatione. ℣. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

FAmiliam tuam quęſumus domine beatę virginis tuę Scolaſticæ meritis propitius reſpice: vt ſicut ad ipſiꝰ preces imbrem cælitus deſcendere feciſti: ita eius ſupplicationibus: ariditatem noſtri cordis ſupernæ gratiæ digneris rore perfundere. Per. Epiſto. Qui gloriatur. fol. ccxl. ℞. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxitte deus deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. Tractus. Qui ſeminant in lachrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebãt: mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos. Euãgeliũ. Simile eſt regnum cælorũ decem. fo. ccxlj. Offerto. Filiæ regum in honore tuo. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate. Sacra.

ACcepta ſit tibi dñe ſacratæ plebis oblatio pro tuorũ honore ſanctorũ: quorũ ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per. Cõmunio. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deꝰ in æternum. Poſt communio.

SAtiaſti dñe familiam tuã muneribus ſacris: eiꝰ quæſumus ſemp interuẽtione nos refoue: cuius ſolennia celebramus. Per dominum.

¶Eulaliæ Barchinoneñ.

¶Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

DIlexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui nos annua beatæ Eulaliæ martyris tuæ ſolẽnitate lætificas: da vt quam veneramur officio: etiã piæ cõuerſationis ſequamur exẽplo. Per dominũ. Epſa. Dñe deus meus. fol.ccxl. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. ℣. Propter veritatem & mãſuetudinem & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino. In ſeptuageſima. Tractus. Qui ſeminant in lachrymis in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autem veniẽt cum exultatione portantes manipulos ſuos. Euãgelium. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcõdito in agro. fo.ccxlj. Offer. Offerentur regi virgines: poſt eam proximę eius offerẽtur tibi. Sacra

SVper has quæſumus domine hoſtias benedictio copioſa deſcẽdat: quæ & ſanctificationẽ nobis clementer operetur: & de martyrum nos ſolẽnitate lætificet. Per dominũ. Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiã Chriſto domino. Poſt communio.

SVmpſimus domine celebritatis annuę votiua ſacramenta: pręſta quæſumus: vt & temporalis vitæ nobis remedia prębeant & æternæ. Per dñm.

¶ Valentini martyris. Officiũ.

IN virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſup ſalutare tuũ: exultabit vehemẽter. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus: à cunctis malis imminentibus: eius interceſſione liberemur. Per dñm. Epiſtola. Iuſtus ſi morte. fol.ccxxxij. ℟. Beatus vir qui timet dominum: in man-

mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluia. ℣. Hic eſt verè martyr: qui pro Chriſto ſanguinẽ ſuum fudit: & ideo regnat cum illo.

¶Hoc intelligitur ſi venerit extra ſeptuageſimam: ſed ſi venerit in ſeptuageſima, vel poſt: dicatur. ℞. tantummodo: & repetatur à capite. Et hoc intelligitur de quolibet feſto. iij. lectio. Euangel Si quis venit ad me. fol ccxxxij. Offertorium. In virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Sacra.

Oblatis dñe quęſumus placare muneribus: & intercedente beato Valentino martyre tuo: à cunctis nos defende periculis. Per dominũ. Cõmu. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo. Poſt cõ.

Sit nobis domine reparatio mentis & corporis cęleſte myſteriũ: vt cuius exequimur cultum: ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum.

¶Iulianæ virginis. Officium.

Me expectauerũt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua dñe intellexi: omnis conſummationis vidi finẽ: latũ mandatum tuũ nimis. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege dñi. Oro

Indulgentiã nobis domine beata Iuliana virgo & martyr imploret: quę tibi grata ſemper extitit: & merito caſtitatis, & tuæ profeſsione virtutis. Per dominum. Epiſtola. Sapientia vincit. fo. ccxlj. ℞. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſperè procede & regna. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. Euãge. Simile eſt regnum cęlorum decem. fo. ccxlj. Offer. Filiæ regũ in honore tuo: aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate. Sacra.

Suſcipe dñe munera: quæ in beatæ Iulianæ martyris tuæ ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per. Cõmunio. Simile

eſt regnũ cælorũ homini negotia-
tori quærenti bonas margaritas: in
uẽta vna pretioſa margarita dedit
oĩa ſua:& cõparauit eã. Poſt cõ.

AVxilientur nobis domi-
ne ſumpta myſteria:&
intercedente beata Iuliana vir
gine tua: ſempiterna protectio
ne confirment. Per dominum.

¶ Cathedra ſancti Petri. Offi.

STatuit ei dñs teſta-
mentũ pacis: & prin
cipem fecit eum: vt
ſit illi ſacerdotij di-
gnitas in æternum. ℣. Inueni Da-
uid ſeruum meũ: oleo ſancto meo
vnxi eum. Oratio.

DEus qui beato Petro apo
ſtolo tuo: collatis claui-
bus regni cæleſtis ligandi atq;
ſoluendi pontificium tradidi-
ſti: cõcede vt interceſsionis eiꝰ
auxilio: à peccatorũ noſtrorũ
nexibus liberemur. Qui viuis.

¶ Lectio epiſtolæ beati Petri
apoſtoli. j. cap. j.

PEtrus apoſtolus Ieſu Chri
ſti: electis aduenis diſper-
ſionis Põti, Galatiæ, Cappado
ciæ, Aſiæ & Bithyniæ: ſecundũ
præſcientiã dei patris in ſancti
ficationem ſpiritus: in obedien
tiam & aſperſionem ſanguinis
Ieſu Chriſti: gr̃a vobis & pax
multiplicetur. Benedictus deus
& pater dñi noſtri Ieſu Chriſti:
qui ſecundùm magnam miſe-
ricordiam ſuã regenerauit nos
in ſpem viuam: per reſurrectio
nem Ieſu Chriſti ex mortuis.
In hæreditatem incorruptibi-
lem & incontaminatam: & im
marceſsibilem: conſeruatã in
cælis in vobis: qui in virtute dei
cuſtodimini per fidem in ſalu-
tem paratam: reuelari in tem-
pore nouiſsimo: in quo exulta
bitis. Modicum nunc ſi opor-
tet contriſtari in varijs tentatio
nibus: vt probatio veſtræ fidei
multò pretioſior ſit auro: quod
per ignem probatur. Inuenia-
tur in laudem & gloriam & ho
norem: in reuelatione Ieſu
Chriſti: domini noſtri. ℟. Exal
tent eum in eccleſia plebis: & in ca
thedra ſeniorum laudent eum. ℣.
Confiteantur domino miſericordiȩ
eius: & mirabilia eius filijs hominũ.
Tract. Tu es Petrus: & ſuper hãc
petram ædificabo eccleſiam meã.
℣. Et portæ inferi non præualebũt
aduer

aduerſus eã: & tibi dabo claues re-
gni cælorũ. ℣. Et quodcũq; ligaue
ris ſuper terrã: erit ligatũ & in cæ-
lis. ℣. Et quodcunq; ſolueris ſuper
terrã: erit ſolutũ & in cælis. ¶ Euã-
geliũ ſecundùm Matth. c.xvj.

IN illo tẽpore: Venit dñs Ie-
ſus in partes Cęſareæ Philip
pi: & interrogabat diſcipulos
ſuos dicens. Quẽ dicunt homi
nes eſſe filium hominis? At illi
dixerunt. Alij Ioannem Bapti
ſtam: alij autem Eliam: alij ve-
rò Hieremiam: aut vnũ ex pro
phetis. Dicit illis Ieſus. Vos au-
tem quẽ me eſſe dicitis? Reſpõ-
dens Simõ Petrus dixit. Tu es
Chriſtus filius dei viui. Reſpon
dens autem Ieſus: dixit ei. Bea-
tus es Simon Bariona: quia ca-
ro & ſanguis non reuelauit ti-
bi: ſed pater meus qui eſt in cę-
lis. Et ego dico tibi quia tu es
Petrus: & ſuper hanc Petram
ædificabo eccleſiam meam: &
portæ inferi non præualebunt
aduerſus eam. Et tibi dabo cla-
ues regni cælorum. Et quodcũ
que ligaueris ſuper terram: erit
ligatum & in cælis. Et quodcũ-
que ſolueris ſuper terram: erit
ſolutum & in cælis. Credo in.
Offert. Tu es Petrus: & ſuper hãc
petram ædificabo eccleſiam meã:
& portæ inferi non præualebũt ad-
uerſus eam: & tibi dabo claues re-
gni cælorum. Sacra.

ECcleſię tuæ quæſumus do
mine preces & hoſtias bea
ti Petri apoſtoli tui cõmendet
oratio: vt quod pro illius gloria
celebramus: nobis proſit ad ve
niam. Per. Præfatio. Te domi-
ne ſuppli. fol. cciij. Cõmu. Tu
es Petrus: & ſuper hanc petrã ædifi
cabo eccleſiam meam. Poſt cõm.

LÆtificent nos dñe quæſu-
mus ſacramenta quæ ſum
pſimus: vt ſicut in apoſtolo tuo
Petro te mirabilem prædica-
mus: ſic per illũ ſumamus tuæ
indulgentiæ largitatem. Per.

¶ Mathię apoſtoli. Ad miſſam
maiorem. Officium.

MIhi autẽ nimis ho-
norati ſunt amici
tui deus: nimis cõ-
fortatus eſt princi-
patus eorum. ℣.
Domine probaſti me: & cognoui-
ſti me: tu cognouiſti ſeſsionẽ meã
& reſurrectionem meã. Oratio.

Deus qui beatũ Mathiam apoſtolorum tuorũ collegio ſociaſti:tribue quęſumus: vt eius interuentione:tuę circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus.Per. ¶Lectio actuum apoſtolorum. Capite.j.

In diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. Viri fratres: oportet impleri ſcripturam: quam prædixit ſpiritusſanctus per os Dauid: de Iuda qui fuit dux eorũ qui cõprehenderunt Ieſum:qui & cõnumeratus erat in nobis:& ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Et hic quidẽ poſſedit agrũ de mercede iniquitatis: & ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius. Et notum factũ eſt omnibus habitantibus in Hieruſalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemac: hoc eſt ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro pſalmorum. Fiat habitatio eius deſerta: & non ſit qui inhabitet in ea:& epiſcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt cõgregati: in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Ieſus Chriſtus:incipiẽs à baptiſmate Ioãnis: vſque in diem quo aſſumptus eſt à nobis: teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnũ ex iſtis. Et ſtatuerunt duos: Ioſeph qui vocabatur Barſabas: qui cognominatus eſt iuſtus: & Mathiã. Et orantes dixerũt. Tu domine qui corda omniũ noſti: oſtende quem elegeris ex his duobus vnum: accipere locum miniſterij huius & apoſtolatus: de quo præuaricatus eſt Iudas: vt abiret in locum ſuum. Et dederũt ſortes eis: & cecidit ſors ſuper Mathiam. Et annumeratus eſt: cũ vndecim apoſtolis. ℟. Nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenam multiplicabuntur. Tract. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam præueniſti eũ in benedictione dulcedinis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. Euange. Hoc eſt pręceptum. fo. ccxliiij

Credo. Offer. In omnem terram exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum. Sacra.

DEus qui proditoris apoſtatæ ruinam ne apoſtolorum tuorum numerus ſacratus perfectione careret: beati Mathiæ electione ſuppleſti: pręſentia munera ſanctifica: & per ea nos gratiæ tuæ virtute confirma. Per. Prefatio. Te domine ſuppliciter. fo.cciij. Cõmu. Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cũ ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael. Poſt cõm.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt per hæc ſancta quę ſumpſimus: interueniẽte beato Mathia apoſtolo tuo: veniam conſequamur & pacem. Per dominum.

¶ Rudeſindi epiſcopi. Officiũ.

STatuit eidominus teſtamentum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto vnxi eum. Oratio.

PRopitiare quæſumus domine nobis famulis tuis: per ſancti confeſſoris tui atq; põtificis Rudeſindi merita glorioſa: vt eius pia interceſsione: ab omnibus ſemper protegamur aduerſis. Per dominũ noſtrũ. Epiſto. Plures facti ſunt. fo.ccxxxv. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euãgelium. Sint lumbi. fol. ccxxxvj. Offertorium. Veritas mea: & miſericordia mea cũ ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

SAcrificium noſtrum tibi domine quæſumus beati Rudeſindi precatio ſancta cõciliet: vt cuius honore ſolenniter exhibetur: meritis efficiatur acceptum. Per dñm noſtrum. Cõmunio. Fidelis ſeruus & prudens: quẽ conſtituit dominus ſuper familiã

ſamiliam ſuã: vt det illis in tempo-
re tritici menſuram. Poſt cõmu.

REfecti cibo potuq; cæle-
ſti:te ſupplices exoramus
dñe deus noſter:vt in cuius hęc
cõmemoratione percepimus:
eius muniamur & precib⁹. Per.

¶ Emetherij & Celedonij mar
tyrum. Officium.

IVdicant ſancti gen
tes: & dominantur
populis: & regna-
bit dominus deus il
lorum in perpetuum. ℣. Exulta-
te iuſti in domino:rectos decet col
laudatio. Oratio.

DEus qui nos cõcedis ſan
ctorum martyrum tuo-
rũ Emetherij & Celedonij na-
talitia colere: da nobis in æter-
na beatitudine,de eorum ſocie
tate gaudere. Per. Epſa. Iuſto-
rum animæ. fo ccxxvj. ℟. Ani
ma noſtra ſicut paſſer erepta eſt de
laqueo venantiũ. ℣ Laqueus con
tritus eſt:& nos liberati ſumus. Ad
iutorium noſtrum in nomine dñi
qui fecit cælum & terram. Tract.
Qui ſeminant in lachrymis:in gau
dio metent. ℣. Euntes ibant & fle-
bant:mittentes ſemina ſua. ℣. Ve-
nientes autẽ veniẽt cum exultatio-
ne:portantes manipulos ſuos. Euã-
gel. Attendite à ſer. fo. ccxxix.
Offert. Exultabũt ſancti in gloria:
lætabũtur in cubilibus ſuis: exulta-
tiones dei in faucibus eorũ. Sacra.

MVnera tibi dñe noſtræ
deuotionis offerimus:
quæ & pro tuorum tibi grata
ſint honore iuſtorũ,& nobis ſa
lutaria te miſerante reddãtur.
Per dominum noſtrum. Com
munio. Ego vos elegi de mũdo:
vt eatis & fructum afferatis: & fru-
ctus veſter maneat. Poſt cõmu

PRæſta nobis dñe quæſu-
mus intercedentibus ſan-
ctis martyribus tuis: vt quę ore
contigimus, pura mente capia
mus. Per dominum noſtrum.

¶ Thomę Aquinatis. Ad miſ-
ſam maiorem. Officium.

IN medio eccleſiæ
aperuit os eius: &
impleuit eum domi
nus ſpiritu ſapientiæ
& intellectus: ſtola gloriæ induit
eum. ℣. Iucunditatem & exulta-
tionem theſaurizauit ſuper eum: &
nomine æterno hæreditauit illum
dominus deus noſter. Oratio.

Deus

DEus qui eccleſiam tuam mira beati Thomę confeſſoris tui eruditione clarificas & ſancta operatione fœcūdas: da nobis quæſumus, & quæ docuit intellecta cōſpicere: & quę egit imitatione complere. Per. Epiſtola. Optaui & datus. fol. ccxxxviij. ℟. Os iuſti meditabitur ſapiētiam: & lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Tractus. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ: & quaſi luna plena in diebus ſuis: & quaſi ſol refulgens: ſic iſte refulſit in templo dei. ℣. Quaſi arcus refulgens inter nebulas glorię: & quaſi flos roſarum in diebus vernis. ℣. Quaſi lilia quę ſunt in trāſitu aquę: & quaſi thus redolēs in diebus ęſtatis. ℣. Quaſi ignis effulgēs & thus ardens in igne: quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo. All'a. ℣. Fruens doctor eximie: Thoma cæli conuiuio: nos cōmenda quotidie: æterni patris filio. Euange. Vos eſtis ſal terræ. fo. ccxxxix. Offer. Deſiderium animę eius tribuiſti ei domine: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Sacra.

PAſsionis filij tui dn̄e memoriam recēſentes depoſcimus: vt quod tibi in beati Thomę confeſſoris tui ſolēnitate deferimus, ſacrificium ſit acceptum. Per eun. Cōm. Fidelis ſeruus & prudens: quē conſtituit dn̄s ſuper familiam ſuā: vt det illis in tēpore tritici mēſurā. Poſt cō.

HÆc nos quæſumus dn̄e communio ſancta lætificet: qua beati Thomæ ſuffragijs virtutes roborētur interiùs & actus exteriùs piæ operationis excreſcant. Per dominum.

¶ Vincētij mar. & abba. Offm̄.

LÆtabitur iuſtus in dn̄o: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. ℣. Exaudi deus orationem meam cū deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

PReces populi tui quæſumus domine clemēter exaudi: vt beati Vincentij martyris tui atq; abbatis meritis adiuuemur, cuius paſsiōe lætamur. Per. Ep'la. Memor. fo. ccxxxij.

℟.

℞. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronã de lapide pretioſo. ℣. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei: & volũtate labiorũ eius nõ fraudaſti eum. A lľa. ℣. Lætabitur iuſtus in dño & ſperabit in eo: & laudabũtur oẽs recti corde. In. lxx. Tract. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorũ eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniã præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius coronã de lapide pretioſo. Euange. Niſi gra. frumenti. fo. ccxxxij. Offerto. Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

Muneribus noſtris quæſumus dñe precibuſq; ſuſceptis: & cæleſtibus nos mũda myſterijs, & clementer exaudi. Per dñm. Commu. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo. Poſt cõmu.

Repleti participatione muneris ſacri quęſumus dñe deus nr̃: vt cui⁹ exequimur cultum: ſentiamus effectum. Per.

¶ Gregorij papæ. Miſſa dicatur vt. iiij. in cap. priua. Ad miſſam maiorem. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dñm: ſancti & humiles corde laudate deum. ℣. Benedicite oĩa opera dñi dño: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Oro.

Deus qui animæ famuli tui Gregorij æternæ beatitudinis præmia cõtuliſti: concede propitius, vt qui peccatorum noſtrorũ pondere premimur: eius apud te precibus ſubleuemur. Per. Epiſt. Dedit dñs. fo. ccxxxiiij. ℞. Iurauit dñs & nõ pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in ęternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. ℣. Dixit dñs dño meo: ſede à dextris meis. Tract. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit ſemẽ ei⁹: gñratio rectorũ benedicet. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia ei⁹ manet in ſeculũ ſeculi. Euã. Homo quidã pere. fo. ccxxxv. Offer. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

Annue nobis dñe: vt interceſſione beati Gregorij cõfeſſoris tui atq; pontificis famulis tuis hęc ꝓſit oblatio, quã immo-

immolãdo totius mũdi tribui-
ſti relaxari delicta. Per. Cõ. Fi-
delis ſeruus & prudẽs: quẽ cõſtituit
dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in
tẽpore tritici menſurã. Poſt cõm.

DEus qui beatũ Gregoriũ
põtificẽ ſanctorũ tuorũ
meritis coæquaſti: cõcede pro
pitius, vt qui cõmemorationis
eius feſta percolimus: vitę quo
que imitemur exẽpla. Per do.

¶ Leãdri epiſcopi & doctoris.
Ad miſſam maiorẽ. Officium.

IN medio eccleſię ape
ruit os eius: & imple-
uit eũ dñs ſpiritu ſapiẽ
tię & intellectus: ſtola
gloriæ induit eũ. ℣. Iucunditatẽ &
exultationẽ theſaurizauit ſuper eũ:
& nomine æterno hæreditauit illũ
dominus deus noſter. Oratio.

ECcleſiã tuã dñe benignus
illuſtra: vt beati Leãdri cõ
feſſoris tui atq; põtificis illumi
nata doctrinis, ad dona perue-
niat ſempiterna. P. Epl'a. Opta
ui. fo. ccxxxviij. ℟. Ecce ſacer-
dos magnus: qui in diebus ſuis pla-
cuit deo. ℣. Nõ eſt inuẽtus ſimilis
illi: qui conſeruaret legem excelſi.
Tract. Deſideriũ animæ eius tri-
buiſti ei: & volũtate labiorum eius
nõ fraudaſti eũ. ℣. Quoniã præue
niſti eũ in benedictionibus dulcedi
nis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius co
ronã de lapide pretioſo. Euã. Qui
vos. fo. ccxxxix. Offert. Inueni
Dauid ſeruũ meũ: & oleo ſancto vn
xi eũ: manus em̃ mea auxiliabit̃ ei:
& brachiũ meũ cõfortabit eũ. Sac.

SVſcipe dñe munera quę in
eius tibi ſolennitate deferi
mus: cuius nos confidimus pa-
trocinio liberari. Per. Cõmu.
Beatus ſeruus: quem cùm venerit
dominus eius inuenerit vigilãtem:
amen dico vobis: ſuper omnia bo-
na ſua conſtituet eum. Poſt cõm.

REfecti cibo potuq; cęleſti
dñe deus noſter: te ſuppli
ces exoramus, vt in cuius hæc
cõmemoratione percepimus:
eius muniamur & precibus. P.

¶ In feſto Gabrielis archange-
li. Officium.

BEnedicite dominũ
oẽs angeli eius: potẽ
tes virtute qui facitis
verbũ eius: ad audiẽ
dã vocẽ ſermonũ eius. ℣. Benedic
aĩa mea dño: & oĩa quæ intra me
ſunt nomini ſancto eius. Oratio.

D eus

DEus qui inter cæteros angelos ad annuntiãdum incarnationis tuæ myſterium Gabrielem archangelum elegiſti: concede clementius, vt qui feſtum eius celebramus in terris: ipſius patrociniũ ſentiamus in cælis. Qui vi. & regnas.

¶ Lectio Danie. prophe. c. ix.

IN diebus illis: Adhuc me loquente in oratione mea: ecce vir Gabriel quem videram in viſione à principio: citò volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini: & docuit me & locutus eſt mihi dixitq;. Daniel: nunc egreſſus ſum vt docerem te: & intelligeres. Ab exordio precum tuarũ egreſſus eſt ſermo. Ego autem veni vt indicarem tibi: quia vir deſideriorũ es: tu autem animaduerte ſermonem: & intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum: & ſuper vrbem ſanctam tuã: vt conſummetur præuaricatio: & finem accipiat peccatum: & deleatur iniquitas: & adducatur iuſtitia ſempiterna: & impleatur viſio & prophetia: & vngatur ſanctus ſanctorum. Scito ergo: & ab exitu ſermonis animaduerte: vt iterum ædificetur Ieruſalem: vſq; ad Chriſtum ducẽ hebdomades ſeptem: & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea: & muri in anguſtia temporũ. Et poſt hebdomades ſexagintaduas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus qui eũ negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuariũ diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas: & poſt finem belli: ſtatuta deſolatio.

℞. Benedicite dominũ omnes angeli eius: potentes virtute qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea domino: & omnia interiora mea nomini ſancto eius. Tractus. Miſſus Gabriel de cælis: verbi baiulus fidelis: ſacris diſſerit loquelis: cũ beata virgine. ℣. Verbum bonum & ſuaue pandit intus in conclaue: & ex Eua format aue nobis verſo nomine. ℣. Metum pellit dat ſolamẽ: nam per ſacrum inquit flamẽ: & virtutis obumbramen deo graui daberis. ℣. Ad hoc fecit argumentum: de cognata documentum: & cæleſte

& cęleſte ſacramentũ: inſperati fœderis. ℣. Cõſequẽter iuxta pactũ: adeſt verbũ caro factũ: ſemper tamen eſt intactũ: puellare gremiũ. Alius tractus. Aue Maria. fol. cclxxv. Euang. Miſſus eſt ang. fo. v. Offert. Stetit angelus iuxta aram templi: habens thuribulũ aureũ in manu ſua: & data ſunt ei incẽſa multa: & aſcendit fumus aromatum in conſpectu dei. Sacra.

ACceptũ fiat in tuo cõſpectu dñe noſtræ fragilitatis munus: & beati archangeli Gabrielis oratio, vt à nobis veneratus in terris: ſit apud te pro nobis aduocatus in cęlis. Per. Cõmu. Benedicite omnes angeli dñi domino: hymnũ dicite & ſuper exaltate eum in ſecula. Poſt cõm.

COrporis & ſanguinis tui ſumptis myſterijs, tuã domine deus noſter deprecamur clementiam, vt ſicut Gabriele nũtiante incarnationem tuam cognouimus: ita ipſo adiuuante incarnationis eiuſdem beneficia conſequamur. Qui viuis.

¶ In feſto ſanctiſsimi Ioſeph, nutricij dñi noſtri Ieſu Chriſti & ſponſi virginis Mariæ.

Ad miſſam. Officium.

HAbitabit iuuenis cũ virgine, & habitabunt in te filij tui, & gaudebit ſponſus ſuper ſpõſa: & gaudebit ſuper te dñs deus tuus. ℣. Dñe in virtute tua lætabitur Rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui glorioſę virginis Mariæ ſpõſum beatum Ioſeph eligere voluiſti, vt filij tui eiuſq; matris curam gereret: da nobis quęſumus, vt ſicut eis obſequioſos famulatus ſedulè exhibuit: ita ipſius intercedentibus meritis, tibi beneplacitis actibus ſeruire mereamur. Per.

¶ Lectio libri ſapien. Cap. viij.

QVæſiui ſponſam mihi aſſumere: & amator factus ſum formæ illius. Generoſitatẽ illius glorificat contuberniũ habens dei: ſed omniũ dñs dilexit illã. Propoſui ergo hanc mihi adducere ad conuiuandũ, ſciens quoniã mecum cõmunicabit de bonis: & erit allocutio cogitationis & tædij mei. Habebo per hanc immortalitatẽ:

talitatē:& memoriā æternā his
qui poſt me futuri ſunt relin-
quā.Intrans in domū meā con
quieſcā cū illa: nō enim habet
amaritudinē cōuerſatio illius:
ſed lætitiā & gaudiū. Et in ami
citia illius delectatio bona: &
in operibus manuū eius hone-
ſtas ſine defectione,& pręclari
tas in communicatione ſermo
num ipſius. Et ſciui, quoniā ali
ter nō poſſem eſſe cōtinens ni-
ſi deus det: & hoc ipſum: erat
ſumma ſapiētia. ℞. Mulier for-
tis oblectat virum ſuū,& annos vitę
illius in pace complebit. Pars bona
mulier bona:& dabitur viro pro fa
ctis bonis. Mulieris bonę beatus vir.
℣. Qui inuenit mulierē bonā:inue
nit bonū:& hauriet iucūditatē à do
mino. Tract. Honorabilis factus
eſt in oculis dñi & glorioſus:&ipſe
dilexit illū. ℣. Cōſeruauit enim le-
gē excelſi: & fuit in teſtamēto cū il
lo:& in tētatione inuētus eſt fide-
lis. ℣. Firmauit eū,& lętificauit il-
lum:& abſcōſa ſua oſtēdit illi. ℣. Et
florere fecit illū ſicut liliū:& germi
nans germinabit: & exultabit lęta-
būdus & laudans. Extra .xl. A llā.
℣. In vita ſua vidit deū: & lætatus
eſt cū illo: & in obitu ſuo nō eſt cō
triſtatus: nec cōfuſus corā inimicis.

¶ Euāgel. ſecūdùm Matth. c.j.

CVm eſſet deſponſata ma
ter domini Ieſu Maria Io
ſeph: antequā conuenirēt: inuē
ta eſt in vtero habens de ſpiri-
tu ſancto. Ioſeph autē vir eius
cū eſſet iuſtus & nollet eam tra
ducere: voluit occultè dimitte
re eā. Hæc autē eo cogitāte: ec-
ce angelus dñi: apparuit in ſo-
mnis ei dicens. Ioſeph fili Da-
uid: noli timere accipere Ma-
riam cōiugem tuā: quod enim
in ea natū eſt: de ſpiritu ſancto
eſt. Pariet autē filiū: & vocabis
nomē eius Ieſum. Ipſe enim ſal
uum faciet populū ſuū: à pecca
tis eorum. Offerto. Inuenit Io-
ſeph gratiam coram domino ſuo:
& miniſtrabat ei. Sacra.

SVſcipe & ſanctifica miſeri
cors deus hoc munus tibi
oblatū:& cōcede, vt medelam
in nobis iugiter operetur preci
bus beati Ioſeph: qui filio tuo
& ſuæ matri tam gratāter & ſe
dulè miniſtrauit. Qui te. Cōm.
Fidelis ſeruus & prudens: quem cō
ſtituit dñs ſuæ matris ſolatium: ſuæ
carnis

carnis nutritium. Poſt commu.

SAlutare cõuiuiũ corporis & ſanguinis tui quod ſumpſimus dñe: nobis proficiat ad ſalutem intercedente beato Ioſeph genitricis tuæ ſponſo, qui ſacratiſsimæ tuę infantię: deuotis & familiaribus obſequijs affectiſsimè complacuit. Qui vi

In tranſitu ſanctiſsimi patris noſtri Benedicti.

¶ Ad Miſſam maiorẽ. Officiũ.



GAVDEAmus omnes in domino diem feſtũ celebrãtes ſub honore beatiſsimi patris Benedicti. In cuius tranſitu gaudent angeli, exultant archangeli: & collaudant filium dei. ℣. Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri: in monte ſancto eius. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui hodierna die carnis eductum ergaſtulo beatiſsimum confeſſorem tuũ Benedictum ſubleuaſti ad cælũ: concede quæſumus hæc feſta tuis famulis celebrantibus cunctorum veniam delictorum: vt qui exultãtibus animis eius claritati congaudẽt: ipſo apud te interueniente conſocientur & meritis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Lectio libri ſapientiæ. Eccleſiaſt. Capite.l.

ECce confeſſor magnus: qui in vita ſua ſuffulſit domum: & in diebus ſuis corroborauit templum. Templi etiã altitudo ab ipſo fundata eſt: duplex ædificatio: & excelſi parietes tẽpli. In diebus ipſius emanauerunt putei aquarum: & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit gen-

tem ſuã:& liberauit eam à per-
ditione. Qui præualuit amplifi
care ciuitatem: qui adeptus eſt
gloriam in cõuerſatione gẽtis:
&ingreſſum domus &atrij am
plificauit. Quaſi ſtella matuti-
na in medio nebulę:& quaſi lu
na plena in diebus ſuis lucet,&
quaſi ſol refulgens:ſic iſte efful
ſit in tẽplo dei. Quaſi arcus re-
fulgens inter nebulas glorię:&
quaſi flos roſarũ in diebus ver-
nis:& quaſi lilia quę ſunt in trã
ſitu aquæ:& quaſi thus redolẽs
in diebus æſtatis. Quaſi ignis ef
fulgens:&thus ardens in igne.
Quaſi vas auri ſolidũ:ornatum
omni lapide pretioſo. Quaſi oli
ua pullulans: & cypreſſus in al
titudinẽ ſe extollens. Circa illũ
corona fratrũ: & ſicut plãtatio
cedri in mõte libano: ſic circa
illũ ſteterũt quaſi rami palmæ:
oẽs filij Aarõ in gloria ſua. Tũc
omnis populus ſimul præpara
uerũt: & amplificauerũt pſallẽ
tes in vocib⁹ ſuis. Et in magna
domo factus eſt ſonus: ſuauita
tis plenus. ℟. Fuit vir vitæ vene-
rabilis: gratia Benedictus & nomi-
ne. ℣ Relicta domo: rebuſq; pa-
tris, ſoli deo placere deſyderãs, ſan
ctæ cõuerſationis habitũ quæſiuit.
Tractus. Dñe nõ aſpicias peccata
mea:ſed fidẽ huius hominis:qui ro
gat reſuſcitari filiũ ſuũ. ℣. Et redde
in hoc corpuſculũ animã pueri:quã
tuliſti. ℣. Et cõpleta orõne reuixit:
& ſanũ reddidit patri ſuo. Proſa.

LÆta quies magni ducis, do-
na ferens nouę lucis:hodie re
colitur.

Nũc per callẽ oriẽtis proſequamur
aſcendentis, patris noſtri gloriam.

Amplũ ſemẽ magnæ prolis, illũ fe
cit eſſe in polis, Abrahæ perſimilẽ.

Coruũ cernis miniſtrãtẽ, hinc Eliã
latitantem, ſpecu noſce paruulo.

Eliſeus dignoſcatur, cũ ſecuris re-
uocatur, de torrentis alueo.

Illũ Ioſeph candor morũ, illum Ia
cob futurorũ, mens effecit conſcia.

Ipſe memor ſuæ gẽtis, nos perducat
in manẽtis, ſemper Chriſti gaudia.
Amen. Euang. Dixit Simõ Pe-
trus. fo. ccxxxviij. Credo. Of-
fer Hodie dilectus dñi Benedictus
in cælũ aſcẽdens, cũ iubilo in gloriã
ab angelis ſuſceptus eſt. Sacra.

OBlatis dñe ob honorem
beati Benedicti cõfeſſo
ris tui placare munerib⁹:& tuis
famu-

famulis ipſius interuẽtu: cũcto rum tribue peccatorum indul gentiam. Per. Pręfatio. Eterne deus. C uius fidei virtute. fol. ccij. & dicatur per octa. Cõm. Semel iuraui in ſancto meo: ſemẽ eius in æternum manebit: & ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis. Poſt cõmu.

PErceptis tui corporis & ſanguinis domine ſacramentis: concede nobis ſupplicãte beato Benedicto cõfeſſore tuo: vt quæ pro illius venerãdo gerimus obitu: nobis proficiant ad medelam. Qui viuis.



In annuntiatione beatæ Mariæ.

Ad miſſam maiorẽ, Officium.

ROrate cæli deſuper & nubes pluãt iuſtũ: aperiatur terra: & germinet ſaluatorẽ. ℣. Et iuſtitia oriatur ſimul: ego dominus creaui eum. Oratio.

DEus qui de beatæ Mariæ virginis vtero: verbũ tuũ angelo nũtiãte carnẽ ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis vt qui verè eã genitricẽ dei credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eund.

¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. c. vij.

IN diebus illis: Locutus eſt dñs ad Achaz dicens. Pete tibi ſignum à dño deo tuo: in profundũ inferni ſiue in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz. Nõ petam: & nõ tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nũquid parũ eſt vobis moleſtos eſſe hominibus: quia moleſti eſtis & deo meo? Propter hoc: dabit dñs ipſe vobis ſignũ. Ecce virgo cõcipiet & pariet filium: & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Butyrũ & mel comedet: vt ſciat reprobare malũ: & eligere bonũ. ℟. Tollite portas principes veſtras: & eleuamini por

tę æternales:& introibit rex glorię.
℣.Quis aſcẽdet in mõtẽ dñi:aut qs ſtabit in loco ſancto eius?innocens manibus & mũdo corde. In.lxx.
Tract.Aue Maria grã plena: dñs tecũ.℣.Benedicta tu in mulierib⁹: & bñdictus fructus vẽtris tui.℣ Ecce cõcipies & paries filiũ:& vocabitur nomen eius Emanuel. ℣.Spũs ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſsimi obũbrabit tibi. ℣.Ideoq; qđ naſcetur ex te ſanctũ:vocabitur filius dei. In reſurrectiõe loco.
℟.A lľa.℣.Angelus dñi deſcendit de cęlo:& accedẽs reuoluit lapidẽ: & ſedebat ſuper eũ.Allľa. ℣.Spũs ſanctus in te deſcẽdet virgo Maria: dei genitrix intercede pro nobis.
In quolibet feſto quod venerit poſt dñicã in albis per totã reſurrectionẽ:ad miſſam dicatur duo Allľa & non dicitur. ℟.ſed primum nõ repetitur in principio,neq; in fine,vltimum verò ſic. Euãgel.Miſſus eſt angelus. fo.v. Credo. Offer.Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Sacra.

IN mentibus nr̃is quęſumus dñe veræ fidei ſacramenta cõfirma:vt qui cõceptũ de virgine deũ verũ & hominẽ cõfitemur: per eius ſalutiferæ reſurrectionis potentiã:ad ęternam mereamur peruenire lætitiam. Per eũ. Præfatio. Eterne deus. Quia per incarnati. fol.xcviij.
Commu. Ecce virgo concipiet & pariet filium:& vocabitur nomẽ eius Emanuel. Poſt cõmunio.

GRatiã tuã quęſumus dñe mentibus noſtris infunde:vt qui angelo nũtiãte Chriſti filij tui incarnationẽ cognouimus: per paſsionẽ eius & crucẽ:ad reſurrectionis gloriã perducamur.Per eund. ¶ In octauo die ſanctiſsimi patris noſtri Benedicti.Si venerit die dñica vel à dñica in ramis palma. vſque ad octa.paſchę,dicatur de eo tãtum miſſa mututi.Si verò extra hos dies inciderit:dicatur miſſa de octa. dic. vt.ij. in cap. & omnia fiant ſicut in die.

¶ In tranſitu ſancti Iſidori.
Ad miſſam maiorem.Officiũ.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ &

& intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucunditatem & exultationé theſaurizauit ſuper eum. In tépore reſurrectionis dicatur Alleluia. Oratio.

EXaudi quęſumus dñe preces noſtras: & interueniéte beato Iſidoro cófeſſore tuo atq; pótifice: ſupplicationes noſtras placatus intéde. Per. Epła Optaui. fol. ccxxxviij. ℟. Iurauit dñs & nõ pœnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternũ ſecũdùm ordiné Melchiſedech. ℣. Dixit dñs dño meo: ſede à dextris meis. Tract. Deſiderium animę eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius nõ fraudaſti eum. ℣ Quoniam pręueniſti eũ in benedictione dulcedinis: poſuiſti ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. In paſcha. A llła. ℣. Confitebũtur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Aliud. A llła. ℣. Dñe quinq; taléta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Euangel. Vos eſtis ſal terrę. fo. ccxxxix. In paſcha. Ego ſum vitis. fo. ccxlij. Offert. Inueni Dauid ſeruũ meũ: & oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meũ confortabit eum. In paſcha. Offerto. Confitebũtur cæli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum allła allła. Sacra.

ACcepta tibi ſit domine ſacræ plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorũ: quorũ ſe meritis percepiſſe cognoſcit de tribulatione auxilium. Per dominum. Cómunio. Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue bone & fidelis quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. In paſcha. Communio. Lætabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde alleluia alleluia. Poſt communio.

DA quęſumus domine fidelibus populis: ſanctorum tuorum pia veneratione lætari, & eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per dominum. ¶ In octauo die Annunciationis dominicæ omnia fiãt ſicut in die, ſeruata regula ſuprà poſita in octauo die ſancti Benedicti.

¶ Mariæ Ægyptiacæ.

Ad miſſam. Officium.

ME expectauerũt peccatores: vt perderẽt me: teſtimonia tua dñe intellexi: omnis cõſummationis vidi finem. Latum mandatum tuum nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

LArgire nobis clementiſsime pater: quòd ſicut beata Maria Ægyptiaca dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum ſuper omnia diligendo ſuorum obtinuit veniam peccaminum, ita nobis apud miſericordiã tuam ſempiternã impetret beatitudinem. Per. Epl'a. Mulierẽ fortẽ. Quære in feſt. Magdale. menſe Iulij. ℟. Adiuuabit eam deus vultu ſuo: deus in medio eius non cõmouebitur. ℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ dei: ſanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſsimus. Tract. Qui ſeminãt in lachrymis in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt & flebant mittentes ſemina ſua. ℣. Veniẽtes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. In paſcha. A ll'a. ℣. Media autẽ nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit exite obuiam ei. Euang. Simile eſt regnũ cælo. the. fo. ccxlj. Offert. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternũ: & in ſeculum ſeculi. Sacra.

SAlutaris hoſtię munus dñe diuinis ſacrandũ myſterijs: beata Maria Ægyptiaca patrocinante noſtrorum quęſumus exurat rubiginẽ vitiorum, vt illius cõpunctionis gratiã: & pietatis opera cõſequi mereamur. Per. Commu. Feci iudicium & iuſtitiam domine: non calumnientur mihi ſuperbi. Ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viã iniquitatis odio habui. Poſt cõmu.

SAcratiſsimã dñe beatę Marię Ægyptiacę qua cęlos ſubijt celebritatẽ recẽſentes: ſupplices imploramus clemẽtiam tuam, vt qui eius deuotionis recolimus inſignia: ipſius mereamur cõpotes effici gloriæ. Per.

¶ Ambroſij epi & docto. miſſa dicitur vt. in j. ius cap. Officiũ.

IN medio eccleſię aperuit os eius: & impleuit eũ dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus:

ctus:ſtola gloriæ induit eum. ℣. In cunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum. Oratio.

ECcleſiam tuam dñe benignus illuſtra: vt beati Ambroſij confeſſoris tui atq; pontificis illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per. Epla. Optaui. fo. ccxxxviij. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui cõſeruaret legem excelſi. Tractus. Beatus vir qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemẽ eius: gñratio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. In Reſurre. Alleluia. ℣. Inueni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſancto meo vnxi eũ. Aliud. Allꝉa. ℣. Cõfitebũtur cæli mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuã in eccleſia ſanctorũ. Euange. Qui vos audit. fo. ccxxxix. In Reſurre. Euange. Ego ſum vitis. fo. ccxlij. Offer. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. In Reſur. Repleti ſumus manè mĩa tua: & exultauimus: & delectati ſumus allꝉa. Sac.

SVſcipe dñe munera quę in eius tibi ſolennitate deferimus, cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Per. Cõmu. Fidelis ſeruus & prudens: quem cõſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſurã. Cõmu. in Reſurre. Ego ſum vitis vera & vos palmites: qui manet in me & ego in eo: hic fert fructum multum, allꝉa, allꝉa. Poſt cõ.

REfecti cibo potuque cęleſti dñe deus noſter: te ſupplices deprecamur, vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus: eius muniamur & precibus. Per dominum.

¶ Tiburtij Valeriani & Maximi. ¶ Quando hoc feſtum venerit in hebdo. poſt dñicam in albis: miſſa matuti. dicatur de Quaſi modo: & maior de marty. & ad matu. ſemper fiat. j. cõ. de miſſa maiori: & in tempore Reſurre. dicatur Allꝉa in fine officij: & offerto. & communio. Ad miſſam Tiburtij. Officiũ.

SAncti tui dñe benedicent te: gloriam regni tui dicẽt alleluia. ℣. Exaltabo te deus

meus rex: & benedicā nomini tuo in ſeculum & in ſeculū ſeculi. Gloria patri. Oratio

PReſta quęſumus omnipotens deus: vt qui ſanctorū tuorum Tiburtij Valeriani & Maximi ſolennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per. Epiſto Iuſtorum animæ. fol. ccxxvj. ¶ Sciendum: q̄ in omnibus feſtis iij lectio. de quibus oportuerit dici miſſam matu. in die reſurr. & per eius hebdo. vſque in ſabbatum in albis excluſiuè: dicitur ℟. & vnum Alleluia. & replicatur: quādo verò feſta iij. lectio. celebrātur in alio tempore reſurre. vſq; in diem trinitatis incluſiuè: dicitur ſemper vnū Alla. tantū, & replicatur. ℟. Exultabunt ſancti in gloria: lętabūtur in cubilibus ſuis. ℣. Cātate dn̄o canticum nouū: laus eius in eccleſia ſanctorū. Alla. ℣. Gaudete iuſti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Euāge Ego ſum vi. vos pal. fo. cclxxxv Offer. Lætamini in dn̄o & exultate iuſti: & gloriamini oēs recti corde. Sacra.

HOſtia hæc quęſumus domine quam ſanctorum natalitia recēſentes offerimus: & vincula noſtræ prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſericordię dona cōciliet. Per. Cō. Gaudete iuſti in dn̄o alleluia: rectos decet collaudatio, alla. Poſt cōmu.

SAcro munere ſatiati ſupplices te dn̄e deprecamur: vt quod debitæ ſeruitutis celebramus officio, ſaluationis tuæ ſentiamus augmentum. Per.

¶ Sancti Turibij epi. Officiū.

STatuit ei dn̄s teſtamentū pacis: & principē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternū. ℣. Inueni Dauid ſeruū meū: oleo ſctō meo vnxi eū. Orō.

DEus qui es tuorū gloria confeſſorum: ſplēdorq; animarū ſanctarū, vota noſtra placatus ſuſcipe: & confeſſoris tui atq; pontificis Turibij meritis, ab omni perturbatione nos fac permanere illæſos: atq; peruenire ad honores æternæ vitę repromiſſos. Per. Epiſto. Ecce ſacerdos. Minor. fol. ccxxiiij. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui cōſeruaret legem

legem excelſi. In reſurrectione.
Alleluia. ℣. Confitebuntur cæli
mirabilia tua domine: etenim veri
tatem tuam in eccleſia ſanctorum.
Aliud. Alla. ℣. Domine quinq;
talẽta tradidiſti mihi: ecce alia quin
que ſuperlucratus ſum. In .xl. Tra
ctus Deſideriũ animæ. fo.cclxv.
Euãge. Homo quidam no. fo.
ccxxxvj. In reſurrect. Euange.
Ego ſum vitis. fo.ccxlij. Extra
reſurrectionem. Offertorium.
Veritas mea & miſericordia cum
ipſo: & in nomine meo exaltabitur
cornu eius. In reſurre. Offer. Cõ
fitebuntur cæli mirabilia tua domi-
ne: & veritatẽ tuam in eccleſia ſan-
ctorum, alleluia, alleluia. Sacra.

ACcepta tibi ſit domine
ſacræ plebis oblatio pro
tuorum honore ſanctorũ: quo
rum ſe meritis percepiſſe de tri
bulatione cognoſcit auxilium.
Per dominum. In reſurrectio-
ne. Cõmu. Ego ſum vitis vera &
vos palmites: q̃ manet in me & ego
in eo: hic fert fructũ multũ alleluia
alleluia. Cõmu. Fidelis ſeruus &
prudens: quem conſtituit dñs ſuper
familiam ſuã: vt det illis in tẽpore
tritici menſuram. Poſt cõmunio.

REfecti cibo potuq; cæle-
ſti domine deus noſter te
ſupplices deprecamur: vt inter
cedente beato Turibio confeſ
ſore tuo atque pontifice, in cu-
ius hæc commemoratione per
cepimus: ciꝰ muniamur & pre-
cibus. Per dominum.

¶ Georgij, Fœlicis, Fortunati
& Achilei. Ad miſſam. Offm̃.

SAncti tui dñe bene-
dicent te: gloriam re
gni tui dicẽt alleluia.
℣. Exaltabo te deus
meus rex: & benedicã nomini tuo
in ſeculum & inſeculũ ſeculi. Orõ.

DEus q̃ nos beatorũ mar-
tyrũ tuorũ Georgij Fœ-
licis Fortunati & Achilei meri
tis & intercesſione lætificas: cõ
cede propitius, vt qui eorũ be-
neficia poſcimus: dono tuæ
gratiæ conſequamur. Per do-
minum noſtrum. Epiſtola. Ex
pectatio iuſtorum. fol. ccxxvij.
℟. Iuſtorũ animę in manu dei ſunt:
& nõ tãget illos tormentũ malitię.
℣. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori:
illi autẽ ſunt in pace. Alla. ℣. Mira
bilis dominus noſter in ſanctis ſuis.
Euãge. Ego ſum vi. fo. cclxxxv
Offer.

Offerto. Repleti ſumus manè miſericordia tua: & exultauimus & delectati ſumus alla. Sacra.

MVnera domine oblata ſanctifica: & intercedētibꝰ beatis martyribꝰ tuis Georgio Fœlice Fortunato & Achileo, nos per hæc à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per dominũ. Cōmu. Gaudete iuſti in dñō alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. Poſt commu.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, intercedentibus btis martyribus tuis Georgio Fœlice Fortunato & Achileo: tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſeruire. Per dominum.

¶ Marci Euangeliſtæ. Ad miſſam maiorem. Officium.

INmedio eccleſię aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus: ſtola gloriæ induit eum alleluia. ℣. Iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eũ: & nomine æterno hæreditauit illũ dominus deus noſter. Oartio.

ECcleſiam tuã domine benignus illuſtra: vt beati Marci Euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per dominũ. Epiſtola. Similitudo. fol. ccxxxij. Alleluia. ℣. Primus ad Sion dicet: ecce adſum, & Ieruſalem euangeliſtã dabo. Alleluia. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Euange. Ego ſum vitis. fo. ccxlij. Credo. Offerto. Confitebũtur cæli mirabilia tua domine: & veritatem tuã in eccleſia ſanctorum, alleluia, alla. Sacra.

SVſcipe dñe munera quæſumus: quæ in eius tibi ſolēnitate deferimus, cuius nos cōfidimꝰ patrocinio liberari. Per. Præfatio. Te domine ſupplici. fol. cciij. Communio. Lætabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Poſt comm.

REfecti cibo potuque cæleſti domine deus noſter: te ſupplices deprecamur: vt in cuius hæc commemoratione percepimus: eius muniamur & precibus. Per dominum.

¶ Pru-

¶ Prudentij epiſcopi. Ipſo die Vitalis martyris.

Ad miſſam matu. de eo. Offm̃.

PRotexiſti me deus à conuentu malignantium alleluia: à multitudine operantium iniquitatem alleluia, alleluia. ℣. Exaudi deus orationẽ meã cùm deprecor: à timore inimici eripe animã meam. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt intercedente beato Vitale martyre tuo: & à cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore: & à prauis cogitationibus mũdemur in mẽte. Per. Prima.cõme.beati Prudentij. Epiſtola. Iuſtus ſi morte. fo ccxxxij. ℟. Domine prȩuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculũ ſeculi. Alleluia. ℣. Hic eſt verè martyr: qui pro Chriſto ſanguinem ſuum fudit: & ideo regnat cum illo. Euangeliũ. Si manſeritis. fol cxxxij. Offertorium. Repleti ſumus manè miſericordia tua: & exultauimus: & delectati ſumus alleluia. Sacra.

ACcepta ſit domine in cõſpectu tuo noſtra deuotio: & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolennitate defertur. Per. Cõm. Ego ſum vitis vera & vos palmites: qui manet in me & ego in eo: hic fert fructũ multũ, allꝯa, allꝯa. Poſt cõ.

REfecti participatione muneris ſacri quæſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum.

¶ Quando feſtum ſancti Prudentij celebratur in rogationibus, poſt primam cantetur miſſa ſancti Prudẽtij, & maior erit de rogationibus. Ad miſſam ſancti Prudentij. Officium.

STatuit ei domius teſtamentum pacis: & principem fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid ſeruum meũ: olȩo ſancto meo vnxi eum. Oratio.

EXaudi quæſumus domine preces noſtras: & interueniente beato Prudentio confeſſore tuo atq; pontifice, ſupplicatio

plicationes noſtras placatus in tende. Per. Epiſto. Teſtificor. fo. ccxxxiiij. Alleluia. ℣. Iuſtũ deduxit dominus per vias rectas: & oſtẽdit illi deus gloriam ſuã. Allſa. ℣. Confitebũtur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Euangeliũ. Ego ſum vitis. fo. ccxlij. Offer. Cõfitebuntur cæli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum, allſa, allſa. Sacra.

ACcepta tibi ſit dñe ſacræ plebis oblatio pro tuorũ honore ſanctorũ: quorũ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxiliũ. Per. Cõ. Lætabitur iuſtus in dño: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Poſt cõmu.

DA quæſumus domine fidelibus populis: ſanctorum tuorũ pia veneratione lætari, & eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per dominũ.

¶ Petri martyris de ordine prædicatorum. Quãdo celebratur in rogationibus: poſt primam cantetur miſſa beati Petri: & maior erit de rogationibus. Cęteras conſuetudines vide in feſto ſancti Marci Euangeliſtæ. Ad miſſam Maiorem. Officiũ.

PRotexiſti me deus à conuentu malignantium alleluia: à multitudine operãtium iniquitatem, alleluia, alleluia. ℣. Exaudi deus orationem meam cũ deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotẽs deus: vt beati Petri martyris tui fidem congrua deuotione ſectemur, qui pro eiuſdẽ fidei dilatatione: martyrij palmã meruit obtinere. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Ad Timotheum ij. Capi. ij.

CHariſsime: Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſecularibus: vt ei placeat cui ſe probauit. Nam & qui certat in agone non coronabitur: niſi legitimè certauerit. Laborantem agricolam: oportet primùm de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor eſto Chriſtũ Ieſum reſurrexiſſe ex mortuis: ex ſemine Dauid ſecundùm euan-

euangelium meum: in quo la-
boro vſque ad vincula quaſi
malè operans: ſed verbum dei
non eſt alligatum. Ideo omnia
ſuſtineo propter electos: vt &
ipſi ſalutem conſequãtur: quæ
eſt in Chriſto Ieſu: cum gloria
cæleſti. Alleluia. ℣. Lætabitur iu
ſtus in domino: & ſperabit in eo: &
laudabũtur omnes recti corde. Al
leluia. ℣. Surrexit paſtor bonus:
qui poſuit animã ſuã pro ouib⁹ ſuis:
& pro ſuo grege mori dignatus eſt.

¶ Euange. ſecundũ Lucã. c. ix.

In illo tempore: Dixit domi
nus Ieſus diſcipulis ſuis. Si-
quis vult poſt me venire: ábne-
get ſemetipſum: & tollat cru-
cem ſuã quotidie: & ſequatur
me. Qui enim voluerit animã
ſuam ſaluam facere: perdet il-
lam. Nam qui perdiderit ani-
mam ſuam propter me: ſaluã fa
ciet illam. Quid enim proficit
homo ſi lucretur vniuerſum
mundum: ſe autem ipſum per
dat: & detrimentum ſui faciat?
Nã qui me erubuerit & meos
ſermones: hunc filium homi-
nis erubeſcet: cùm venerit in
maieſtate ſua: & patris & ſan-
ctorum angelorũ. Offertoriũ.
Poſuiſti domine in capite eius co-
ronam de lapide pretioſo: vitam pe
tijt à te: & tribuiſti ei all'a. Sacra.

Preces quas tibi domine of
ferimus: intercedente bea
to Petro martyre tuo clemen-
ter intende, & pugiles fidei ſub
tua protectione cuſtodi. Per do
minũ. Cõmu. Ego ſum vitis ve-
ra & vos palmites: qui manet in me
& ego in eo: hic fert fructum mul-
tum, alleluia, alleluia. Poſt cõmu.

Fideles tuos domine cuſto
diant ſacramẽta quę ſum-
pſimus: & intercedente beato
Petro martyre tuo, contra oẽs
aduerſos tueantur incurſus.
Per dominum noſtrum.

¶ Philippi & Iacobi. Iſto die
Torquati & ſociorũ eius. Ad
miſſam matu. de eis. Officium.

Sancti tui domine
benedicent te: glo
riam regni tui di-
cent all'a. ℣. Exal
tabo te deus meus
rex: & benedicã nomini tuo in ſe-
culum & in ſeculũ ſeculi. Oratio.

Da quęſumus omnipotẽs
deus: vt qui beatorũ cõ-
feſſo-

feſſorum tuorum atq; pontifi-
cum Torquati & ſociorū eius
ſolennia colimus,eorum apud
te interceſsionib⁹ adiuuemur.
Per dominum noſtrum.

¶ Fiat.j.comme. Philippi & Ia
cobi.ij. Andeoli. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipo
tens deus,vt qui beati An
deoli martyris tui natalitia co-
limus, interceſsione eius in tui
nominis amore roboremur.
Per. Epiſtola.Plures facti. foli.
ccxxxv. Alleluia. ℣. Exultabūt
ſancti in gloria:lætabuntur in cubi-
libus ſuis. Euange. Hæc mādo.
vobis. fo. ccxxiiij.Offerto Mira
bilis deus in ſanctis ſuis : deus Iſrael
ipſe dabit virtutē & fortitudinē ple
bi ſuę.Benedictus deus alľa. Sacra

HOſtias tibi domine bea-
torū confeſſorum tuorū
atq; pōtificum Torquati & ſo-
ciorum eius dicatas meritis be
nignus aſſume: & ad perpetuū
nobis tribue prouenire ſubſi-
dium.Per. Sacra Andeoli.

MVneribus noſtris quæ-
ſumus domine preci-
buſq; ſuſceptis: & cæleſtib⁹ nos
mūda myſterijs, & clementer
exaudi.Per dominum. Cōmu
Iuſtorū animæ in manu dei ſunt:&
non tanget illos tormentum mali-
tiæ: viſi ſunt oculis inſipiētium mo-
ri:illi autē ſunt in pace alľa.Poſtcō.

QVæſumus omnipotens
deus : vt qui cæleſtia ali-
mēta percepimus: inter-
cedentibus ſanctis confeſſori-
bus atque pontificibus tuis:per
hæc contra omnia aduerſa mu
niamur.Per dominum noſtrū.

Poſt communio Andeoli.

DA quæſumus dn̄e deus
deus noſter:vt ſicut tuo-
rum cōmemoratione ſancto-
rum temporali gratulamur of-
ficio,ita perpetuo lętemur aſpe
ctu. Per dominum noſtrum.

¶ Ad miſſam maiorem Philip
pi & Iacobi. Officium.

EXclamauerunt ad te
domine in tempore
afflictionis ſuæ:& tu
de cęlo exaudiſti eos
alľa,alľa. ℣. Exultate iuſti in dn̄o:
rectos decet collaudatio. Oratio

DEus qui nos annua apo-
ſtolorum tuorum Philip
pi & Iacobi ſolennitate lætifi-
cas: præſta quæſumus, vt quo-

rum

rum gaudemus meritis: inſtruamur exemplis. Per dominum.

¶ Lectio libri Sapientiæ. ca. v.

STabunt iuſti in magna cõſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: & qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili: & mirabuntur in ſubitatione inſperatę ſalutis: dicentes intra ſe: pœnitentiã agẽtes: & prę anguſtia ſpiritus gemẽtes. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum: & in ſimilitudinẽ improperij. Nos inſenſati: vitã illorum ęſtimabamus inſaniam: & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei: & inter ſanctos: ſors illorum eſt. Allſa. ℣. Stabũt iuſti in magna conſtantia: aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. Alleluia. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatẽ tuam in eccleſia ſanctorum.

¶ Euãge. ſecundũ Ioan. c. xiiij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Nõ turbetur cor veſtrum. Creditis in deũ: & in me credite. In domo patris mei: manſiones multæ ſunt. Si quominus dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero & præparauero vobis locum: iterũ veniã: & accipiã vos ad meipſum: vt vbi ſum ego: & vos ſitis. Et quò ego vado ſcitis: & viam ſcitis. Dicit ei Thomas. Domine: neſcimus quò vadis: & quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Ieſus. Ego ſum via & veritas & vita. Nemo venit ad patrem: niſi per me. Si cognouiſſetis me: & patrem meum vtiq; cognouiſſetis. Et ámodo cognoſcetis eum: & vidiſtis eum. Dicit ei Philippus. Dñe: oſtende nobis patrem: & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus. Tanto tempore vobiſcũ ſum: & nõ cognouiſtis me? Philippe: qui videt me: videt & patrẽ. Quomodo tu dicis: oſtẽde nobis patrem? Non credis quia ego in patre: & pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis: à meipſo nõ loquor. Pater autem in me manẽs: ipſe facit opera. Nõ creditis quia ego in patre: & pater in me eſt? Alioquin: propter opera ipſa credite. Amẽ amen dico vobis: qui

credit in me: opera quæ ego facio & ipſe faciet:& maiora horum faciet:quia ego ad patrem vado. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo hoc faciam:vt glorificetur pater in filio.Si quid petieritis me in nomine meo:hoc faciam.Credo. fo.cxcv. Offerto.Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum alleluia,alleluia. Sacra.

MVnera dñe quę pro apoſtolorum tuorum Philippi & Iacobi ſolennitate deferimus: propitius ſuſcipe, & mala oĩa quę meremur auerte. Per. Præfatio. Te domine ſuppliciter. fol. cciij. Communio. Tanto tempore vobiſcum ſum: & non cognouiſtis me? Philippe qui videt me: videt & patrem alleluia: nõ credis quia ego in patre:& pater in me eſt alſa,alſa? Poſt commu.

QVæſumus dñe ſalutarib⁹ repleti myſterijs: vt quorum ſolennia celebramus, eorum orationibus adiuuemur.Per dominum.

¶ In inuẽtione ſanctæ Crucis. Ad miſſam maiorem.Officiũ.

NOs aũt gloriari oportet in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus vita & reſurrectio noſtra: per quẽ ſalua ti & liberati ſumus, alſa,alleluia. ℣. Deus miſereatur noſtri: & benedicat nobis:illuminet vultũ ſuũ ſuper nos & miſereatur noſtri. Oratio.

DEus qui in præclara ſalutiferæ crucis inuentione paſsionis tuæ miracula ſuſcitaſti:concede vt vitalis ligni pretio,æternæ vitæ ſuffragia conſequamur.Qui viuis.

¶ Ad Galatas. Capite.v.

FRatres: Confido de vobis in dño:quòd nihil aliud ſapietis. Qui autẽ conturbat vos portabit iudicium: quicunque eſt ille. Ego autem fratres:ſi circũciſionẽ adhuc prædico:quid adhuc perſecutionem patior? Ergo eſt euacuatum ſcandalũ crucis. Vtinam & abſcidantur: qui vos conturbant. Quicunq; volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi:tantùm vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur. Neque enim qui circunciduntur legem cuſto-

ſtodiunt: ſed volũt vos circũci di: vt in carne veſtra gloriẽtur. Mihi autem abſit gloriari: niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. Per quem mihi mundus cruci fixus eſt: & ego mundo. Alleluia. ℣. Dulce lignum dulces clauos: dulcia ferens pondera: quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere regem cælorum & dominum. Alleluia. ℣. Crucifixus reſurgens ex mortuis redemit nos ſanguine ſuo: adoremus eum in gloria.

¶Euangelium ſecundùm Ioãnem Capite. iij.

IN illo tempore: Erat homo ex phariſęis Nicodemus nomine: princeps Iudęorum. Hic venit ad dominum Ieſum nocte: & dixit ei. Rabbi: ſcimus quia à deo veniſti magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Reſpondit Ieſus: & dixit ei. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuò: nõ poteſt videre regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo poteſt homo renaſci: cùm ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterum introire: & renaſci? Reſpondit Ieſus. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei. Quod natum eſt ex carne: caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt. Non mireris: quia dixi tibi oportet vos naſci denuò. Spiritus vbi vult ſpirat: & vocem eius audis: ſed non ſcis vnde veniat, aut quò vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus: & dixit ei. Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus: & dixit ei. Tu es magiſter in Iſrael: & hæc ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod ſcimus loquimur: & quod vidimus teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia credetis? Et nemo aſcendit in cælum: niſi qui de cælo deſcendit: filius hominis qui eſt in cælo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis. Vt

omnis qui credit in ipſo nõ pe
reat:ſed habeat vitam æternã.
Credo. fo.cxcv. Offer. Protege
dñe plebẽ tuã per ſignũ ſanctę cru
cis ab omnibus inſidijs inimicorũ
omnium: vt tibi gratam exhibea-
mus ſeruitutem: & acceptabile tibi
fiat ſacrificiũ noſtrũ, allꝫa. Sacra.

SAcrificium domine quod
immolamus placatus intẽ
de: vt ab omni nos exuat bello
rum nequitia, & per vexillum
ſanctæ crucis filij tui ad conte-
rendas poteſtatis aduerſæ inſi-
dias: nos in tuæ protectionis ſe
curitate conſtituat. Per eundẽ
dominum. Præfatio. Qui ſalu-
tem humani gene. fo. ccix.
Communio. Per ſignum crucis
de inimicis noſtris: libera nos deus
noſter alleluia. Poſt cõmunio.

REpleti alimonia cæleſti
& ſpiritali poculo recrea
ti: quæſumus omnipotẽs deus,
vt ab hoſte maligno defendas:
quos per lignum ſanctæ cru-
cis filij tui armis iuſtitiæ pro ſa-
lute mundi triumphare iuſsi-
ſti. Qui tecum.

¶ Alexandri, Euentij, & Theo
doli martyrum. Officium.

CLamauerũt iuſti:
& dñs exaudiuit
eos: & ex omnibꝰ
tribulationibus eo
rum liberauit eos:
alleluia. ℣. Benedicam dominum
in omni tempore: ſemper laus eius
in ore meo. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipo
tens deus: vt qui ſanctorũ
tuorum Alexandri Euentij &
Theodoli natalitia colimus, à
cunctis malis imminentibus:
eorum interceſsionibus libere
mur. Per dominum. Cõmemo
ratio de cruce. Epiſtola. Reme
moramini. fo. ccxxvj. Allꝫa. ℣.
Exultabunt ſancti in gloria: læta-
buntur in cubilibus ſuis. Euange.
Hæc mando vobis. fo. ccxxiiij.
Offer. Repleti ſumus manè miſeri
cordia tua: & exultauimus & dele-
ctati ſumus alleluia. Sacra.

SVper has hoſtias quæſumꝰ
domine benedictio copio
ſa deſcendat: quæ & ſanctifica-
tionem nobis clementer ope-
retur, & de martyrum nos ſolẽ
nitate lætificet. Per. Cõmu. Iu-
ſtorum animæ in manu dei ſunt: &
nõ tãget illos tormentũ malitię. Vi
ſi ſunt

ſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi au
tem ſunt in pace. Poſt commu.
REfecti participatione mu
neris ſacri quæſumus do-
mine deus noſter: vt quorum
exequimur cultum, ſentiamus
effectum. Per dominum.

¶ Ioannis ante portam Latinã.
Ad miſſam. Officium.

PRotexiſti me deus
à conuentu malignã
tiũ, allꝰa: à multitudi-
ne operantiũ iniqui
taté, allꝰa, allꝰa. ℣. Exaudi deus ora
tionẽ meam cũ deprecor: à timore
inimici eripe animã meã. Oratio.
DEus qui conſpicis quia
nos vndiq; mala noſtra
contriſtant: præſta quæſumus,
vt beati Ioannis apoſtoli tui in
terceſsio glorioſa nos protegat
Epiſtola. Benedictus deus. Ma
ior. fol. ccxxvij Alleluia. ℣. Pri
mus ad Sion dicet: ecce adſum: &
Ieruſalem euangeliſtã dabo. Allꝰa.
℣. Hic eſt diſcipulus ille: qui teſti-
monium perhibet de his: & ſcimus
quia verũ eſt teſtimoniũ eius. Euã
ge. Dixit dñs Ieſus Petro. fo ccl
Credo. fo. cxcv. Offer. Confite
būtur cæli mirabilia tua domine: &
veritatem tuam in eccleſia ſancto-
rum, alleluia, alleluia. Sacra.
MVneribus noſtris quęſu
mus domine precibuſ-
que ſuſceptis: & cæleſtibus nos
munda myſterijs, & clemẽter
exaudi. Præfatio. Te dñe ſup-
plici. fol. cciij. Cõmu. Ego ſum
vitis vera & vos palmites: qui ma-
net in me & ego in eo: hic fert fru-
ctũ multũ, allꝰa, allꝰa. Poſt cõmu.
REfecti domine pane cæle
ſti: ad vitã quæſumus nu-
triamur æternã. Per dominũ.

¶ Apparitio ſancti Michaelis
Archangeli. Ad miſſam maio
rem. Officium.

BEnedicite dominũ
omnes angeli eiꝰ po
tentes virtute: qui fa
citis verbum eius: ad
audiendam vocẽ ſermonum eius,
alleluia, alleluia. ℣. Benedic ani-
ma mea dño: & omnia quę intra me
ſunt nomini ſancto eius. Oratio.
DEus qui miro ordine an-
gelorũ miniſteria homi
nũq; diſpẽſas: cõcede propitiꝰ,
vt quibus tibi miniſtrãtibus in
cęlo ſemper aſsiſtitur: ab his in
terra vita noſtra muniatur. Per.

¶Lectio libri Apocalypſis: beati Ioannis apoſtoli. Capite. xij.

FActum eſt prælium magnum in cælo: Michael & angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnabat & angeli eius: & nõ præualuerũt: neq; locus inuentus eſt eorum amplius in cælo. Et proiectus eſt ille draco magnus ſerpens antiquus: qui vocatur diabolus & ſatanas: qui ſeducit vniuerſum orbem: proiectus eſt in terrã: & angeli eius cum illo miſsi ſunt. Et audiui vocẽ de cælo dicentem. Nunc facta eſt ſalus & virtus: & regnũ deo noſtro & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorũ: qui accuſabat illos ante conſpectũ dei noſtri: die ac nocte. Et ipſi vicerũt illũ propter ſanguinẽ agni: & propter verbũ teſtimonij ſui: & nõ dilexerũt animas ſuas vſq; ad mortẽ. Propterea lætamini cæli: & qui habitatis in eis. Allꝰa. ℣. Concuſſum eſt mare: & contremuit terra: vbi archãgelus Michael deſcẽdit de cælo. Allꝰa. ℣. Sãcte Michael archãgele: defende nos in prælio: vt nõ pereamus in tremendo iudicio.

¶Euãg. ſecundũ Matth. c. xviij.

IN illo tempore: Acceſſerũt diſcipuli ad dominũ Ieſum dicentes. Quis putas maior eſt in regno cælorum? Et aduocãs Ieſus paruulum: ſtatuit eum in medio eorum: & dixit. Amen dico vobis: niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli: non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic eſt maior in regno cælorum. Et qui ſuſceperit vnũ paruulum talem in nomine meo: me ſuſcipit. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt: expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius: & demergatur in profundum maris. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala. Veruntamẽ væ homini: per quem ſcandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizat te: abſcide eum & proijce abs te. Bonũ tibi eſt ad vitã ingredi debilẽ vel claudum: quàm duas manus vel duos pedes habentem: mitti

mitti in ignē æternū. Et ſi ocu-
lus tuus ſcādalizat te:erue eum
& proijce abs te. Bonū eſt tibi
vnū oculū habētem ad vitā in
trare:quā duos oculos haben-
tē: mitti in gehennā ignis. Vi-
dete:ne contēnatis vnū ex his
puſillis. Dico enim vobis: quia
angeli eorū in cælis ſemper vi-
dēt faciē patris mei:qui in cælis
eſt. Offer. Stetit angelus iuxta arā
tēpli:habens thuribulū aureū in ma
nu ſua: & data ſunt ei incenſa mul-
ta:& aſcendit fumus aromatū in cō
ſpectu dei alleluia. Sacra.

HOſtias tibi domine lau-
dis offerimus ſuppliciter
deprecantes: vt eaſdem angeli
co pro nobis interueniente ſuf
fragio, & placatus accipias: &
ad ſalutem noſtram prouenire
concedas. Per. Commu. Bene-
dicite omnes angeli dn̄i dn̄o:hym-
num dicite & ſuperexaltate eum in
ſecula, all'a, all'a. Poſt commu.

BEati archangeli tui Mi-
chaelis interceſsione ſuf-
fulti ſupplices te dn̄e depreca-
mur: vt quod ore ꝓſequimur,
cōtingamus & mente. Per do-
minum noſtrum.

¶ Gordiani & Epimachi. Ad
miſſam. Officium.

SAncti tui domine be
nedicēt te:gloriam
regni tui dicent al-
leluia. ℣. Exaltabo
te deus meus rex:& benedicam no
mini tuo in ſeculum & in ſeculum
ſeculi. Oratio.

DA quęſumus omnipotēs
deus:vt qui beatorū mar
tyrū tuorū Gordiani atq; Epi-
machi ſolennia colimus, eorū
apud te interceſsionib⁹ adiuue
mur. Per. Epiſto. Reddet deus.
fo. ccxxvij. Alleluia. ℣. Mirabi
lis dominus noſter in ſanctis ſuis.
Euange. Ego ſum vitis ve. fol.
ccxlij. Offerto. Mirabilis deus in
ſanctis ſuis:deus Iſrael ipſe dabit vir
tutem & fortitudinē plebi ſuæ. Be-
nedictus deus alleluia. Sacra.

HOſtias tibi domine bea-
torū martyrū tuorū Gor
diani atque Epimachi dicatas
meritis benignus aſſume:& ad
perpetuū nobis tribue proueni
re ſubſidiū. Per. Cōmu. Iuſtorū
animæ in manu dei ſunt: & nō tan
get illos tormentū malitię:viſi ſunt
oculis inſipientiū mori: illi aūt ſunt

in pace ,alleluia. Poſt commu.

QVæſumus omnipotens deus : vt qui cæleſtia alimẽta percepimus,intercedẽtibus ſanctis tuis Gordiano atq; Epimacho:per hæc cõtra oĩa aduerſa muniamur.Per

¶Nerei & Achilei atq; Pancracij.Ad miſſam. Officium.

ECce oculi domini ſuper timẽtes eum:ſperantes in miſericordia ei⁹ alľa: vt eripiat à morte animas eorũ : quoniã adiutor&protector noſter eſt alľa,alľa. ℣. Exultate iuſti in dño:rectos decet collaudatio. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotẽs deus : vt qui beatorum martyrũ tuorũ Nerei & Achilei atq; Pancracij natalitia colimus,à cũctis malis imminentibus:eorũ interceſsionibus liberemur.Per. Epiſto. Benedictus deus. Minor.fo. ccxxvij. Alľa. ℣. Fulgebunt iuſti:& tanquã ſcintillæ in arundineto diſcurrent in æternũ. Euange. Ego ſum vitis vos palmites. infrà. folio.cclxxxv. Offerto. Confitebuntur cæli mirabilia tua dñe:& veritatẽ tuam in ecclesia ſanctorum alľa alľa. Sacra.

MVnera quęſumus domine tibi dicata ſanctifica & intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis Nereo & Achileo atq; Pancracio,per hæc eadem nos placatus intẽde.Per. Cõm. Gaudete iuſti in dño alľa:rectos decet collaudatio alleluia. Poſt cõ.

BEatorum martyrum tuorũ Nerei & Achilei atq; Pancracij domine interceſsione placatus:præſta quæſumus, vt quæ temporali actione celebramus : perpetua ſaluatione capiamus.Per dominum.

¶Iſidori mart.Ipſo die Victoris & Coronę mar.Ad miſ.matutina.de eis. Officium.

SAncti tui domini benedicẽt te:gloriam regni tui dicent alleluia. ℣. Exaltabo te deus meus rex:& benedicam nomini tuo in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Oratio.

PRæſta dñe precibus nr̃is cũ exultatione prouentũ: vt quorũ diẽ paſsionis annua deuotione recolimus, etiam fidei cõſtãtiã ſubſequamur.Per.

Ep̃la. Scim⁹ quo Ma.fo.ccxxiij A llã. ℣. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione:& lauerũt ſtolas ſuas: & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Euang. Ego ſum vitis ve.fo.ccxlij. Offerto. Repleti ſumus manè mı̃a tua: & exultauimus & delectati ſumus allã. Sacra.

VOta populi tui dñe propitiatus intende:& quorũ nostribuis ſolennia celebrare,fac gaudere ſuffragijs.Per. Cõmunio. Iuſtorum aĩę in manu dei ſunt: & nõ tanget illos tormẽtũ malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace alleluia alleluia. Poſt cõmunio.

EXaudi quæſumus domine preces noſtras: & ſanctorum tuorum quorum feſta ſolenniter celebramus, continuis foueamur auxilijs.Per.

¶ Ad miſſam ma.de ſancto Iſidoro: omnia fiant ſicut in feſto ſ.Mancij.Potentianę virgi. Si infra octa.pente.vene. habebit tantùm.cõme. Officium.

DIlexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ pre conſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

DA quæſumus omnipotẽs deus: vt qui beatę Potentianæ virginis tuæ ſolennia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per. Ep̃la. Qui gloria.fo.ccxl. Si extra reſurre. vene. ℟. Dilexiſti iuſtitiã: & odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia. ℣. Vidi ſpecioſam ſicut columbã: & circundabant eam flores roſarũ:& lilia cõualliũ. Quãdo in reſurre.vene.dicatur Allã. ſine ℟. Euãge. Simile eſt regn. cælo.decẽ. fo.ccxlj. Offer. Offerẽtur regi virgines: poſt eam proximæ eius offerentur tibi. Sacra.

ACcipe quæſumus dñe munera dignanter oblata:& beatæ Potentianæ ſuffragantibus meritis,ad noſtræ ſalutis auxilium prouenire cõcede.Per. Cõmu. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. Poſt cõmu.

SAtiaſti dñe familiam tuã muneribus ſacris:eius quæſumus ſemper interuentione

nos refoue, cuius ſolennia celebramus. ¶ Sācti Mancij mart. Ad miſſam in reſurre. Officiū.

PRotexiſti me deus à conuentu malignantium alleluia: à multitudine operantium iniquitatem alleluia allľa. ℣. Exaudi deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

ADeſto dn̄e ſupplicationibus noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Mancij martyris tui interceſsione liberemur. Per. Epiſto. Memor eſto. fo. ccxxxij. Alleluia. ℣. Iſte ſanctus dignè in memoriam vertitur hominum: qui ad gaudium tranſijt angelorum. Alleluia. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorū. ¶ Sequētia ſancti euāgelij ſecūdùm Ioān̄e. Cap. xv.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me & ego in eo: hic fert fructū multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non mā ſerit: mittetur foras ſicut palmes & areſcet: & colligent eū: & in ignem mittēt & ardet. Si manſeritis in me & verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis petetis: & fiet vobis. In hoc clarificatus eſt pater meus: vt fructum plurimū afferatis: & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater: & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis: manebitis in dilectione mea: ſicut ego pręcepta patris mei ſeruaui: & maneo in eius dilectione. Hæc locutus ſum vobis: vt gaudium meum in vobis ſit: & gaudium veſtrū impleatur. Offert. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum alleluia alleluia. Sacra.

MVneribus nr̄is q̄s dn̄e precibuſq; ſuſceptis: & cęleſtibus nos mūda myſterijs & clemēter exaudi. Cōm. Ego ſum vitis vera & vos palmites: qui manet in me & ego in eo: hic fert fructū multū allľa allľa. Poſt com.

REfecti domine pane cæleſti: ad vitā quæſumus nutriamur

triamur ęternam. Per dominũ. Alia poſt communio. Et dicatur vna illarum tantùm.

QVæſumus omnipotens deus: vt qui cæleſtia alimẽta percepimus, intercedente beato Mancio martyre tuo: per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per. Si feſtum ſancti Mancij poſt reſurre. venerit: hoc erit. Officium.

LAEtabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. ℣. Exaudi deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meã. ℟. Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculũ ſeculi. Alleluia. ℣. Lætabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Euãge. Niſi gra. fo. ccxxxij. Offer. Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra vt ſup. Commu. Poſuiſti domine in capite eius: coronam de lapide pretioſo. Poſt cõmunio. vt ſupra.

¶ Vrbani papæ & mar. Si hoc feſtũ venerit in rogationibus: miſſa matutina. erit de feſto: & maior de rogationibus. Si venerit in octa. pentecoſt. habebit tantùm commemora. Ad miſſam Vrbani. Officium.

STatuit ei dñs teſtamentũ pacis: & principẽ fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternũ. ℣. Inueni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſctõ meo vnxi eũ. Oro.

DA quæſumus omnipotẽs deus: vt qui beati Vrbani martyris tui atq; pontificis ſolennia colimus, eius apud te interceſſionibꝰ adiuuemur. Per dominum. Epiſtola. Doctrinis varijs. fol. ccxxxvj. Si extra reſurrectio. venerit. ℟. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eũ. Alleluia. ℣. Iſte ſanctus dignè in memoriã vertitur hominum: qui ad gaudiũ

tranſijt angelorum. Quãdo in re ſurrectione venerit: dicatur Al leluia. ſine ℟. Euangel. Vigilate. fol ccxxxvj. In reſurrectio. Ego ſum vi. fo. ccxlij. Offerto. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo: vitã petijt à te: tribuiſti ei alleluia. Sacra.

HÆc hoſtia domine quęſumus emundet noſtra delicta: & ad ſacrificiũ celebrãdum, ſubditorum tibi corpora mẽteſq; ſanctificet. Per. Cõm. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriã & magnum decorẽ impones ſuper eum dñe. Poſt cõm.

REfecti participatione muneris ſacri quęſumus dñe deꝰ noſter: vt cuius exequimur cultum, ſentiamus effectũ. Per.

¶ Enneconis abbatis. Ipſo die Nicomedis & Reueriani mart. Miſſa matutina. dicatur de eis.

¶ Quando hoc feſtum venerit extra reſurrectionẽ. Officium.

IVdicant ſancti gentes: & dominantur populis: & regnabit dñs deus illorũ imperpetuũ. ℣. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus qui nos beatorũ Nicomedis & Reueriani martyrum tuorũ meritis & interceſsione lætificas: concede propitius, vt qui eorũ beneficia poſcimus: dono tuæ gratiæ cõſequamur. Per. Epl'a. Expectatio. fo. ccxxvij. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus cõtritus eſt: & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fecit cælum & terram. Alleluia. ℣. Mirabilis dominus noſter in ſanctis ſuis. Euangel. Sedẽte domino. fol. ccxxx. Offert. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto: domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Sacra.

MVnera domine oblata ſanctifica: & intercedẽtibus ſanctis tuis Nicomede & Reueriano, per hæc nos à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per. Communio. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Poſt cõmu.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, intercedenceden-

cedentibus beatis martyribus tuis Nicomede & Reueriano: tibi etiam placitis moribus dignáter tribuas deſeruire.Per.

¶ Quando feſtum Nicomedis & Reueriani venerit in reſurrectione. Officium.

ECce oculi domini ſuper timentes eũ: ſperantes in miſericordia eius alľa: vt eripiat à morte animas eorum:quoniã adiutor & ꝓtector noſter es alľa. ℣. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Oro epľa. & Alleluia. vt ſupra. Euang. Ego ſũ vitis vos pal. fo.cclxxxv Offer. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine:etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorũ alleluia, alľa. Sacra.vt ſupra.Cõm.Gaudete iuſti in dño alleluia: rectos decet collaudatio alľa. Poſt cõmu. vt ſupra.

Ad Miſſam maiorẽ.Officium.

OS iuſti meditabitur ſapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣.Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

PRopitiare quæſumus dñe nobis famulis tuis per ſancti confeſſoris tui Enneconis merita glorioſa: vt eiꝰ pia interceſsione, ab omnibus ſemper protegamur aduerſis. Per. Epiſto. Iuſtus cor ſuũ fo. ccxxxvij ℟. Iuſtus vt palma florebit:ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam:& veritatem tuam per noctem. Alleluia. ℣. Sancte Ennece: qui in cælis lætaris cũ angelis: intercede pro nobis: vt mereamur dño reddere hoſtiã laudis. In reſurrectio. Alľa. ℣. Confitebũtur cæli mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Euangel.Ego ſum vi. fo.ccxlij. Offer. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei dñe:& voluntate labiorum eius non fraudaſti eum:poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. In reſurrectio. Offer. Repleti ſumus manè miſericordia tua: & exultauimus& delectati ſumus alľa. Sacra.

SAcrificium noſtrũ tibi domine quæſumus beati Enneconis precatio ſancta conciliet:vt cuius honore ſolenniter

exhi

exhibetur,meritis efficiatur ac
ceptum.Per.Cōmu. Semel iura
ui in ſancto meo:ſemē eius in ęter-
num manebit:& ſedes eius ſicut ſol
in conſpectu meo:& ſicut luna per
fecta in æternum:& teſtis in cęlo fi
delis.In reſurrectio.Cōm. Ego
ſum vitis vera & vos palmites:qui
manet in me: & ego in eo: hic fert
fructum multū all'a all'a. Poſt cō.

REfecti cibo potuq; cęleſti
te ſupplices exoramus do
mine deus noſter: vt in cuius
hæc commemoratione perce-
pimus, eius muniamur & pre-
cibus.Per dominum.

¶ Marcellini & Petri.

Ad miſſam. Officium.

CLamauerunt iuſti:&
dominus exaudiuit
eos: & ex omnibus
tribulationibus eorū
liberauit eos.℣. Benedicam domi
num in omni tēpore:ſemper laus
eius in ore meo. Oratio.

DEus qui nos annua bea-
torū Marcellini & Petri
martyrū tuorū ſolēnitate lętifi
cas:præſta quęſumus,vt quorū
gaudemus meritis: prouoce-
mur exemplis.Per.Ep'la. Re-
ſpondens vnus.fo.ccxxviij.Si
extra reſurre.venerit.℟.Clama
uerunt iuſti & dn̄s exaudiuit eos:&
ex omnibus tribulationibus eorum
liberauit eos.℣.Iuxta eſt dn̄s his
qui tribulato ſunt corde: & humi-
les ſpiritu ſaluabit.Alleluia.℣.Iu
dicabunt ſancti nationes: & domi-
nabuntur populis: & regnabit illo-
rum rex in æternum.In reſurre-
ctione autē dicatur Alleluia.ſi
ne ℟.Euāgelium. Cùm audie-
ritis.fo.ccxxix.In reſurrectio
Euāge. Ego ſum vitis vos pal.
fo.cclxxxv.Offerto. Lætamini
in domino & exultate iuſti:& glo-
riamini omnes recti corde.Sacra.

HOſtia hæc quęſumus do
mine quam ſanctorum
tuorū natalitia recenſentes of-
ferimus:& vincula noſtræ pra-
uitatis abſoluat,& tuæ nobis
miſericordiæ dona conciliet.
Per.Comm. Iuſtorum animæ in
manu dei ſunt: & non tanget illos
tormentum malitiæ: viſi ſunt ocu-
lis inſipientium mori:illi autē ſunt
in pace. Poſt communio.

SAcro munere ſatiati ſup-
plices te domine depreca-
mur: vt quod debitæ ſeruitutis

celebramus officio,ſaluationis tuę ſentiamus augmentū. Per.

¶ Sancti Leonis papæ & doctoris. Officium.

STatuit ei dn̄s teſtamentū pacis:& principē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternū. ℣. Inueni Dauid ſeruū meū:oleo ſc̄tō meo vnxi eū. Oro.

DEus qui beatū Leonem pontificē ſanctorū tuorum meritis coæquaſti:cōcede propitius,vt qui cōmemorationis eius feſta percolimus: vitæ quoq; imitemur exempla.Per. Epiſto. Ecce ſacer. Minor.fol. ccxxxiiij. ℟. Ecce ſacerdos magnus:qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi:qui conſeruaret legē excelſi. Alla. ℣. Poſui adiutorium ſuper potentē:& exaltaui electū de plebe mea. Euāgel. Vigilate quia neſcitis. fol. ccxxxvj. Offertoriū. Inueni Dauid ſeruum meum:& oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei:& brachium meum cōfortabit eum. Sacra.

ACcepta ſit in conſpectu tuo dn̄e noſtra deuotio: & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris,pro cuius ſolennitate defertur.Per. Cōm. Dn̄e quinq; talēta tradidiſti mihi:ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Euge ſerue fidelis:quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituā. Intra in gaudium domini tui. Poſt commu.

DEus qui animæ famuli tui Leonis ęternæ beatitudinis præmia contuliſti: concede propitius,vt qui peccatorum noſtrorum pōdere premimur:eius apud te precibus ſubleuemur.Per dominum.

¶ Primi & Feliciani martyrū. Ad miſſam. Officium.

SApientiam ſanctorum narrent populi:& laudem eorū nuntiet ecleſia: nomina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio.

¶ In reſurrectione. Officium.

SAncti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent:alleluia. ℣. Exaltabo te deus meus rex: & benedicā nomini tuo in ſeculū & in ſeculum

ſeculum ſeculi. Oratio.

FAc nos quæſumus domine ſanctorum tuorum Primi & Feliciani deuota mēte feſta ſectari: quorum ſuffragijs, protectionis tuæ dona ſentiamus. Per. Epľa. Sancti per fidē. fol. ccxxvij. ℞. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormētum malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Alľa. ℣. Iuſti epulētur: & exultent in conſpectu dei: & delectentur in lætitia. In reſurrectione autem dicatur Alľa. ſine ℞. Euangel. Hoc eſt præce. fo. ccxxiiij. Offer. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus Iſrael: ipſe dabit virtutē & fortitudinem plebi ſuæ. Benedictus deus alleluia. Sacra.

FIat domine quæſumus hoſtia ſacrāda placabilis pretioſa celebritate martyrij, quæ & peccata nr̃a purificet, & tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per. Cōm. Ego vos elegi de mundo: vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Cōmu. In reſurrectione. Gaudete iuſti in dño alľa: rectos decet collaudatio alleluia. Poſt cōmunio.

QVæſumus omnipotens deus: vt ſanctorum tuorum cęleſtibus myſterijs celebrata ſolennitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per dominum.

¶ Barnabæ apoſtoli. Ad miſſam maiorem. Officium.

MIhi autē nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorū. ℣. Domine ꝓbaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionem meam & reſurrectionem meam. Oratio.

QVæſumus omnipotens deus: vt beatus Barnabas apoſtolus tuum pro nobis imploret auxilium, vt à noſtris reatibus abſoluti: à cūctis etiam periculis exuamur. Per. Epľa. Iam non eſtis. fo. ccxxiij. Si extra reſurre. venerit. ℞. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenam multiplicabūtur. Alľa. ℣. Hoſt eſt præceptum meum: vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos. In reſurrectione autē dicatur hoc Alľa.

Alleluia. cum ſequenti. Allľa.
℣. Confitebũtur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Euang Hæc mando vo. fo. ccxxiiij. Credo. fo. cxcv. Offert In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Sacra.

SAcrãdum tibi dñe munus offerimus: quo beati Barnabæ apoſtoli tui ſolennia recolẽtes, purificationem quoq; noſtris mẽtibus imploramus. Per dominũ. Præfatio. Te domine ſuppli. fo cciij. Comm. Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cùm ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael. Poſt cõmu.

PErceptis domine ſacramẽtis ſuppliciter exoramus: vt intercedẽte beato Barnaba apoſtolo tuo, quæ pro illius venerãda gerimus ſolẽnitate: nobis proficiãt ad medelam. Per.

¶ Baſilidis Cirini Naboris.
Ad miſſam. Officium.

INtret in conſpectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctorum tuorum: qui effuſus eſt. ℣ Deus venerunt gentes in hæreditatem tuã: polluerunt tẽplũ ſanctum tuũ: poſuerunt Ieruſalẽ in pomorũ cuſtodia. Oratio.

SAnctorum Baſilidis Cirini Naboris & Nazarij atq; Celſi quæſumus domine natalitia votiua nobis reſplendeãt: & quod illis contulit excellentiã ſempiternam, fructibus noſtræ deuotionis accreſcat. Per.

Epiſtola. Iuſtorum animæ. fo. ccxxvj. Hoc feſtum non poteſt venire in reſurrectione: niſi à vigilia pentec. vſque in die Trinitatis: & tunc habebit tantùm cõme. excepto in vigilia pentecoſti vene. quia habebit miſſam matuti. ℟. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum: qui effuſus eſt. ℣ Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorũ eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terrę. Alleluia. ℣. Iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei: & delectentur in lætitia. Euã. Ecce ego mit. fo. ccxxiiij Offert Exultabũt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis: exulta

tiones dei in faucibus eorũ. Sacra.

PRo ſanctorũ Baſilidis Cirini Naboris & Nazarij atq; Celſi ſanguine venerando hoſtias tibi domine ſoléniter immolamus: tuam miſericordiã exorantes, vt eas clementer ſuſcipias: & ad ſalutem noſtram prouenire cõcedas. Per. Communio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Secundùm magnitudinem brachij tui poſſide filios morti punitorum. Poſt cõm.

SEmper domine ſanctorũ martyrum Baſilidis Cirini Naboris & Nazarij atq; Celſi ſolennia celebramus: quæſumus, vt eorum patrocinia iugiter ſentiamus. Per dominum.

¶Antonij cõfeſſoris de ordine fratrũ mi. Ad miſſam. Offm.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapiẽtiæ & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum. Oratio.

ECcleſiam tuam deus beati Antonij confeſſoris tui ſolennitas votiua lætificet: vt ſpiritualibus muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per dominum.

¶Lectio libri Sapientiæ. c.vij.

OPtaui: & datus eſt mihi ſenſus. Et inuocaui: & venit in me ſpiritus ſapientiæ. Et præpoſui illam regnis & ſedibus: & diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illius. Neq; cõparaui illi lapidem pretioſum: quoniã omne aurum in comparatione illius: arena eſt exigua. Et tanquam lutũ ęſtimabitur argentũ in cõparatione illius. Super ſalutem & ſpeciẽ dilexi illam: & propoſui pro luce habere illã: quoniã inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honeſtas per manus illius. Et lętatus ſum in omnibus: quoniã antecedebat me iſta ſapientia: & ignorabam quoniam bonorum omnium mater eſt. Quã ſine fictione didici: & ſine inuidia communico: & honeſtatẽ illius

illius non abſcondo. Infinitus enim theſaurus eſt hominibꝰ: quo qui vſi ſunt: participes facti ſunt amicitiæ dei: propter diſciplinæ dona commendati. Mihi autem dedit deus dicere ex ſententia: & præſumere digna horum quæ mihi dantur: quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt: & ſapientiũ emendator. ℟. Os iuſti meditabitur ſapientiã: & lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplãtabuntur greſſus eius. In reſurre. quando mutatur retro propter octa. pente. A lľa. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante dñm. Alľa ſecundum quod ſequitur. A lľa. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorũ. Euangeliũ. Vos eſtis ſal ter. fo. ccxxxix. Offerto. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

PRæſens oblatio fiat dñe populo ſalutaris: pro quo dignatus es, patri tuo te viuentem hoſtiã immolare. Qui cũ codẽ patre & ſpiritu ſancto viuis. Cõm. Domine quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium domini tui. Poſt commu.

DIuinis dñe muneribus ſatiati: quæſumus vt beati Antonij cõfeſſoris tui meritis glorioſis, ſalutaris victimæ deſideratũ ſentiamus effectũ. Per.

¶ Sancti Fœlicis Carionenſis. mart. Officium.

LAEtabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. ℣. Exaudi deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Fœlicis martyris tui interceſsione liberemur. Per. Epľa. Iuſtus ſi mor. fo. ccxxxij. ℟. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronã de lapide pretioſo. ℣. Deſideriũ aĩę eius tribuiſti ei: & voluntate labiorũ eius nõ fraudaſti eũ. A lľa. ℣. Lętabiĩ iuſtus in dño:

& ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Euāge. Nolite ar. fol. ccxxix. Offerto. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo: vitam petijt à te: tribuiſti ei alleluia. Sacra.

MVneribus noſtris quæſumus dñe precibuſq; ſuſceptis: & cæleſtibus nos munda myſterijs, & clementer exaudi. Per dominum. Commu. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Poſt cōmunio.

QVæſumus omnipotens deus: vt qui cæleſtia alimēta percepimus, intercedente beato Fœlice martyre tuo: per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per dominū.

¶ Quirici & Iulitæ. Officium.

TImete dominum omnes ſancti eius quoniam nihil deeſt timentibus eū. Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem dominum non deficient omni bono. ℣. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Oratio.

PRæſta dñe precibus noſtris cum exultatione prouentum: vt quorum diem paſſionis annua deuotione recolimus, etiam fidei conſtantiam ſubſequamur. Per. Ep'la. Iuſti in perpe. fo. ccxxvj. ℟. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣. Timete dominū omnes ſancti eius: quoniam nihil deeſt timentibus eum. Quādo vene. in reſur. habebit tantùm cō. Euange. Ponite in. fo. ccxxviij. Offert. Lætamini in domino & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Sacra.

VOta populi tui dñe propitiatus intēde: & quorū nos tribuis ſolennia celebrare, fac gaudere ſuffragijs. Per. Cō. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentū malitiæ: viſi ſunt oculis inſipiētiū mori: illi autem ſunt in pace. Poſt cōm.

EXaudi domine preces noſtras: & ſanctorum tuorū quorum feſta ſolenniter celebramus, cōtinuis foueamur auxilijs. Per dominum noſtrum.

¶ San-

¶ Sanctorũ Marci & Marcelliani. Ad miſſam. Officium.

SAlus autem iuſtorum à dño: & protector eorũ eſt in tẽpore tribulationis. ℣. Noli æmulari in malignãtibus:neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

PRæſta queſumus omnipotens deus: vt qui ſanctorũ Marci & Marcelliani natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus:eorum interceſsione liberemur. Per. Epiſtola. Reddet deus. fo. ccxxvij. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus contritus eſt:& nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrũ in nomine dñi:qui fecit cælum & terram. Alla. ℣. Lætamini in dño & exultate iuſti:& gloriamini omnes recti corde. In reſurrectione habebit tantùm cõme. Euange. Hoc eſt præce. fo. ccxxiiij. Offerto. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus cõtritus eſt & nos liberati ſumus. Sacra.

MVnera tibi dñe dicata ſanctifica:& intercedẽtibus beatis Marco & Marcelliano, per eadẽ nos placatus intẽde. Per. Cõ. Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Venite benedicti patris mei:poſsidete præparatũ vobis regnũ ab initio ſeculi. Poſt cõm.

SAlutaris tui dñe munere ſatiati:ſupplices exoramus vt quorum lætamur guſtu: renouemur effectu. Per dñm.

¶ Geruaſij & Prothaſij. Ad miſſam. Officium.

LOquetur dñs pacẽ in plebem ſuã & ſuper ſanctos ſuos: & in eos qui cõuertuntur ad ipſum. ℣. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Oratio.

DEus qui nos annua ſanctorũ martyrum tuorũ Geruaſij & Prothaſij ſolẽnitate lætificas:concede propitius; vt quorũ gaudemus meritis: accẽdamur exẽplis. Per. Epla. Scimus. Maior. fo. ccxxiiij. ℟. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt:& non tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipiẽtium mori:illi autem ſunt in pace. Alla.

℣. Iſti ſunt qui venerũt ex magna tribulatione: & lauerũt ſtolas ſuas: & dealbauerunt eas in ſanguine agni. In tempore verò reſurre. quãdo neceſſe fuerit retro mutari: quia non poteſt venire in reſurre. niſi infra octa. pente. dicatur hoc Alleluia. cum ſequenti. Alleluia. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuã in eccleſia ſanctorum. Euange. Egrediẽte domino. fo. ccxxix. Offert. Lętamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini oẽs recti corde. Sacra.

OBlatis quæſumus domine placare muneribus: & intercedentibus ſanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per dominum. Cõmunio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Secundùm magnitudinem brachij tui poſſide filios morti punitorum. Poſt communio.

HÆc nos communio domine purget à crimine: & intercedentibus ſanctis tuis, cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum.

¶ Florentię virginis. Officiũ.

DIlexiſti iuſtitiã: & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ: præ conſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ Florentiæ virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per. Epiſto. Qui gloriatur. fo. ccxl. ℟. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. Euange. Simile eſt regnũ cælo. decẽ. fo. ccxlj. Offer. Offerentur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi. Sacra.

ACcepta tibi ſit dñe ſacratę plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxiliũ. Per. Commu. Quinq; prudentes virgines acceperũt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte

nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino. Poſt communio.

SAtiaſti domine familiam tuã muneribus ſacris: eius quæſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per dominum.

¶Sanctorum Ioannis & Pauli. Officium.

MVltę tribulationes iuſtorum: & de his omnibus liberauit eos dominus: dñs cuſtodit omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur. ℣. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Oratio.

QVæſumus omnipotens deus: vt nos geminata lętitia hodiernæ feſtiuitatis accipiat, quæ de beatorum Ioannis & Pauli glorificatione proceſsit: quos eadem fides & paſsio verè fecit eſſe germanos. Per. Epiſtola. Quis nos ſe. fol. ccxxvij. ℟. Ecce quàm bonũ & quàm iucũdum: habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguẽtũ in capite: quod deſcendit in barbam barbam Aarõ. A lla. ℣. Iſti ſunt duę oliuę: & duo cãdelabra lucentia ante dominum: habent poteſtatẽ claudere cælum nubibus: & aperire portas eius: quia linguę eorũ claues cæli factæ ſunt. Euangel. Attendite à fer. fo. ccxxix. Offerto. Gloriabuntur in te omnes qui diligũt nomen tuum: quoniam tu dñe benedices iuſto. Dñe vt ſcuto bonæ volũtatis tuæ coronaſti nos. Sacra.

HOſtias tibi dñe ſanctorũ martyrum tuorum Ioãnis & Pauli dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidium. Per. Cõmu. Et ſi corã hominibus tormenta paſsi ſunt: deus tentauit illos: tanquam aurũ in fornace probauit eos: & quaſi holocauſta accepit illos. Poſt commu.

SVmpſimus dñe ſanctorũ tuorum ſolennia celebrantes cæleſtia ſacramenta: præſta quæſumus, vt quod temporaliter gerimus: æternis gaudijs conſequamur. Per dominum.

¶Colortiæ virgi. Ad miſ. Offi.

VVltum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis: adducẽtur regi virgines poſt

eam:proximæ eius adducentur tibi in lætitia & exultatione. ℣. Eructauit cor meum verbũ bonũ:dico ego opera mea regi. Oratio.

INdulgentiã nobis dñe beata Conſortia virgo imploret:quæ tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis: & tuæ profeſsione virtutis.Per. Epſa. Sapientia vin. fo. ccxlj. ℟. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſperè procede & regna. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. A lla. ℣. Veni electa mea: & ponam in te thronũ meum: quia cõcupiuit rex ſpeciem tuã. Euangel. Simile eſt regnum cælorũ. theſa. fol. ccxlj. Offert. Offerentur regi virgines: proximæ eius offerentur in lætitia & exultatione : adducentur in templo regi domino. Sacra.

SVſcipe dñe munera quę in beatæ Conſortiæ virginis tuæ ſolẽnitate deferimus:cuius nos cõfidimus patrocinio liberari.Per. Cõ. Simile eſt regnũ cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas:inuẽta vna pretioſa margarita:dedit omnia ſua:& comparauit eam. Poſt commu.

AVxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beata Conſortia virgine tua, ſempiterna protectione confirment.Per dñm.

¶In vigilia ſancti Ioannis Baptiſtę. Si hęc vigilia venerit per octa. corpo. Chriſti: vel in dñica infra oct. vel in oct. die corporis Chriſti: vel in aliqua alia dñica: ſemper miſſa maior erit de vigilia: & alia erit matutina. non tamen fiat cõme. de vigi.

¶Ad miſſam de vigilia fiat vt iiij. in cap. priuatis. Officium.

NE timeas Zacharia: exaudita eſt oratio tua : & Eliſabeth vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Ioannem:& erit magnus coram dño:& ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ:& multi in natiuitate eius gaudebũt. ℣. Dñe in virtute tua lætabiẽ rex: & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehemẽter. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotẽs deus: vt familia tua per viam ſalutis incedat, & beati Ioannis pręcurſoris hortamen

ta ſectádo: ad eũ quẽ prædixit ſecura perueniat. Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶Lectio Hieremię prophe.c.j.

IN diebus illis. Factũ eſt verbum dñi ad me dicẽs. Priuſ quá te formarẽ in vtero noui te: & antequã exires de vulua ſanctificaui te: & prophetã in gentibus dedi te. Et dixi. A.a.a. domine deus, ecce neſcio loqui: quia puer ego ſum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere quia puer ſum: quoniam ad omnia quæ mittam te ibis: & vniuerſa quæ mandauero tibi loquéris. Ne timeas à facie eorum: quia ego tecũ ſum: vt eruã te dicit dñs. Et miſit dñs manũ ſuã: & tetigit os meũ: & dixit dñs ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gẽtes & ſuper regna: vt euellas & deſtruas: & diſperdas & diſſipes: & ędifices & plãtes. Dicit dñs: oṗs. ℟. Fuit homo miſſus à deo: cui nomen Ioannes erat: hic venit. ℣. Vt teſtimoniũ perhiberet de lumine: parare dño plebẽ perfectã. Si dominica fuerit. Alleluia. ℣. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis ante dominũ parare vias eius.

¶Initium ſancti euangelij ſecundùm Lucam.

FVit in diebus Herodis regis Iudææ: ſacerdos quidã noĩe Zacharias de vice Abia: & vxor illi de filiabus Aaron: & nomen eius Eliſabeth. Erãt autem ambo iuſti ante deum: incedentes in omnibus mãdatis & iuſtificationibus dñi: ſine querela. Et nõ erat illis filius: eo quòd eſſet Eliſabeth ſterilis: & ambo ꝓceſſiſſent in dieb⁹ ſuis. Factũ eſt autem: cũ ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante deũ: ſecundũ conſuetudinẽ ſacerdotij: ſorte exijt vt incenſum poneret: ingreſſus in tẽplum dñi. Et omnis multitudo populi erat orãs foris: hora incenſi. Apparuit autẽ illi angelus dñi: ſtans à dextris altaris incẽſi. Et Zacharias turbatus eſt videns: & timor magnus irruit ſuper eũ. Ait autem ad illũ angelus. Ne timeas Zacharia: quoniã exaudita eſt deprecatio tua. Et vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium: & vocabis

bis nomen eius Ioannē. Et erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus corā dño: & vinum & ſiceram non bibet. Et ſpiritu ſancto replebitur: adhuc ex vtero matris ſuę. Et multos filiorum Iſrael conuertet: ad dñm deum ipſorum. Et ipſe pręcedet ante illũ in ſpiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios: & incredulos ad prudentiã iuſtorũ. Parare dño plebem perfectã. Offer. Gloria & honore coronaſti eum: & cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ domine. Sacra.

MVnera dñe oblata ſanctifica: & intercedente beato Ioanne baptiſta: nos per hæc à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per. Cõmu. Magna eſt gloria eiꝰ in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum dñe. Poſt cõmu.

BEati Ioannis baptiſtę nos dñe præclara comitetur oratio: & quē venturũ eſſe prædixit: poſcat nobis fore placatũ. Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum.

In die ſancti Ioãnis baptiſtæ.

¶ Si hoc feſtũ venerit in octa. vel in dominica infrà octa. vel in octa. die Corporis Chriſti: miſſa matutina. erit de Corpo. Chriſti: & idē ſeruetur in quolibet feſto de. iiij. in cap. quod ſic euenerit. Et ſi venerit in alia qualibet dominica: miſſa matuti. erit de dominica. j. cõmemo. ſancti Ioannis.

¶ Ad miſſam maiorē. Officiũ.

DE ventre matris meæ vocauit me dominus nomine meo: & poſuit os meum vt gladiũ acutum. Sub tegumēto manus ſuæ protexit me: & poſuit me quaſi ſagittam electam. ℣. Bonum eſt cõfiteri dño: & pſallere nomini tuo altiſsimè. Oratio.

DEus qui præſentē diē honorabilē nobis in beati Ioannis baptiſtę natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium gratiã gaudiorũ: & omniũ fideliũ mentes: dirige in viã ſalutis æternę. Per. Per octa. dicitur

quæ

quæ ſequitur. Oratio.

CОncede quęſumus omnipotẽs deus: vt qui beati Ioannis baptiſtæ ſolennia colimus: eius apud te interceſsione muniamur. Per dominum.

¶ Lectio Eſaiæ prophe. c. xlix.

AVdite inſulæ: & attẽdite populi de longè. Dñs ab vtero vocauit me: de vẽtre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Et poſuit os meũ quaſi gladium acutum: in vmbra manus ſuæ protexit me: & poſuit me ſicut ſagittam electam. In pharetra ſua abſcondit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu Iſrael: quia in te glorificabor Et nunc hæc dicit dñs: formãs me ex vtero ſeruum ſibi. Dedi te in lucem gentiũ: vt ſis ſalus mea vſq; ad extremũ terræ. Reges videbũt & conſurgẽt principes: & adorabũt propter dominũ deum tuũ: & ſanctum Iſrael qui elegit te. ℟. Priuſquã te formarẽ in vtero: noui te: & anteq̃ exires de ventre ſanctificaui te. ℣. Miſit dñs manum ſuã: & tetigit os meũ: & dixit mihi. A lla. ℣. Erat lucerna ardens & lucens ante dñm Ioannes baptiſta: qui viam domino præparauit in eremo.

¶ Euange. ſecundũ Lucã. ca. j.

IN illo tẽpore: Eliſabeth impletum eſt tẽpus pariẽdi: & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius: quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa: & congratulabantur ei. Et factum eſt in die octauo: venerunt circuncidere puerum: & vocabãt eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondẽs mater eius dixit. Nequaquã: ſed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo eſt in cognatione tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebãt autẽ patri eius: quẽ vellet vocari eum. Et poſtulãs pugillarem: ſcripſit dicẽs. Ioãnes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autẽ ilicò os eius & lingua eius: & loquebatur benedicens deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia mõtana Iudęæ: diuulgabantur omnia verba hæc. Et poſuerũt omnes qui audierant: in corde ſuo dicentes. Quis putas puer

iſte

iſte erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius impletus eſt ſpiritu ſancto: & prophetauit dicens. Benedictus dominus deus Iſrael: quia viſitauit & fecit redẽptionẽ: plebis ſuę. Credo. fol. cxcv. Offert. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quę in Libano eſt multiplicabitur. Sacra.

TVa domine muneribus altaria cumulamus: illi⁹ nobis per hæc opem adeſſe poſcẽtes: & natiuitatem honore debito celebrantes: qui ſaluatorẽ mundi & cecinit affuturum: & adeſſe monſtrauit. Dñm nr̃m. Cõmu. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciẽ dñi parare vias eius. Poſt cõ.

SVmat eccleſia tua de⁹ beati Ioannis baptiſtæ generatione lætitiam: per quem ſuæ regenerationis cognouit auctorem. Dominum noſtrum.

¶ In octauis ſancti Ioannis baptiſtæ. Si octauę ſancti Ioannis & Corporis Chri cõcurrerint: miſſa matuti. erit de octa. ſancti Ioannis: prima commemo. de Corpore Chriſti.

¶ Per octa. ſancti Ioannis baptiſtæ. Officium.

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur plãtatus in domo domini: in atrijs domus dei noſtri. ℣. Bonũ eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſimè. Aliud officium. De ventre. Oratio. Cõcede quæſumus omnipotens. Epiſtola. Audite inſu. Omnia vt ſupra folio. ccxciiij.

¶ Lectio libri Sapiẽ. Eccleſi. ij.

QVi timent dñm: nõ erũt incredibiles verbo illius. Et qui diligunt illũ: cõſeruabũt viam eius. Qui timẽt dominum: inquirũt quæ bene placita ſunt illi. Et qui diligunt illũ: replebũtur lege ipſius. Qui timẽt dñm: præparabũt corda ſua: & in cõſpectu illius ſanctificabũt animas ſuas. Qui timẽt dominũ: cuſtodiunt mandata eius: & patientiam habebunt: vſq; ad inſpectionem illius.

Alia lectio Hieremię pphe. c. j.

IN diebus illis: Factũ eſt verbum domini ad me dicens. Tu ergo accinge lumbos tuos: &

& ſurge & loquere ad eos: oïa quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum:nec enim timere te faciam vultum eorũ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam:& in columnam ferreã: & in murum æreũ ſuper omnem terram: regibus Iuda principibus eius: & ſacerdotibus & populo terræ. Et bellabunt aduerſum te:& non prę ualebunt: quia tecum ego ſum ait dñs: vt liberem te. ¶ Lectio Eſaiæ prophetæ.ca.xlj.ij. &.vj.

HÆc dicit dominus. Primus ad Sion dicet ecce aſſum: & Ieruſalem euangeliſtã dabo. Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum:electus meus:cõplacuit ſibi in illo anima mea. Dedi ſpiritum meum ſupereũ: iudicium gentibus proferet. In veritate educet iudicium. Non erit triſtis & turbulẽtus: donec ponat in terra iudicium: & legem eius inſulæ expectabunt. Ego creans cælos & extendẽs eos:firmans terram:& quæ germinantur ex ea. Dans flatũ populo qui eſt ſuper eam:& ſpiritum calcantibus eam. Ego dominus vocaui te in iuſtitiam:& apprehendi manum tuam. Ecce ſeruaui te: & dedi in fœdus populi:in lucem gentium. Cõtabuerunt & contrita ſunt: nõ potuerunt ſaluare portantem. Qui portamini à meo vtero: qui geſtamini à mea vulua. Vſque ad ſenectam ego ipſe:& vſque ad canos ego portabo & ſaluabo. Cui adæquaſtis & feciſtis ſimilem? Redẽptor noſter: nomen illius ſanctus Iſrael. ℟. Fuit homo miſſus à deo: cui nomẽ erat Ioannes:hic venit. ℣. Vt teſtimonium perhiberet de lumine: parare domino plebem perfectam. Aliud. ℟. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam:& veritatem tuã per noctẽ. ℟. Priuſquam te formarẽ. vt ſupra in die. Alleluia. ℣. Tu puer propheta altiſsimi vocaberis: præibis ante dominum parare vias eius. Alleluia. ℣. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioãne baptiſta. Alleluia. ℣. Erat lucerna ardens & lucens ante dominum Ioannes baptiſta:qui viã domino præparauit in eremo.

¶ Euan

¶ Euágeliũ ſecundũ Lucá. c.j.

IN illo tempore: Dixit Zacharias ad angelum. Vnde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex: & vxor mea proceſsit in diebus ſuis. Et reſpondens angelus: dixit ei. Ego ſum Gabriel qui aſto ante deum: & miſſus ſum loqui ad te: & hæc tibi euágelizare. Et ecce eris tacens: & non poteris loqui: vſque in diẽ quo hæc fiant: pro eo quòd nó credidiſti verbis meis: quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat plebs expectãs Zachariã: & mirabantur quòd tardaret in templo. Egreſſus autem: nó poterat loqui ad illos: & cognouerunt quòd viſionem vidiſſet in tẽplo. Et ipſe erat innuẽs illis: & permanſit mutus. Et factum eſt: vt impleti ſunt dies officij eius: abijt in domum ſuã. Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth vxor eius: & occultabat ſe menſibus quinq; dicens. Quia ſic fecit mihi dominus: in diebus quibus reſpexit auferre opprobrium meum: inter homines. Aliud Euangel. Eliſabeth im. vt ſupra in die. Offert. In virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Aliud. Iuſtus vt palma. vt ſupra in die. Aliud. Gloria & hono. vt ſupra in vigi. Sacra. Tua dñe. vt ſupra in die. Cõmu. Poſuiſti dñe in capite eiꝰ: coronam de lapide pretioſo. Alia cõmu. Tu puer propheta. Alia. Magna eſt gloria. Poſt commu. Sumat eccleſia. Omnia vt ſup.

¶ Dñica infrà octa. Officium.

DE ventre matris meæ vocauit me dñs nomine meo: & poſuit os meũ vt gladiũ acutũ. Sub tegumẽto manus ſuæ protexit me: & poſuit me quaſi ſagittã electã. ℣. Bonum eſt cõfiteri dño: & pſallere nomini tuo altiſsime. Oro.

COncede quæſumus omnipotẽs deus: vt qui beati Ioannis baptiſtæ ſolennia colimus, eius apud te interceſsione muniamur. Per. Epła. Audite inſu. fo. ccxciiij. ℟. Priuſquã te formarẽ in vtero noui te: & antequã exires de ventre: ſanctificaui te. ℣. Miſit dñs manũ ſuã: & tetigit os meũ: & dixit mihi. Alła. ℣. Tu

puer

puer propheta altiſsimi vocaberis:
pręibis ante dñm parare vias eius.
Euange. Dixit Zacharias vt ſu
pra. Credo fo. cxcv. Offer. Iu
ſtus vt palma florebit: ſicut cedrus
quę in Libano eſt multiplicabit. Sa.

TVa domine muneribus al
taria cumulamus: illiꝰ no
bis per hæc opem adeſſe poſcē
tes, & natiuitatem honore de-
bito celebrantes: qui ſaluatorē
mūdi & cecinit affuturum, &
adeſſe mōſtrauit dñm noſtrū.
Cōmu. Tu puer propheta altiſsi-
mi vocaberis: præibis enim ante fa
ciē dñi parare vias eius. Poſt cō.

SVmat eccleſia tua deꝰ bea
ti Ioannis baptiſtæ genera
tione lætitiam: per quem ſuę re
generationis cognouit aucto-
rē dominū noſtrum Ieſum.

¶Pelagij martyris. Officium.

LÆtabitur iuſtus in
dño: & ſperabit in
eo: & laudabuntur
oēs recti corde. ℣.
Exaudi deus oratio
nē meā cū deprecor: à timore ini-
mici eripe animam meā. Oratio.

ADeſto domine ſupplica
tionibꝰ noſtris: vt qui ex
iniquitate noſtra reos nos eſſe
cognoſcimꝰ, beati Pelagij mar
tyris tui interceſsione libere-
mur. Per dominum. Epiſtola.
Memor eſto foli. ccxxxij. ℟.
Poſuiſti domine ſuper caput eius:
coronam de lapide pretioſo. ℣. De
ſiderium animæ eius tribuiſti ei: &
voluntate labiorum eius non frau-
daſti eum. Alleluia. ℣. Lætabi-
tur iuſtus in domino & ſperabit in
eo: & laudabuntur omnes recti cor
de. Euange. Nolite arbitra fol.
ccxxviij. Offertorium. Poſuiſti
domine in capite eius coronam de
lapide pretioſo: vitam petijt à te: tri
buiſti ei alleluia. Sacra.

MVneribus noſtris quæ-
ſumus dñe precibuſq;
ſuſceptis & cęleſtibꝰ nos mūda
myſterijs, & clemēter exaudi.
Per. Commu. Magna eſt gloria
eius in ſalutari tuo: gloriam & ma-
gnum decorem impones ſuper eū
domine. Poſt communio.

QVæſumus omnipotens
deus: vt qui cæleſtia ali-
mēta percepimus, inter
cedente beato Pelagio marty-
re tuo: per hæc cōtra omnia ad
uerſa muniamur. Per dominū.

¶Zoe-

¶ Zoeli martyris. Officium.

IN virtute tua domine lætabitur iuſtus: &ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer. Deſiderium animę eius tribuiſti ei. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt qui beati Zoeli martyris tui natalitia colim⁹, interceſsione eius in tui nominis amore roboremur. Per. Epiſtola. Beatus vir qui in ſapientia. fo. ccxxxj. ℟. Domine pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alla. ℣. Beatus vir qui timet dominum: in mãdatis eius cupit nimis. Euãg. Nihil opertũ. fo ccxxx. Offer. Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

MVneribus noſtris quęſumus domine precibuſque ſuſceptis: & cæleſtibus nos munda myſterijs, & clemẽter exaudi. Per. Communio. Poſuiſti domine in capite eius: coronam de lapide pretioſo. Poſt commu.

DA quæſumus dñe deus noſter: vt ſicut tuorum cõmemoratione ſanctorũ temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu. Per

¶ In vigilia apoſtolorum Petri & Pauli. Officium.

DIcit dominus Petro. Cùm eſſes iunior cingebaste: & ambulabas vbi volebas: cùm autẽ ſenueris: extẽdes manus tuas: & alius te cinget: & ducet quò tu non vis. Hoc autẽ dixit: ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum. ℣. Cęli enarrant gloriã dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in apoſtolicæ confeſſionis petra ſolidaſti. Per dñm.

¶ Lectio Actuum apoſto. c. iij.

IN diebus illis: Petrus & Ioãnes aſcendebant in templũ: ad

ad horam orationis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris ſuæ baiulabatur: quem ponebāt cotidie ad portam templi quæ dicitur ſpecioſa, vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum. Is cùm vidiſſet Petrum & Ioannem incipientes introire in tēplum: rogabat eos vt eleemoſynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cū Ioanne dixit. Reſpice in nos. At ille intendebat in eos: ſperans ſe aliquid accepturum ab eis: Petrus autem dixit. Argentum & aurum nō eſt mihi: quod autē habeo hoc do tibi. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni: ſurge & ambula. Et apprehenſa eius manu dextera: alleuauit eum: & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ: & exiliens ſtetit: & ambulabat. Et intrauit cùm illis in templum: ambulans & exiliēs & laudans deum. Et vidit eum omnis populus ambulantem: & laudantem deum. Cognoſcebāt autem illum: quoniam ipſe erat qui ad eleemoſynā ſedebat: ad ſpecioſam portā templi. Et repleti ſunt ſtupore & extaſi: in eo quod cōtigerat illi. ℟. In omnē terrā exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorū. ℣. Cæli enarrant gloriā dei: & opera manuum eius annūtiat firmamētum. Si in dn̄ica vene. Alleluia. ℣. Iſti ſunt duæ oliuæ: & duo candelabra lucentia ante dominum: habent poteſtatem claudere cælū nubibus: & aperire portas eius: quia linguæ eorum claues cæli factæ ſunt.

¶ Euange. ſecundū Ioanē. vlti.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus Petro. Simon Ioānis: diligis me plus his? Dicit ei. Etiā domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioānis: diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu ſcis: quia amo te. Dicit ei iterum. Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò. Simon Ioannis amas me? Cōtriſtatus eſt Petrus: quia dixit ei tertiò amas me: & dixit ei. Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Amen amen dico tibi: cū eſſes iunior cingebas te: & ambulabas vbi volebas. Cùm autem ſenueris: ex-

tendes manus tuas: & alius te
cinget: & ducet quò tu non
vis. Hoc autem dixit: ſignifi-
cans qua morte clarificaturus
eſſet deum. Offertorium. Mihi
autem nimis honorificati ſunt ami
ci tui deus: nimis cõfortatus eſt prin
cipatus eorum. Sacra.

MVnus populi tui domi-
ne quæſumus apoſtoli-
ca interceſsione ſanctifica: noſ
que à peccatorũ noſtrorũ ma-
culis emunda. Per. Cõ. Tu es Pe
trus: & ſuper hanc petrã ædificabo
eccleſiam meam. Poſt commu.

QVos cæleſti domine ali-
mento ſatiaſti: apoſtoli-
cis interceſsionibus, ab
omni aduerſitate cuſtodi. Per.

¶ In die apoſtolorum Petri &
Pauli. Ad miſſam maio. Offm̃.

NVnc ſcio verè quia mi
ſit dñs angelum ſuũ: &
eripuit me de manu He
rodis: & de omni expe
ctatione plebis Iudæorũ. ℣. Et ex-
euntes proceſſerunt vicum vnum:
& cõtinuò diſceſsit angelus ab eo:
& Petrus ad ſe reuerſus dixit. Orõ.

DEus qui hodiernã diem
apoſtolorum tuorũ Pe-
tri & Pauli martyrio conſecra-
ſti: da eccleſię tuę eorũ in omni
bus ſequi pręceptũ, per quos re
ligionis ſumpſit exordiũ. Per.

Hæc oratio quæ ſequitur dici-
tur per octa. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuam
apoſtolorum tuorũ Pe-
tri & Pauli prędicatione docui
ſti: da nobis quæſumus eorum
in omnibꝰ ſequi præceptũ, per
quos ſuſcepimus religionis ex-
ordium. Per dominum.

¶ Lectio Actuum apoſto. c. xij

IN diebus illis: Miſit Hero-
des rex manus: vt affligeret
quoſdã de eccleſia: occidit au-
tem Iacobum fratrem Ioannis
gladio. Videns autem quia pla
ceret Iudæis: appoſuit apprehẽ
dere & Petrum. Erant autem
dies azymorum. Quem cùm
apprehendiſſet: miſit in carce-
rem: tradenſque quatuor qua-
ternionibus militum cuſtodiẽ
dum: volens poſt paſcha pro-
ducere eum populo. Et Petrus
quidem: ſeruabatur in carcere.
Oratio autem fiebat ſine inter
miſsione ab eccleſia: ad deum
pro eo. Cùm autem productu
rus

ruseum eſſet Herodes: in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites: vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce angelus domini aſtitit: & lumen refulſit in habitaculo carceris. Percuſſoque latere Petri: excitauit eum dicẽs. Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Præcingere: & calcia te caligas tuas. Et fecit ſic: & dixit illi. Circunda tibi veſtimẽtum tuum: & ſequere me. Et exiẽs ſequebatur eũ: & neſciebat quia verũ eſt quod fiebat per angelum: exiſtimabat autẽ ſe viſum videre. Tranſeuntes autem primam & ſecũdam cuſtodiam: venerunt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltro aperta eſt eis. Et exeuntes: proceſſerũt vicum vnum: & continuò diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus dixit. Nũc ſcio verè quia miſit dominus angelum ſuũ: & eripuit me de manu Herodis: & de omni expectatione: plebis Iudæorum. ℟. Cõſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã: memores erũt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. A lleluia. ℣. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Alius. ℣. tantùm dicatur in die. Beatus es Simon bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus, qui eſt in cælis. Euange. Venit dñs Ieſus. fo. cclxix. Credo. fo. cxcv. Offert. Conſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã: memores erunt nominis tui dñe: in omni progenie & generatione. Sacra.

HOſtias domine quas nomini tuo ſacrandas offerimus: apoſtolica proſequatur oratio, per quã nos expiari tribuis & defendi. Per. Præfatio. Equũ & ſaluta. Te dñe ſup. fol. cciij. Cõ. Simon Ioãnis diligis me plus his? dñe tu omnia noſti: tu ſcis dñe quia amo te. Poſt commu.

QVos cæleſti domine alimento ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionibus, ab omni aduerſitate cuſtodi. Per.

¶ In commemoratione ſancti Pauli. Miſſa matutina. erit

beati Petri. Officiū. Nunc ſcio verè. vt ſupra in die. Oratio.

DEus qui beato Petro apoſtolo tuo: collatis clauibus regni cæleſtis ligandi atq; ſoluendi pontificiū tradidiſti, cōcede vt interceſsionis ei⁹ auxilio: à peccatorū noſtrorū nexibus liberemur. Qui viuis &c.

Oĩa ſicut in die: exceptis orationibus quæ ſequūtur. Sacra.

ECcleſiæ tuæ quęſumus domine preces & hoſtias beati Petri apoſtoli tui cōmendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad veniam. Per. Poſt communio.

LÆtificent nos dñe quæſumus ſacramenta quæ ſumpſimus: vt ſicut in apoſtolo tuo Petro te mirabilē prędicamus, ſic per illum ſumamus tuæ indulgentiæ largitatem. Per.

¶ Ad miſſam maiorē. Officiū.

SCio cui credidi & certus ſum: quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. ℣. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię: quā reddet mihi in illū diē iuſtus iudex. Orõ.

DEus qui multitudinē gētiū beati Pauli apoſtoli prædicatione docuiſti: da nobis quęſumus: vt cui⁹ natalitia colimus: ei⁹ apud te patrocinia ſentiamus. Per. Ad Gala. ca. j.

FRatres: Notū vobis facio euangeliū: quod euangelizatum eſt à me: quia nō eſt ſecūdùm hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud neque didici: ſed per reuelationē Ieſu Chriſti. Audiſtis enim aliquando conuerſationem meā in iudaiſmo: quoniā ſupra modum perſequebar eccleſiā dei: & expugnabam illam. Et proficiebā in iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos: in genere meo abūdantiùs æmulator exiſtens: paternarum mearum traditionum. Cùm autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ: & vocauit per gratiam ſuā: vt reuelaret filiū ſuū in me: vt euangelizarē illum in gentibus: cōtinuò non acquieui carni & ſanguini: neq; veni Hieroſolymā ad anteceſſores meos apoſtolos: ſed abij in Arabiam: & iterum reuerſus ſum Dama-

Damaſcū. Deinde poſt annos tres: veni Hieroſolymam videre Petrum:& manſi apud eum diebus quindecim. Alium autem apoſtolorum vidi neminem: niſi Iacobum fratrem domini. Quæ autem ſcribo vobis: ecce coram deo: quia non mētior. ℟. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatu, operatus eſt & mihi inter gentes: & cognouerūt gratiam dei:quę data eſt mihi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: ſed gratia eiꝰ ſemper in me manet. Alła. ℣. Bonum certamen certaui: curſum cōſummaui: fidem ſerui. Euāge. Dixit Simō Petrus. fol. ccxxxviij. Credo. fo cxcv. Offer. Mihi autē nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Sacra.

Eccleſiæ tuę quæſumus domine preces & hoſtias apoſtolica commendet oratio: vt quod pro illorū gloria celebramus: nobis proſit ad veniam. Per dñm. Prefatio. Te dñe ſup. fo. cciij. Cōmu. Amen dico vobis: ꝙ vos qui reliquiſtis omnia: & ſecuti eſtis me: cētuplū accipietis: & vitā ęternā poſsidebitis. Poſt cō.

Perceptis domine diuinis ſacramentis: beatis apoſtolis interuenientibus deprecamur: vt quæ pro illorum celebrata ſunt gloria: nobis proficiant ad medelam. Per dñm.

¶ Per octa. apoſto. Petri & Pauli. Ad miſſam matuti. Officiū.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorū. ℣. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionē meā & reſurrectionē meā. Aliud officium. In omnem terram exiuit ſonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorum. ℣. Cæli enarrāt gloriā dei: & opera manuū eius annuntiat firmamentū. Oro. Deus qui eccle. vt in ſanct. fo. ccxcvij cū Sacra & poſt cōmu. Deus qui hodier. ibid. Epła. Iam nō eſtis. fol. ccxxiij. Alia. Scimus quoniā. Maior. Alia. Quis nos. fol. ccxxvij. Alia. Cōſenſerūt ſcri. fo. ccxxiij. Alia. Exurgens. fo. ccxxiiij. Alia. Vnicuiq; noſtrū. fo ccxxiij. ℟. In omnē terrā exiuit ſonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorū. ℣. Cæli enar

rãt gloriã dei:& opera manuũ eius annũtiat firmamẽtum. Aliud.℟. Nimishonorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenã multiplicabũtur.℣. Cõſtitues eos principes ſuper omnẽ terram:memores erũt nominis tui dñe.℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. A llã. ℣. Nõ vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: & poſui vos: vt eatis & fructum afferatis:& fruct⁹ veſter maneat. Aliud. A llã ℣. In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorũ. Aliud. A llã.℣. Per manus autẽ apoſtolorũfiebãtprodigia:& ſigna magna in plebe. Aliud. A llã.℣. Hoc eſt præceptũ meũ:vt diligatis inuicẽ ſicut dilexi vos Euangelia hęc quæ ſequũtur. Hoc eſt prę. fo. ccxxiiij. Hęc mando vo. fo. ccxxiiij. Miſit dñs Ieſus. folio. ccxxiiij. Offer. In omnẽ terram exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorũ. Offer. Conſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã:memores erũt nominis tui dñe: in omni progenie & generatione. Aliud. Mihihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorũ. Cõ. Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cũ ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicãtes Iſrael. Alia. Amen dico vobis: quòd vos qui reliquiſtis oĩa: & ſecuti eſtis me: cẽtuplũ accipietis: & vitã æternam poſsidebitis. Alia cõmu. Vos qui reliquiſtis omnia: & ſecuti eſtis me: centuplũ accipietis: & vitam æternam poſsidebitis.

¶ Dominica infra octa.

¶ Ad miſſam. Officium.

Mihi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus:nimis cõfortatus eſt principatus eorũ.℣. Dñe probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionem meã & reſurrectionẽ meã. Oratio

Deus qui eccleſiã tuã apoſtolorũ tuorum Petri & Pauli prędicatione docuiſti: da nobis quæſumus eorũ in omnibus ſequi præceptũ: per quos ſuſcepimus religionis exordiũ. Per. Epła. Vnicuiq;. fo. ccxxiij. ℟. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorũ ℣. Dinumerabo eos: & ſu

per arenā multiplicabūtur. Alľa.
℣. Per manus autem apoſtolorum
fiebant prodigia: & ſigna magna
in plebe. Euange. Miſit dñs. fo.
ccxxiiij. Offer. In omnē terrā exi
uit ſonus eorū: & in fines orbis ter-
ræ verba eorum. Sacra. Hoſtias
dñe. fol. ccxcviij. Cōmu. Vos
qui ſecuti eſtis me: in regeneratio-
ne cū ſederit filius hominis: ſedebi
tis & vos ſuper duodecim ſedes iu
dicātes Iſrael. Poſt cō. Deus qui
hodierna vt ſupra. fol. ccxcvij.

¶ In octa. die ſancti Ioannis.

¶ Ad miſſam: omnia dicantur
ſicut in die. Oratio. Concede
quæſumus.

¶ Viſitatio beatæ Mariæ. Ipſo
die Proceſsi & Martiniani mar
ty. miſſa matu. dicatur de eis. j.
cōm. de viſita. ij. de octa. apoſt.

¶ Ad miſſam martyrū. Offm.

IVdicant ſancti gen-
tes: & dominātur po
pulis: & regnabit
dñs deus illorum im
perpetuū. ℣. Exultate iuſti in dño:
rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus qui nos ſanctorum
tuorū Proceſsi & Marti
niani confeſsionibus glorioſis
circundas & protegis: da nobis
& eorum imitatione profice-
re: & interceſsione gaudere.
Per dominum. Epiſtola. Ex-
pectatio iuſto. fol. ccxxvij. ℟.
Eultabunt ſancti in gloria: lætabun
tur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate do
mino canticum nouum: laus eius in
eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣.
Mirabilis dominus noſter in ſan-
ctis ſuis. Euangelium. Sedente
domino. folio. ccxxx. Offert.
Gloriabuntur in te omnes qui di-
ligunt nomen tuum: quoniam tu
domine benedices iuſto: domine
vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coro
naſti nos. Sacra.

SVſcipe domine preces &
munera: quæ vt tuo ſint di-
gna cōſpectui: ſanctorum tuo
rum precibus adiuuemur. Per
dominū noſtrum. Cōmunio.
Anima nr̃a ſicut paſſer erepta eſt
de laqueo venantium. Poſt com.

COrporis ſacri & pretioſi
ſanguinis repleti libami
ne: queſumus domine deus no
ſter: vt quod pia deuotione ge-
rimus: certa redemptione ca-
piamus. Per dominum noſtrū
Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

Gaudeamus omnes in domino diẽ feſtũ celebrantes ſub honore Mariæ virginis: de cuius viſitatione gaudent angeli: & collaudant filiũ dei. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui ex abundantia charitatis beatam Mariam tuo filio fœcundatam, ad ſalutationem Eliſabeth inſpiraſti: præſta quæſumus, vt per eius viſitationem donis cæleſtibus repleamur: & ab omnibus aduerſitatibus tueamur. Per eũdẽ dñm.

¶ Lectio lib. Sapiẽ. c. ij. Cãtico.

Ecce iſte venit ſaliẽs in mõtibus, trãſiliẽs colles. Similis eſt dilectus meus capreę: hinnuloq; ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietẽ nr̃m reſpiciẽs per feneſtras: proſpiciẽs per cãcellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge ꝓpera amica mea, colũba mea: formoſa mea & veni. Iã enim hyẽs tranſijt, imber abijt & receſsit. Flores apparuerũt in terra nr̃a: tẽpus putationis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra nr̃a: ficus protulit groſſos ſuos: vineę florẽtes dederũt odorẽ ſuũ. Surge propera amica mea: ſpecioſa mea: & veni colũba mea in foraminibus petrę: in cauerna maceriæ. Oſtẽde mihi faciem tuã: ſonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: & facies tua decora. ℟. Egredimini filię Ieruſalẽ: ecce in mõtibꝰ ſanctis: electa virgo filia Siõ: ſaluator venit in ea ſaliẽs in mõtibus trãſiẽs colles. ℣. Quę eſt iſta quę progredit̃ ſicut aurora conſurgens: pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtrorũ acies ordinata? Alła. ℣. Beata quę credidiſti: quoniã perficiẽtur ea quæ dicta ſunt tibi à domino. ¶ Euangeliũ ſecundùm Lucam. Capite. j.

In illo tẽpore: Surgẽs Maria abijt in montana cũ feſtinatione in ciuitatẽ Iuda: & intrauit in domum Zacharię: & ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt: vt audiuit Eliſabeth ſalutationem Mariæ: exultauit in gaudio infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth:

beth: & exclamauit voce magna: & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus vẽtris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę crediſti: quoniã perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatã me dicẽt omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctũ nomẽ eius. Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiã in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potẽtes de ſede: & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordię ſuę. Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abrahã & ſemini eius in ſecula. Manſit autem Maria cum illa quaſi tribus menſibus: & reuerſa eſt in domum ſuã. Offer. Ecce enim: vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Sacra.

QVæſumus redẽptor noſter: vt ſacrificiũ hoc humilimę paſsionis tuæ ſacrum memoriale: quod in memoriã humilitatis beatæ genitricis tuæ offerimus: nobis ad verã humilitatẽ proficiat: & ad vitam perducat ęternã. Qui vi. Commu. Magnificat anima mea dñm: & exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Poſt commu.

PErcepta ſacra munera tua quibus nos viſitaſti miſericors deus: à cordibus noſtris omnem immunditiam expurgent, & vt ſanctam viſitationẽ beatæ genitricis vnigeniti tui dignè veneremur mundos efficiant. Per eund. ¶ Per octa. viſita. omnia fiant ſicut in die: excepto quòd euãge. dicitur vno die à principio vſque ibi. & ait Maria. alio verò die incipitur ſic. In illo tempore dixit beata Maria. Magnificat. &c.

¶In tranſlatione ſancti Martini epiſcopi. Ad miſſam maiorem. Officium.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: & principẽ fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Oratio.

DEus qui populo tuo æternę ſalutis beatum Martinum miniſtrum cõceſſiſti: præſta quæſumus: vt qui executor mãdatorum tuorum extitit in terris: interceſſor noſter ſemper eſſe dignetur in cælis. Per. Epiſto. Ecce ſacerdos. Maior. fol. ccxxxiiij. ℟. Ora pro nobis beate Martine: vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. ℣. Dum ſacramenta offerret beatus Martinus: globus igneus apparuit ſuper caput eius. Alleluia. ℣. Sacerdos Dei Martine paſtor egregie: ora pro nobis deum. Euangel. Sint lumbi. fol. ccxxxvj. Offerto. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

OMnipotens ſempiterne deus munera tuæ maieſtati oblata: per interceſſionẽ beati Martini cõfeſſoris tui atque pontificis: ad perpetuã fac nobis proficere ſalutẽ. Per. Cõmunio. Beatus ſeruus: quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eũ. Poſt cõm.

COncede quæſumus dñe deus noſter: vt beati Martini confeſſoris tui atq; pontificis nos vbiq; adiuuet oratio: in cuius veneratione hæc tuę obtulimus maieſtati. Per dñm.

¶In octauo die apoſtolorum Petri & Pauli. Officium.

SApientiam ſanctorũ narrẽt populi: & laudem eorũ nũtiet eccleſia: nomina autẽ eorum viuent in ſeculum ſeculi. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus cuius dextera beatũ Petrũ ambulantẽ in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapoſtolũ eius Paulum tertiò naufragãtem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propicius:

picius:& cõcede:vt amborum meritis ęternitatis gloriam cõſequamur. Qui viuis &regnas.

¶ Lectio libri ſapientię. Eccleſiaſtici. Capite.xliiij.

HI ſunt viri miſericordiæ: quorũ iuſtitię obliuionẽ nõ acceperũt. Cum ſemine eorũ permanent bona: hæreditas ſancta nepotes eorũ. Et in teſtamentis ſtetit ſemen eorũ: & filij eorũ propter eos vſq; in æternum manent. Generatio eorũ & gloria eorũ non derelinquetur. Corpora eorum in pace ſepulta ſunt: & nomina eorũ viuent in ſecula. Sapiẽtiam eorũ narrent oẽs populi: & laudẽ eorum: pronũtiet omnis eccleſia ſanctorum. ℟. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & nõ tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipiẽtium mori: illi autem ſunt in pace. Alleluia. ℣. Iſti ſunt duæ oliuę: & duo candelabra lucentia ante dominum: habent poteſtatem claudere cælũ nubibus: & aperire portas eius: quia linguę eorum claues cæli factæ ſunt.

¶ Euangelium ſecũdùm Matthæum. Capite.xiiij.

IN illo tẽpore: Iuſsit dñs Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam: & præcedere eum trãs fretum: donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba: aſcendit in montẽ ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi: nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus: erat enĩ contrarius ventus. Quarta autẽ vigilia noctis venit ad eos: ambulans ſupra mare. Et vidẽtes eum ſupra mare ambulantem: turbati ſunt dicẽtes. Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimque Ieſus locutus eſt eis dicens. Habete fiduciam. Ego ſum: nolite timere. Reſpondens autem Petrus dixit. Domine: ſi tu es: iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait. Veni. Et deſcẽdens Petrus de nauicula: ambulabat ſuper aquas: vt veniret ad Ieſũ. Videns verò ventum validum timuit: & cùm cœpiſſet mergi: clamauit dicens. Domine: ſaluum me fac. Et continuò Ieſus extendens manũ apprehendit eũ: & ait illi. Modicæ fidei: quare dubitaſti? Et cùm aſcẽdiſſet

in nauiculam: ceſſauit ventus. Qui autẽ in nauicula erant: venerũt & adorauerunt eum dicẽtes. Verè: filius dei es. Offert. Exultabunt ſancti in gloria: lætabũtur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Sacra.

OFferimus tibi dñe preces & munera: quæ vt tuo digna ſint conſpectui: apoſtolorum tuorũ quæſumus Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per. Pręfatio. Te domine ſupplici. fo. cciij. Commu. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentũ malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Poſt cõm.

PRotege domine populũ tuum: & apoſtolorũ tuorum Petri & Pauli patrocinio confidentem: perpetua deuotione cõſerua. Per dominum.

¶ Sancti Martialis epiſcopi. Officium.

STatuit ei dñs teſtamentũ pacis: & principẽ fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternũ. ℣. Inueni Dauid ſeruũ meum: oleo ſancto meo vnxi eũ. Oratio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt qui beati Martialis confeſſoris tui atq́ue põtificis ſolennia colimus: eius apud te interceſsionibus adiuuemur. Per. Epiſtola. Plures facti. fo. ccxxxv. ℟. Inueni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eum. Alľa. ℣. Iurauit dñs & non pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Euange. Homo quidam nobi. fo. ccxxxvj. Offerto. Inueni Dauid ſeruum meum: & oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Sacra.

HÆc hoſtia domine quęſumus emundet noſtra delicta: & ad ſacrificiũ celebrãdum: ſubditorum tibi corpora mẽteſq; ſanctificet. Per. Communio. Fidelis ſeruus & prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſt cõmu.

Refecti

REfecti participatione muneris ſacri quæſumus domine deus noſter: vt cuius exẽquimur cultum: ſentiamus effectum.Per dominum.

¶In octauo die viſitationis ſanctę Mariæ:omnia fiant ſicut in die, excepto quòd non dicitur Credo.

¶Septem fratrum martyrum.

¶Ad miſſam. Officium.

LAudate pueri dñm: laudate nomen dñi: qui habitare facit ſterilem in domo:matrem filiorum lætantem. ℣.Sit nomen domini benedictum : ex hoc nunc & vſq; in ſeculum. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus:vt qui glorioſos martyres tuos fortes in ſua confeſsione cognouimus:pios apud te in noſtra interceſsione ſentiamus.Per dominum. Epiſto. Quis nos ſepa. fo. ccxxvij.

℟. Exultabunt ſancti in gloria:lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate domino canticum nouum:laus eius in eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini.

¶Euãgel.ſecũdũ Matth. c.xij.

IN illo tẽpore:Loquẽte dño Ieſu ad turbas: ecce mater eius & fratres ſtabant foris:quęrentes loqui ei. Dixit autem ei quidam.Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant: quærẽtes te. At ipſe reſpõdens : dicenti ſibi ait. Quæ eſt mater mea: & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea: & fratres mei.Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt:ipſe meus frater:& ſoror & mater eſt. Offert. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtiũ:laqueus cõtritus eſt: & nos liberati ſumus. Sacra.

SAcrificijs pręſentibus quæſumus dñe intende placatus: & intercedentibus ſanctis tuis:deuotioni noſtrę proficiãt & ſaluti.Per. Cõm. Quicũq; fecerit voluntatẽ patris mei qui in cęlis eſt: ipſe meus frater & ſoror & mater eſt:dicit dñs. Poſt cõmu.

QVęſumus ops deus:vt illius ſalutaris capiamus effectũ:cuius per hęc myſteria pignus accepimus.Per.

¶Trãſla-

Tranſlatio ſancti patris noſtri Benedicti.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.



GAVDEAmus omnes in domino diem feſtũ celebrãtes, ſub honore beatiſsimi patris Benedicti, in cuius feſtiuitate, gaudent angeli, exultant archangeli: & collaudant filium dei. ℣. Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri: in monte ſancto eius. Oratio.

INterceſsio nos quæſumus domine beati Benedicti abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valemus: eius patrocinio aſſequamur. Per dominũ. Epiſtola vt in altero feſto. fo. cclxxiiij. ℟. Fuit vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus, & nomine. ℣. Ætatem moribus tranſiens, nulli animũ voluptati dedit. Allia. ℣. Vir domini Benedictus: omniũ iuſtorũ ſpiritu plenus fuit. Euangel. Dixit Simon Petrus. fo. ccxxxviij. Credo. fo. cxcv. Offer. Tãta circa virũ dei claritas excreuerat, vt in terris poſitus, in cæleſtibus habitaret. Sacra.

SAcris altaribus dñe hoſtias ſuperpoſitas: ſanctus Benedictus quæſumus in ſalutẽ nobis prouenire depoſcat. Per. Præfatio Eterne deus. Cuius ſi dei virtute fol. ccij. & dicatur per octa. Communio. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in æternum manebit: & ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis. Poſt commu.

PRotegat nos domine cũ tui perceptione ſacramenti

ti beatus Benedictus abbas in-
tercedendo pro nobis: & vt cō
uerſationis eius experiamur in
ſignia:interceſsionis ipſius per
cipiamus ſuffragia.Per dn̄m.

¶ Per octa.ſancti Benedicti ce
lebretur vt.xij.lect. Officium.

IVſtus vt palma flo
rebit: ſicut cedrus
libani multiplica-
bitur: plantatus in
domo dn̄i in atrijs
domus dei noſtri. ℣.Bonū eſt con
fiteri domino : & pſallere nomini
tuo altiſsimè. Aliud officiū.Os
iuſti me. vt ſupra. Orationes ſi-
cut in die. Epiſtola.Iuſtus cor
ſuū. fo. ccxxxvij. Alia.Beatus
vir qui inuen. fo.ccxxxij. Alia
Iuſtum deduxit. fo.ccxxxviij.
Alia. Beatus vir qui in ſapi. fo.
ccxxxj. ℟. Os iuſti meditabitur
ſapientiam:& lingua eius loquetur
iudicium. ℣.Lex dei eius in corde
ipſius,& non ſupplantabuntur greſ
ſus eius. ℟. Domine præueniſti eū
in benedictionibus dulcedinis:po-
ſuiſti in capite eius coronam de la-
pide pretioſo. ℣. Vitam petijt: &
tribuiſti ei lōgitudinem dierum in
ſeculum ſeculi. Aliud. ℟. Iuſtus
vt palma florebit:ſicut cedrus liba-
ni multiplicabitur in domo domi-
ni. ℣.Ad annuntiandum manè mi
ſericordiam tuam:&veritatē tuam
per noctem. Alleluia. ℣.Iuſtus
germinabit ſicut lilium: & florebit
in æternum ante dominum. Alľa.
℣. Cōfeſſor domini Benedicte pa
ter & dux noſter: ora pro nobis.
Alleluia. ℣. Sancte Benedicte:
qui in cælis lætaris cum angelis:in-
tercede pro nobis : vt mereamur
dn̄o reddere hoſtiā laudis. Aliud.
Alľa. ℣. Vir domini. vt ſupra.
Alleluia. ℣. Os iuſti meditabitur
ſapiētiam: & lingua eius loquetur
iudiciū. Euāge. Dixit Simō Pe-
trus. fol.ccxxxviij. Aliud. Qui
vos audit. fol. ccxxxix. Aliud.
Nemo lucernā. fol.ccxxxviij.
Aliud. Videte vigilate. folio.
ccxxxvj. Offert. Iuſtus vt palma
florebit: ſicut cedrus quæ in libano
eſt multiplicabitur. Aliud. Veri-
tas mea & miſericordia mea cum
ipſo:& in nomine meo exaltabitur
cornu eius. Aliud. Deſideriū ani-
mæ eius tribuiſti ei dn̄e:& volunta
te labiorum eius nō fraudaſti eum:
poſuiſti dn̄e in capite eius coronā
de lapide pretioſo. Cōm. Fidelis
ſeruus

ſeruus & prudens:quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuã: vt det illis in tempore tritici menſuram.. Alia comu. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo:gloriam & magnum decorem impones ſuper eum domine. Alia. Beatus ſeruus: quẽ cùm venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Alia. Semel iuraui. vt ſupra.

¶ Dñica infra octa. Officium.

OS iuſti meditabitur ſapientiam:& lingua eius loquetur iudicium:lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignantibus:neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

INterceſsio nos quæſumus domine beati Benedicti abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valemus: eius patrocinio aſſequamur. Per dominũ. Epla. Iuſtus cor ſuũ. fo. ccxxxvij. ℟. Dñe præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Allra. ℣. Vir domini Benedictus: omnium iuſtorum ſpiritu plenus fuit. Euangelium. Qui vos audit. fol. ccxxxviij. Credo. fo. cxcv. Offertorium. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

SAcris altaribus dñe hoſtias ſuperpoſitas:ſanctus Benedictus quæſumus in ſalutẽ nobis prouenire depoſcat. Per d. Cõmunio. Fidelis ſeruus & prudens:quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tẽpore tritici menſuram.. Poſt cóm.

PRotegat nos domine cũ tui perceptione ſacramenti beatus Benedictus abbas intercedendo pro nobis:& vt cóuerſationis eius experiamur inſignia:interceſsionis ipſius percipiamus ſuffragia. Per dñm.

¶ Iuſtæ & Rufinæ. Ad miſſam maiorem. Officium.

OFferẽtur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione:adducentur in templo regi domino. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Exau-

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatarũ virginum tuarum Iuſtę & Rufinæ feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per. Ep̄la. De virginibus. fo. ccxlj. ℞. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. ℣. Tunc ſurrexerũt omnes virgines illæ: & ornauerunt lampades ſuas: & exierunt obuiam ei. Alleluia. ℣. Offerentur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi. Euangel. Simile eſt regnum cælorum decem. fo. ccxlj. Offerto. Offerentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi. Sacra.

ACcepta tibi ſit dñe ſacratę plebis oblatio pro tuarum honore ſanctarum: quarũ meritis ſe percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum. Cõmu. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino. Poſt commu.

SAtiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: earũ quęſumus ſemper interuentione nos refoue: quarũ ſolennia celebramus. Per dominũ.

¶ In octauo die ſancti Benedicti, omnia fiant ſicut in die.

¶ Marinæ virginis. Officium.

DIlexiſti iuſtitiã: & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ: præ conſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui virginalis pudicitiæ titulo & ſacræ paſſionis vexillo: beatam Marinã virginem & martyrem tuam glorificaſti: da nobis ſic ſacrę caſtitatis floribus exornari: vt cũ fructu bonorum operũ ſupernę beatitudinis attingamus cõſortium. Per. Ep̄la. Cõfitebor. fo. ccxl. ℞. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſperè procede & regna. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. Euange. Simile eſt regnũ cælo. the. fo. ccxlj.

Offert. Offerentur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi in lętitia & exultatione: adducẽtur in templo regi dño. Sacra.

SVſcipe dñe munera pro cõmemoratione beatę Marinæ virginis & martyris tuæ: vt ſicut illam paſsio glorioſam: ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominum noſtrum.

Cõmunio. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in æternum. Poſt communio.

DEus qui beatam Marinam virginem & martyrem tuam glorioſa paſsione coronatam: perpetua mãſione inter choros virgineos collocaſti: præſta quæſumus: vt cuius cõmemorationem temporaliter celebramus: eius glorioſis precibus te ſemper æternaliter perfruamur. Per dominum.

¶ Praxedis virginis. Officium.

LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & non confundebar: & meditabor in mandatis tuis: quæ dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt qui beatæ Praxedis virginis tuæ natalicia colimus: & annua ſolennitate lætemur: & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per dominum.

Epiſtola. Domine deus meus. fo. ccxl. ℟. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia. ℣. Veni ſponſa Chriſti: accipe coronam: quam tibi dominus præparauit in æternum. Euangelium. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus. fol. ccxlj. Offer. Offerentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi. Sacra.

HOſtia domine quæſum' quam ſanctorum tuorũ natalitia recẽſentes offerimus: & vincula noſtræ prauitatis abſoluat: & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per domi.

Communio. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. Poſt commu.

QVæſumus dñe ſalutaribus repleti myſterijs: vt cuius ſolénia celebramꝰ:

eius

eius orationibus adiuuemur.

¶Mariæ Magdalenæ. Officiũ.

ME expectauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua domine intellexi. Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuũ nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

SAcratiſsimã domine beatæ Mariæ Magdalenæ qua cælos ſubijt celebritatẽ recenſentes: ſupplices exoramus clementiam tuam: vt qui eius deuotionis recolimus inſignia: ipſius mereamur compotes effici gloriæ. Per dñm. ¶Lectio libri ſapientiæ. Prouerbio. vlti.

MVlierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus pretium eius. Cõfidit in ea cor viri ſui: & ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonum & non malum: omnibus diebus vitæ ſuæ. Quæſiuit lanam & linũ: & operata eſt conſilio manuum ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris: de longe portans panem ſuum: & de nocte ſurrexit: deditque prædam domeſticis ſuis: & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrũ & emit eum: de fructu manuũ ſuarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lũbos ſuos: & roborauit brachium ſuum. Guſtauit & vidit quoniam bona eſt negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna illius. Manum ſuam miſit ad fortia: & digiti illius apprehenderunt fuſum. Manum ſuam aperuit inopi: & palmas ſuas extendit ad pauperem. Nõ timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eiꝰ: veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatam veſtem fecit ſibi: byſſus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius: quando ſederit cum ſenatoribus terræ. Syndonem fecit & vendidit: & cingulum tradidit chananæo. Fortitudo & decor indumentũ eius: & ridebit in die nouiſsimo. Os ſuum aperuit ſapientiæ: & lex clementię in lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuę: & panẽ ocioſa non comedit. Surrexerunt filij eius:

& beatiſsimam prædicauerũt:
& vir eius laudauit eam. Multę
filiæ congregauerunt diuitias:
tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fal
lax gratia: & vana eſt pulchri-
tudo. Mulier timens deũ: ipſa
laudabitur. Date ei de fructu
manuum ſuarum: & laudent
eã: in portis opera eius. ℞. Ad-
iuuabit eam deus vultu ſuo: deus in
medio eius non cõmouebitur. ℣.
Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ
dei: ſanctificauit tabernaculum ſuũ
altiſsimus. A llłа. ℣. Optimã partẽ
elegit ſibi Maria Magdalena: quæ
nõ auferetur ab ea in æternũ. Euã.
Rogabat do. fo. clxxix. Offer.
Filiæ regũ in honore tuo: aſtitit re
gina à dextris tuis in veſtitu deaura
to: circundata varietate. Sacra.

SAlutaris hoſtiæ munus di-
uinis ſacrãdum myſterijs
beata Maria Magdalena patro
cinante noſtrorum quæſumus
domine exurat rubiginẽ pec-
catorum: vt illius compunctio
nis gratiam: & pietatis opera
cõſequi mereamur. Per domi-
num. Communio. Cõfundãtur
ſuperbi: quia iniuſtè iniquitatẽ fe-
cerunt in me: ego autem in manda
tis tuis exercebor: in tuis iuſtificatio
nibus: vt nõ cõfundar. Poſt cõm.

PRæbeat nobis dñe beatæ
Mariæ Magdalenæ ſaluti-
feram imitatio ſancta doctri-
nam: quatinus illius partis con
ſortes eſſe mereamur: quę non
auferetur ab ea. Per dominum.

¶ Apollinaris epiſcopi & mar
tyris. Officium.

SAcerdotes tui in-
duant iuſtitiam: &
ſancti tui exultent:
propter Dauid ſer-
uum tuum non auertas faciẽ Chri-
ſti tui. ℣. Memento dñe Dauid: &
omnis mãſuetudinis eius. Oratio.

DEus qui nos annua beati
Apollinaris martyris tui
atq; pontificis ſolennitate læti-
ficas: præſta quęſumus: vt cuius
gaudemus meritis: inſtruamur
exemplis. Per dñm. Epła. Me-
mor eſto. fo. ccxxxij. ℞. Inue-
ni Dauid ſeruum meum: oleo ſan-
cto vnxi eum: manus enim mea au
xiliabitur ei: & brachium meum cõ
fortabit eum. ℣. Nihil proficiet ini
micus in eo: & filius iniquitatis nõ
nocebit eũ. A lleluia. ℣. Hic eſt
verè martyr: qui pro Chriſto ſan-
guinem

guinem ſuum fudit: ideo regnat cũ illo. Euãg. Facta eſt. fo. ccxxiiij Offer. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

HOſtias tibi domine pro commemoratione beati Apollinaris offerimus: quẽ à tui corporis vnitate: nulla tentatio ſeparauit. Qui viuis. Cõmu. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in æternum manebit: & ſedes eiꝰ ſicut ſol in cõſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis. Poſt cõm.

REpleti cibo potuq; cæleſti te ſupplices exoramus domine deus noſter: vt in cuius hęc commemoratione percepimus: eius muniamur & precibus. Per dominum noſtrum.

¶ In vigilia ſancti Iacobi. Ipſo die Chriſtinæ virginis. Miſſa matutina dicatur de ea. Offi.

LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & nõ cõfundebar: & meditabor in mandatis tuis: quę dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio.

INdulgentiam nobis domine beata Chriſtina virgo & martyr imploret: quæ tibi grata ſemper extitit: & merito caſtitatis & tuæ profeſſione virtutis. Per dñm. Epl'a. Qui gloriatur. fo. ccxl. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſperè procede & regna. Euãgel. Simile eſt regnum cælorũ theſauro. fo. ccxlj. Offert. Offerentur regi virgines poſt eam: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templo regi domino. Sacra.

SVſcipe dñe munera quæ in beatæ Chriſtinę martyris tuæ ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominũ. Cõmunio. Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta autẽ vna pretioſa margarita dedit omnia ſua & comparauit eam. Poſt cõmu.

 Auxi-

AVxiliẽtur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedẽte beata Chriſtina martyre tua: ſempiterna protectione confirment. Per dominum.

¶ Ad miſſam maiorem de vigilia, vt quatuor in capis priuatis. Officium.

EGo autem ſicut oliua fructifera in domo domini: ſperaui in miſericordia dei mei. Et expectabo nomen tuum: quoniam bonum eſt ante conſpectum ſanctorum tuorũ. ℣. Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate? Oratio.

QVæſumus omnipotens deus: vt beatus Iacobus apoſtolus tuum pro nobis imploret auxilium: vt à noſtris reatibus abſoluti: à cũctis etiam periculis eruamur. Per. Epſa. Benedictio dñi. fo. cxliij ℟. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciãdum manè miſericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem. Si dominica fuerit. Alleluia. ℣. Hoc eſt præceptũ meum: vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos. Euãg. Hoc eſt pręceptum. fo. ccxxiiij. Offer. Gloria & honore coronaſti eũ: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

SAcrandum tibi dñe munus offerimus: quo beati Iacobi apoſtoli tui ſolennia recolentes: purificationem quoque noſtris mẽtibus imploramus. Per dominum. Cõmu. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſt cõ.

PErceptis domine ſacramẽtis ſuppliciter exoramus: vt intercedente beato Iacobo apoſtolo tuo: quę pro illius veneranda gerimus paſſione: nobis proficiant ad medelam. Per dominum noſtrum.

¶ In die ſancti Iacobi apoſtoli. Ad miſſam maiorẽ. Officium.

MIhi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. ℣. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã & reſurrectionem meã. Oratio.

ESto domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos: vt apoſtoli tui Iacobi munita præſidijs: & conuerſatione tibi placeat: & ſecura deſeruiat. Per dominum. Epiſto. Iam non eſtis. fo ccxxiij. ℟. Cōſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. A lľa. ℣. Per manus autē apoſtolorum fiebant ſigna: & prodigia magna in plebe. ¶ Euangelium ſecundùm Matthæum. c.xx.

IN illo tempore: Acceſsit ad dominū Ieſum mater filiorū Zebedęi cum filijs ſuis: adorans & petens aliquid ab eo, qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vnus ad dexterā tuam: & vnus ad ſiniſtram tuā in regno tuo. Reſpōdens autem Ieſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem: quem ego bibiturus ſum? Dicūt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meū bibetis: ſedere autem ad dexteram meam & ad ſiniſtram: nō eſt meum dare vobis. Sed quibus paratum eſt: à patre meo. Credo. fo. cxcv. Offert. In omnem terrā exiuit ſonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorū. Sacra.

OBlationes populi tui quę ſumus dn̄e beati apoſtoli tui Iacobi paſsio beata conciliet, vt quæ noſtris nō aptę ſunt meritis, fiant tibi placitæ eius deprecatione. Per. Pręfatio. Te domine ſuplici. fo. cciij. Commu. Vos qui ſecuti eſtis me: in regn̄ratione cū ſederit filius hominis ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicātes Iſrael. Poſt cōmu.

BEati apoſtoli tui Iacobi cuius hodie feſtiuitate corpore & ſanguine tuo nos refeciſti: quæſumus domine interceſsione nos adiuua, pro cuius ſolēnitate percepimus tua ſancta lætantes. Qui viuis & reg.

¶ In feſto ſanctę Annę. Offici.

DIlexiſti iuſtitiā & odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui beatę Annę tantam gratiam contuliſti: vt beatiſsimam matrē tuam in ſuo vtero portare mereretur, da nobis per interceſsionē matris & filiæ: tuæ propitiationis abundātiam: vt quarum commemorationem pio amore cōplectimur, earum precibus ad cæleſtem Ieruſalem peruenire mereamur. ¶ Lectio libri ſapientiæ. Eccleſiaſti. Cap. xxvj.

GRatia mulieris ſedulę delectabit virum ſuum: & oſſa illius impinguabit. Diſciplina illius: datum dei eſt. Mulier ſenſata & tacita: nō eſt immutatio eruditæ animæ. Sicut ſol oriens mundo in altiſsimis dei: ſic mulieris bonæ ſpecies: ornamentum domus ſuæ. Lucerna ſplendens: cādelabrum ſanctū: ſpecies faciei ſuper ętatem ſtabilem. Columnæ aureę ſuper baſes argenteas: & pedes firmi: ſuper plantas ſtabilis mulieris. ℟. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſperè procede & regna. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. All'a. ℣. Felix Anna: quædam matrona legitima beato Ioachim: promeruit generare fœlicem filiā nomine Mariam. Euangel. Liber generatio. Require in natiuitate beatæ Mariæ. Offerto. Virgo hæc ſemper Maria: ſtirpe nata Dauid regis: veneranda proceſsit proſapia. Sacra.

HOſtias tibi domine beatæ Annæ dedicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dn̄m. Communio. Cæleſte beneficium introiuit in Anna: de qua nata eſt nobis virgo Maria. Poſt commu.

ADiuua nosquęſumus domine per hęc ſancta quę ſumpſimus: & præſta, vt interceſsione beatæ Annæ: perpetuæ gloriæ miſericordiam conſequamur. Per dominum.

¶ Chriſtophori & Cucufati martyrum. Officium.

SAlus autē iuſtorū à dn̄o: & protector eorū eſt in tēpore tribulatiōis. ℣. Noli æmulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oro.

Deus

DEus qui nos cõcedis ſanctorum martyrum tuorum Chriſtophori & Cucufati natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine, de eorum ſocietate gaudere. Per. Epiſto. Iuſtorũ aĩæ. fo. ccxxvj. ℞. Exultabunt ſancti in gloria: lætabũtur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣. Mirabilis dominus noſter in ſanctis ſuis. Euange. Egrediente dño. fol. ccxxix. Offertorium. Gloriabũtur in te omnes qui diligũt nomẽ tuum: quoniam tu domine benedices iuſto: domine vt ſcuto bonæ volũtatis tuæ coronaſti eũ. Sacra.

MVnera tibi dñe noſtræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorũ tibi grata ſint honore iuſtorum: & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominum. Commu. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtium. Poſt commu.

PRæſta nobis domine quæſumus intercedentib⁹ ſanctis martyribus tuis: vt quę ore contigimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum.

¶ Per octa. ſancti Iacobi. Offi.

IN omnem terrã exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorũ. ℣. Cæli enarrãt gloriam dei: & opera manuum eius annũtiat firmamentum. Aliud officium. Mihi autẽ nimis. vt ſupra in die. Oratio. Eſto domine. vt ſupra. cũ ſua ſacra & poſt commu. Epiſto. Iam non eſtis hoſpi. fol. ccxxiij. Epiſto. Scimus quoniam. Minor. fol. ccxxiij. Alia. Quis nos ſepara. fo. ccxxvij. Alia. Conſenſerũt. fo. ccxxiij. Alia. Exurgẽs princeps. fo. ccxxiiij Alia. Vnicuique noſtrum. fo. ccxxiij. ℞. In omnem terram exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum. ℣. Cæli enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Aliud. ℞. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenã multiplicabũtur. Aliud. ℞. Conſtitues eos principes ſuper: vt ſupra in die. Alleluia. ℣. Nõ vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis & fructum afferatis:

feratis: & fructus veſter maneat. Aliud. A lleluia. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorũ. Aliud. A lleluia. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. A lleluia. ℣. Per manus autem. vt ſupra in die A lleluia. ℣. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos. Euangelium. Hoc eſt præceptum. fo. ccxxiiij. Aliud. Hęc mãdo. fo. ccxxiiij. Aliud. Miſit dñs. fol. ccxxiiij. Aliud. Acceſsit ad. vt ſupra in die. Offerto. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erũt nominis tui domine in omni ꝓgenie & generatione Aliud Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. Aliud offerto. In omnem terram. vt ſupra in die. Cõmu Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cùm ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael. Alia cõmu. Amẽ dico vobis quòd vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me: centuplum accipietis: & vitam æternam poſsidebitis. Alia cõio. Vos qui reliquiſtis omnia: & ſecuti eſtis me centuplum accipietis: & vitam æternam poſsidebitis.

¶ Dñica infra octa. Officium.

IN omnẽ terrã exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorũ. ℣. Cæli enarrãt gloriam dei: & opera manuũ eiꝰ annũtiat firmamẽtũ. Oro.

ESto domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos: vt apoſtoli tui Iacobi munita præſidijs, & conuerſatione tibi placeat: & ſecura deſeruiat. Per dominum. Epiſtola. Benedictio domini. fol. cxliij. ℟. Nimis honorati. vt ſupra. A lleluia. ℣. Nõ vos me. vt ſupra. Euangelium. Miſit dominus. folio. ccxxiiij. Offertorium. Mihi autem nimis. vt ſupra. Sacra.

OBlationes populi tui quę ſumus dñe beati apoſtoli tui Iacobi paſsio beata conciliet: vt quæ noſtris nõ aptę ſunt meritis: fiãt tibi placitæ eius deprecatione. Cõm. Vos qui ſecuti. vt ſupra. Poſt communionem.

BEati apoſtoli tui Iacobi cuius hodie feſtiuitate corpore &

re & ſanguine tuo nos refeciſti: quæſumus domine interceſſione nos adiuua: pro cuius ſolennitate percepimus tua ſancta lætantes. Qui viuis.

¶ Nazarij & Celſi atque Pantaleonis. Officium.

IVdicant ſancti gentes: & dñantur populis: & regnabit dñs illorum imperpetuũ. ℣. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt qui ſanctorũ martyrũ tuorũ Nazarij, Celſi, atque Pantaleonis ſolennia colimus: eorũ etiam virtutes imitemur. Per dominum. Epiſto. Reddet deus. foli. ccxxvij. ℟. Vindica dñe ſanguinẽ ſanctorũ tuorum: qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorũ tuorũ eſcas volatilibus cęli: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terræ. Alleluia. ℣. Iudicabunt ſancti nationes: & dominabũtur populis: & regnabit illorũ rex in æternũ. Euange. Attendite à fermen. fo. ccxxix. Offer. Lętamini in dño: & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Sacra.

HOſtia hæc quęſumus domine quã ſanctorũ tuorum natalitia recenſentes offerimus: & vincula noſtræ prauitatis abſoluat: & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per. Cõmunio. Ego vos elegi de mũdo: vt eatis & fructũ afferatis: & fructus veſter maneat. Poſt cõmu.

SAcro munere ſatiati ſupplices te dñe deprecamur: vt quod debitæ ſeruitutis celebramus officio: ſaluationis tuæ ſentiamus augmentum. Per.

¶ Sãctæ Marthæ virginis. Ipſo die ſanctorum Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis. Miſſa matuti. erit de eis: prima commemoratio ſanctæ Marthæ, ſecunda de octa.

¶ Ad miſſam matuti. Officiũ.

SAcerdotes eius induãt ſalutare: & ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Memento domine Dauid: & omnis mãſuetudinis eius. Oratio.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotens deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beatorum martyrum

tuorum

tuorum Felicis Simplicij Fauſtini &Beatricis interceſsio glorioſa nos protegat. Per dñm. Epiſto. Lingua ſapiẽ. fo. ccxxvj ℟. Sacerdotes eius induant ſalutare:& ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid:paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia. ℣. Sacerdotes tui domine induãt iuſtitiã: & ſancti tui exultent. Euange. Sint limbi veſtri. folio. ccxxxvj. Offerto. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Sacra.

Accepta ſit in conſpectu tuo dñe noſtra deuotio: & eorum nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro quorũ ſolennitate defertur. Per. Communi. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & nõ tanget illos tormentũ malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi autem ſunt in pace. Poſt cõ.

Spiritum nobis dñe tuę charitatis infunde: vt quos vno cæleſti pane ſatiaſti: intercedentibus beatis martyribus tuis Felice Simplicio Fauſtino atque Beatrice: tua facias pietate concordes. Per dominum noſtrũ. eiuſdem ſpiritus ſancti.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Omnipotens clementiſsime deus: cuius filius in ædibus beatæ Marthæ hoſpitari dignatus eſt, da quæſumus: vt eius quæ illum ſuſcepit meritis, nos in cælis miſericorditer hoſpiteris. Per eundem dominum. Epiſtola. Mulierem fortem quis. folio. cccvj. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. ℣. Propter veritatem & manſuetudinẽ & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit exite obuiam Chriſto domino. Euangelium. Intrauit dominus Ieſus in quoddam caſtellũ. fol. cccxix. Offer. Diffuſa eſt

gratia in labijs tuis: propterea bene
dixit te deus in æternum & in ſecu
lum ſeculi. Sacra.

SVſcipe & ſanctifica ado-
nay deus hoc munus obla
tum: & concede vt ad ſalutem
noſtram caro & ſanguis fiat fi-
lij tui:meritis illius quæ illũ gra
tanter hoſpitio ſuſcepit.Per eũ
dem.Communio. Simile eſt re
gnum cælorum homini negociato
ri quærẽti bonas margaritas: inuen
ta vna pretioſa margarita dedit oĩa
ſua:& cõparauit eam.Poſt cõmu.

DA quęſumus miſericors
deus : vt qui beatæ Mar-
thæ filij tui hoſpitę ſolennia ge
rimus:eius meritis à cunctis ad
uerſitatibus liberemur. Per eũ.

¶ Abdon & Sennem.

¶ Miſſa matutina. Officium.

INtret in conſpectu
tuo domine gemi-
tus cõpeditorum:
redde vicinis noſtris
ſeptuplum in ſinu eorum : vindica
ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ : qui effu-
ſus eſt. ℣. Deus venerunt gẽtes in
hæreditatem tuam: polluerunt tẽ-
plum ſanctũ tuũ:poſuerunt Ieruſa-
lẽ in pomorum cuſtodia. Oratio.

DEus qui ſanctis tuis Ab-
don & Sennem ad hanc
gloriam veniendi copioſum
munus gratię contuliſti: da fa-
mulis tuis ſuorum veniam pec
catorum : vt ſanctorum tuorũ
intercedẽtibus meritis:ab om-
nibus mereamur aduerſitatib'
liberari.Per dominum. Epiſto.
Expectatio.fo. ccxxvij.℟. Glo
rioſus deus in ſanctis : mirabilis in
maieſtate:faciens prodigia. ℣. Dex
tera tua dñe glorificata eſt in virtu-
te:dextera manus tua confregit ini
micum. Alleluia. ℣. Iuſti epulen
tur & exultent in conſpectu dei:&
delectentur in lætitia. Euangel.
Sedẽte domino Ieſu.fo.ccxxx.
Offerto. Mirabilis deus in ſanctis
ſuis:deus Iſrael ipſe dabit virtutem
& fortitudinem plebi ſuæ: benedi-
ctus deus alleluia. Sacra.

HÆc hoſtia quęſumus do
mine quam ſanctorum
tuorum natalitia recenſentes
offerimus:& vincula noſtrę pra
uitatis abſoluat:& tuę nobis mi
ſericordiæ dona conciliet.Per.
Cõmu. Poſuerunt mortalia ſeruo
rum tuorum domine eſcas volatili
bus cæli:carnes ſanctorum tuorum

beſtijs

beſtijs terræ: ſecundùm magnitudinem brachij tui poſſide filios morti punitorum. Poſt communio.

PEr huius domine operationem myſterij: & vitia noſtra purgentur: & intercedentibus ſanctis tuis: iuſta deſideria compleantur. Per dominum.

¶ Germani epiſcopi & confeſſoris. Officium.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. ℣. Inueni Dauid ſeruũ meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Oratio.

DA queſumus omnipotẽs deus: vt beati Germani confeſſoris tui atq; põtificis veneranda ſolennitas: & deuotionẽ nobis augeat & ſalutẽ. Per. Epla. Teſtificor. fo. ccxxxiiij. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui cõſeruaret legẽ excelſi. Alla. ℣ Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Euangelium. Vigilate. fo. ccxxxvj. Offertoriũ. Inueni Dauid ſeruũ meum: & oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Sacra.

SAncti tui nos domine quęſumus vbiq; lætificent: vt dum eorũ merita recolimus: patrocinia ſentiamus. Per do. Commu. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in æternum manebit: & ſedes eiꝰ ſicut ſol in cõſpectu meo: & ſicut luna perfecta in ęternũ: & teſtis in cęlo fidelis. Poſt cõ.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibẽtes: beneficia potiora ſumamus. Per dominum noſtrum.

¶ Vincula ſancti Petri.

Ipſo die octa. dies ſancti Iacobi. Miſſa matutina. dicatur de eo. j. commemora. ſancti Petri ij. Felicis. Oratio. Præſta quæſumus. cũ ſua ſacra & poſt cõ. vt in feſto Andeoli. fo. cclxxx.

¶ In octauo die ſancti Iacobi. Officium.

MIhi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum.

rũ. ℣. Dñe probaſti me & cognoui
ſti me: tu cognouiſti ſeſsionẽ meã
& reſurrectionẽ meam. Oratio.

E Sto domine plebi tuę ſan
ctificator & cuſtos: vt apo
ſtoli tui Iacobi munita præſi-
dijs: & conuerſatione tibi pla-
ceat: & ſecura deſeruiat. Per.
Epiſtola. Scimus quoniam. fo.
ccxxiij. ℟. In omnem terram exi
uit ſonus eorũ: & in fines orbis ter-
ræ verba eorum. ℣. Cæli enarrant
gloriam dei: & opera manuũ eius
annũtiat firmamentũ. Alľa. ℣. Hoc
eſt præceptũ meũ: vt diligatis inui
cẽ: ſicut dilexi vos. Euãg. Acceſ-
ſit ad. fo. cccviij. Offertorium.
Cõſtitues eos principes ſuper omnẽ
terram: memores erunt nominis
tui domine: in omni progenie &
generatione. Sacra.

O Blationes populi tui quę
ſumus dñe beati apoſto
li tui Iacobi paſsio beata conci
liet: vt quæ nr̃is non aptæ ſunt
meritis: fiant tibi placitæ eius
deprecatione. Per dominum.
Præfatio. Te domine ſupplici.
fol. cciij. Communio. Amen di
co vobis: quòd vos qui reliquiſtis
omnia: & ſecuti eſtis me: centu-
plum accipietis: & vitam æternam
poſsidebitis. Poſt communio.

B Eati apoſtoli tui Iacobi cu
ius hodie feſtiuitate cor-
pore & ſanguine tuo nos refe-
ciſti: quæſumus domine inter-
ceſsione nos adiuua: pro cuius
ſolẽnitate percepimus tua ſan-
cta lætantes. Qui viuis.

¶ Ad miſſam maiorem ſancti
Petri. Officium.

N Vnc ſcio verè quia
miſit dñs angelũ ſuũ:
& eripuit me de ma
nu Herodis & de om
ni expectatione plebis Iudęorũ. ℣.
Et exeũtes proceſſerũt vicũ vnũ: &
cõtinuò diſceſsit angelus ab eo: &
Petrus ab ſe reuerſus dixit. Orõ.

D Eus qui beatum Petrum
apoſtolum tuum à vin-
culis abſolutum illæſum abire
feciſti: noſtrorum quæſumus
abſolue vincula peccatorum:
& omnia mala à nobis propi-
tiatus exclude. Per dominum.
Epiſtola. Miſit Herodes rex.
folio. ccxcvij. ℟. Conſtitues
eos principes ſuper omnem terrã:
memores erunt nominis tui domi
ne. ℣. Pro patribꝰ tuis nati ſunt tibi
filij:

filij: propterea populi confitebũtur
tibi. A lľa. ℣. Solue iubẽte deo ter
rarum Petre catenas: qui facis vt pa
teant cæleſtia regna beatis. Euan-
gelium. Venit dominus Ieſus.
fol. cclxix. Credo. folio. cxcv.
Offer. Tu es Petrus: & ſuper hanc
petram ædificabo eccleſiam meã:
& portæ inferi non prçualebunt ad
uerſus eam: & tibi dabo claues re-
gni cælorum. Sacra.

OBlatum tibi domine ſa-
crificium: viuificet nos
ſemper & muniat. Per dñm.
Præfatio. Te domine ſupplici.
fo. cciij. Communio. Simõ Ioã
nis diligis me plus his? domine tu
omnia noſti: tu ſcis domine quia
amo te. Poſt communio.

COrporis ſacri & pretio-
ſi ſanguinis repleti liba-
mine quæſumus domine deus
noſter: vt quod pia deuotione
gerimus: certa redemptione ca
piamus. Per dominum.

¶Stephani papæ & martyris.
Officium.

SAcerdotes eius in-
duãt ſalutare: & ſan-
cti eius exultatione
exultabunt. ℣. Me-
mẽto domine Dauid: & omnis mã
ſuetudinis eius. Oratio.

DEus qui nos beati Stepha
ni martyris tui atq; pon
tificis annua ſolennitate lætifi-
cas: cõcede propitius: vt cuius
natalitia colimus: de eiuſdem
etiã protectione gaudeamus.
Per. Epiſtola. Doctrinis varijs.
fo. ccxxxv. ℟. Ecce ſacerdos ma
gnus: qui in diebus ſuis placuit deo.
℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui
conſeruaret legem excelſi. A lľa.
℣. Diſpoſui teſtamentum electis
meis: iuraui Dauid ſeruo meo. Euã
gelium. Homo quidam nobi.
fo. ccxxxvj. Offer. Veritas mea
& miſericordia mea cum ipſo: & in
noĩe meo exaltabitᷣ cornu ei⁹ Sac.

MVnera tibi dñe dicata
ſanctifica: & intercedẽ
te beato Stephano martyre tuo
atq; pontifice: per eadem nos
placatus intende. Per. Cõ. Dñe
quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce
alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge
ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fi-
delis: ſupra multa te conſtituam: in
tra in gaudiũ dñi tui. Poſt cõmu.

HÆc nos communio do-
mine purget à crimine:
& in-

& intercedente beato Stephano martyre tuo atq; pontifice: cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum.

¶ Inuẽtio ſancti Stephani protomart. Officiũ. Etenim ſederũt principes. Require oĩa in alio feſto. folio. ccxlix. niſi quòd vbi dicitur natalitia: dicatur inuẽtionem.

¶ Dominici confeſſoris patris fratrum prædicatorũ. Officiũ.

IN medio eccleſię aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapiẽtiæ & intellectus: ſtola gloriæ induit eũ. ℣. Iocunditatẽ & exultationẽ theſaurizauit ſup eũ: & nomine æterno hæreditauit illũ dñs deus noſter. Oro.

DEus qui eccleſiã tuã beati Dominici confeſſoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: cõcede vt eiꝰ interceſsione: & temporalibus non deſtituatur auxilijs: & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Per. Epiſtola. Teſtificor corã. fo. ccxxxiiij. ℟. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã: & lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Allła. ℣. Pie pater Dñice: tuorũ memor operũ: ſta corã ſummo iudice: pro tuo cœtu pauperũ. Euãge. Vos eſtis ſal. fo. ccxxxix. Offer. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei dñe: & volũtate labiorum eius non fraudaſti eũ: poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo. Sacra.

MVnera tibi dñe dicata ſanctifica: & meritis beati Dñici confeſſoris tui: nobis proficiãt ad medelã. Per. Cõm. Fidelis ſeruus & prudẽs: quẽ cõſtituit dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in tẽpore tritici menſurã. Poſt cõ.

COncede quæſumus omnipotẽs deus: vt qui peccatorũ nrõrum põdere premimur: beati Dñici cõfeſſoris tui patrocinio ſubleuemur. Per.

¶ Sãctę Marię ad Niues. Offi.

SAlue ſancta parens: enixa puerpera regem. Qui cęlum terramque regit in ſecula ſeculorum. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Oratio.

COncede nos famulos tuos q̄s dn̄e deus: perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere:& glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſsione,à præſenti liberari triſtitia: & æterna perfrui lætitia.Per.

Lectio libri Sap.Eccle.c.xxiiij.

AB initio & ante ſecula creata ſum: & vſq; ad futurum ſeculum non deſinam: & in habitatione ſancta: corā ipſo miniſtraui. Et ſic in Siō firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato & in partes dei mei hæreditas illius. Et in plenitudine ſanctorum: detentio mea. ℟. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris effecta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Si dn̄ica fue. A lla. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permāſiſti: dei genitrix intercede pro nobis.

Euangel. ſecundū Lucā .ca.xj.

IN illo tēpore: Loquēte dn̄o Ieſu ad turbas:extollēs vocē quędā mulier de turba:dixit ei Beatus vēter qui te portauit:& vbera quę ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo:beati qui audiūt verbū dei:& cuſtodiūt illud. Offer. Aue Maria gratia plena dn̄s tecum: benedicta tu in mulieribus:& benedictus fructus ventris tui. Sacra.

TVa dn̄e quæſumus propitiatione: & beatæ Mariæ ſemp virginis interceſsione:ad perpetuā atq; pręſentē hęc oblatio nobis proficiat proſperitatē. Per. Cōmu. Beata viſcera Marię virginis:quæ portauerūt æterni patris filium. Poſt communionē.

SVmptis dn̄e ſalutis noſtræ ſubſidijs:da quęſumus beatæ Mariæ ſemper virginis nos patrocinijs vbiq; protegi: in cuius venerationem hæc obtulimus maieſtati. Per dominum.

Trāsfiguratio dn̄i.

Ipſo die Sixti papæ, Felicisſimi Agapiti, Iuſti & Paſto. Miſſa matu.dicatur de eis. Officiū.

SAlus autē iuſtorum à dn̄o:& protector eorū eſt in tēpore tribulationis. ℣. Noli æmu-

æmulari in malignãtibus: neq; zelaueris facientes iniquitatẽ. Oratio.

DEus qui cóſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propitius: vt interceſsione beati Sixti martyris tui atq; pontificis: cõtra oĩa aduerſa muniamur. Per dñm.

Prima cõme. martyrũ. Oratio.

DEus qui nos cõcedis ſanctorũ martyrũ tuorũ Iuſti & Paſtoris, Feliciſsimi & Agapiti natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine: de eorũ ſocietate gaudere. Per. Secũda cõme. transfiguratio. Epl'a. Benedictus deus. Mai. fo. ccxxvij

℟. Iuſtorũ animæ in manu dei ſunt: & nõ tãget illos tormentũ malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi autẽ ſunt in pace. A llã. ℣. Lętamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini oẽs recti corde. Euãg. Ecce ego mitto vos. fo. ccxxiiij

Offert. Gloriabuntur in te omnes qui diligũt nomẽ tuũ: quoniã tu benedices iuſto: dñe vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Sacra

SAcrificijs præſentibus domine quęſumus intẽde placatus: vt deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti. Per dominum.

¶ Alia ſacra de martyribus.

MVnera tibi domine noſtræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorũ tibi grata ſint honore iuſtorũ: & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per. Cõmu. Amen dico vobis: quòd vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me: cẽtuplũ accipietis: & vitã ęternã poſsidebitis. Poſt cõ.

PRæſta quæſumus domine deus noſter: vt cuius nobis feſtiuitate votiua ſunt ſacramẽta: eius ſalutaria nobis interceſſione reddantur. Per dominũ.

¶ Alia poſt cõmu. martyrum.

PRæſta nobis domine quæſumus intercẽdetibus ſanctis tuis Iuſto & Paſtore, Feliciſſimo & Agapito: vt quę ore cõtigimus: pura mẽte capiamus. Per dominum noſtrum.

¶ Ad miſſam maiorem Tranſfigurationis. Officium.

VEni & oſtende nobis faciem tuam domine: qui ſedes ſuper cherubin: & ſalui erim⁹. ℣. Qui regis Iſrael intẽde, qui deducis velut ouẽ Ioſeph. Oro.

DEus qui hodierna die vnigenitum tuum mirabiliter transfiguratum: cælitus vtriuſq; teſtamenti patribus reuelaſti, da nobis quæſumus beneplacitis tibi actibus ad eius ſemper contemplandam pertingere gloriam: in quo tuæ paternitati optimè complacuiſſe teſtatus es. Per eundem dominum.

¶ Lectio epiſtolæ beati Petri apoſtoli.ij. Capite j.

CHariſsimi: Nõ indoctas fabulas ſecuti notam fecimus vobis domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſentiam: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à deo patre honorem & gloriam: voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi complacui: ipſum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam: cùm eſſemus cum ipſo in mõte ſancto. Et habemus firmiorẽ propheticum ſermonẽ: cui benefacitis attendentes: quaſi lucernę lucenti in caliginoſo loco. Donec dies illuceſcat: & lucifer oriatur in cordibus veſtris. ℟. Tecum principium in die virtutis tuæ: in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ. Allla. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gẽtes & adorate dñm: quia hodie deſcẽdit lux magna ſuper terram. Euangelium. Aſſumpſit dominus Ieſus Petrum. folio. xliij. Credo. fol. cxcv. Offerto. Deus enim firmauit orbẽ terræ qui non cõmouebitur: parata ſedes tua deus: ex tunc à ſeculo tu es. Sacra.

SVſcipe quæſumus dñe ſancte pater omnipotens ęterne deus munera quæ pro glorioſa filij tui transfiguratione deferimus: & cõcede propitius, vt per hæc & à temporalibus liberemur incommodis: & gaudijs connectamur æternis. Per eundem. Præfatio.

ETerne deus. Quia per trãſfigurati verbi myſterium: noua mentis noſtræ oculis: lux tuæ claritatis infulſit: vt dũ viſibiliter deum cognoſcimus: per hunc in inuiſibilium amorem

rapia-

rapiamur.Et ideo. Infra actio.

COmmunicātes & diem ſacratiſsimum transfigurationis dñi noſtri Ieſu Chriſti celebrantes . Sed & memoriā venerantes in primis glorioſæ ſemper virginis Mariæ genitricis eiuſdē dei & domini noſtri Ieſu Chriſti . Sed & beatorum. Commu.In ſplendoribus ſanctorum:ex vtero ante luciferū genui te. Poſt communionem.

DEus qui hodiernam diē incarnati verbi tui tranſfiguratione: tuæq; ad eum miſſa paternitatis voce conſecraſti:tribue quæſumus:vt diuinis paſti alimonijs:in eius mereamur mēbra transferri: qui hęc in ſui memoriam fieri præcepit Ieſus Chriſtus filius tuus dominus noſter.Qui tecum.

Per octa.transfi.& dñica infra octa.omnia fiant ſicut in die.

¶ Mametis martyris.Miſſa matutina.dicatur de eo. Officiū.

IN virtute tua dñe lætabitur iuſtus:& ſuper ſalutare tuū exultabit vehemēter:deſiderium animæ eius tribuiſti ei. ℣.Quoniam præueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide pretioſo. Oro.

DEus qui nos beati Mametis martyris tui cōfeſsione glorioſa circundas & protegis: præſta nobis eius imitatione proficere:& oratione fulciri.Per dominum. Epiſto.Beatus vir qui in ſapientia. folio. ccxxxj. ℟.Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. ℣.Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Alleluia. ℣.Lætabitur iuſtus in domino:& ſperabit in eo: & laudabuntur oēs recti corde. Euange.Si quis venit. fo.ccxxxij. Offer.Gloria & honore coronaſti eū: & cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuarū dñe. Sa.

SVſcipe domine fidelium preces cū oblationibus hoſtiarum:& intercedente beato Mamete martyre tuo:per hæc pię deuotionis officia:ad cæleſtem gloriam tranſeamus. Per dominum noſtrum. Cōmu.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriā & magnū decorē impo

nes ſuper eum domine. Poſt cō.

PRæſta nobis domine quæſumus intercedente beato Mamete martyre tuo: vt quæ ore contigimus: pura mente capiamus. Per dominum.

¶ Ciriaci, Largi, & Smaragdi. Miſſa mat. dicat de eis. Offm̄.

TImete dn̄m omnes ſancti eius: quoniam nihil deeſt timentibus eū: diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autē dn̄m non deficient omni bono. ℣. Benedicā dn̄m in omni tēpore: ſemper laus eius in ore meo. Oratio.

DEus qui nos annua beatorū martyrū tuorū Ciriaci, Largi & Smaragdi ſolennitate lætificas: concede propitius: vt quorum natalitia colimus: virtutem quoq; paſsionis imitemur. Per. Epiſtola. Rememoramini. fol. ccxxvij. ℟. Timete dominum omnes ſancti eius: quoniam nihil deeſt timētibus eū. ℣. Inquirentes autē dn̄m non deficient omni bono. Allā. ℣. Sancti tui dn̄e benedicent te: gloriā regni tui dicent. Euangelium. Egrediente dn̄o Ieſu. folio. ccxxix.

Offertoriū. Lætamini in domino: & exultate iuſti: & gloriamini oēs. recti corde. Sacra

SVſcipe domine ſacrificiū placationis & laudis, quod nos interuenientibus ſanctis tuis & perducat ad veniam, & in perpetuam gratiarum conſtituat actionem. Per dominū.

Cōmu. Signa eos qui in me credēt hæc ſequētur: dæmonia eijcient: ſuper ægros manus imponent: & bene habebunt. Poſt communio.

QVæſumus dn̄e deus noſter: vt interuenientibus martyrib⁹ tuis, ſacroſancta myſteria quæ ſumpſimus: actu ſubſequamur & ſenſu. Per

¶ Vigilia ſancti Laurentij. Miſſa matu. erit de vigilia. j. cō. de octa. Officium.

DIſperſit dedit pauperib⁹: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabit in gl̄ia. ℣. Beatus vir qui timet dn̄m: in mādatis eius volet nimis. Oratio.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens de⁹: & interceſsione beati Laurentij

rentij

tij martyris tui: perpetuam nobis miſericordiã benignus impende. Per dominum.

¶ Lectio libri Sapiẽ. Eccleſi.lj.

CONfitebor tibi dñe rex: & collaudabo te deũ ſaluatorem meum. Cõfitebor nomini tuo magno: quoniã adiutor & protector factus es mihi: & liberaſti corpus meum à perditione. A laqueo linguę iniquæ: & à labijs operantium mẽdacium. Et in conſpectu perſequentium factus es mihi adiutor: & liberaſti me ſecundùm multitudinẽ miſericordiæ nominis tui. A rugientibus præparatis ad eſcã: de manibus quærentium animã meã: & de multis tribulationibus quæ circundederunt me. A preſſura flammæ quæ circundedit me: & in medio ignis non ſum ęſtuatus. De altitudine ventris inferi: & à lingua coinquinata: & à verbo mendacij. A rege iniquo & lingua iniuſta: liberaſti me. Laudabit vſque ad mortem anima mea dominum: quoniã eruis ſuſtinentes te: & liberas eos de manib⁹ anguſtiæ: dñe deus noſter. ℟. Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. Si dominica fuerit. Allꝰa. ℣. Beatus vir qui ſuffert tẽtationem: quoniam cùm probatus fuerit: accipiet coronam vitæ. Euangeꝉ. Si quis vult. fol. ccxxxij. Offertoriũ. Oratio mea munda eſt: & ideo peto: vt detur locus voci meę in cęlo: quia ibi eſt iudex meus & conſcius meus: in excelſis aſcendat ad dominũ deprecatio mea. Sacra.

HOſtias domine quas tibi offerimus propitius reſpice: & intercedẽte beato Laurẽtio martyre tuo, vincula peccatorum noſtrorum abſolue. Per dominum. Communio. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuã: & ſequatur me. Poſt commu.

DA quæſumus dñe deus noſter: vt ſicut beati Laurentij martyris tui commemoratione temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu. Per dominum.

¶ In die ſancti Laurentij martyris. Officium.

CONfeſsio & pulchritudo in cōſpectu ei⁹: ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius. ℣. Cantate domino cāticum nouum: cantate domino omnis terra. Oratio.

DA nobis quęſumus omnipotēs deus: vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incēdia ſuperare. Per dominum.

¶ Ad Corinthios.ij.Cap.ix.

FRatres: Qui parcè ſeminat: parcè & metet. Et qui ſeminat in benedictionib⁹: de benedictionibus & metet. Vnuſquiſque autem prout deſtinauit in corde ſuo: nō ex triſtitia: aut ex neceſsitate. Hylarem enim datorē diligit deus. Potens eſt enim deus omnem gratiam abūdare facere in vobis: vt in omnibus ſemꝑ omnē ſufficientiam habentes: abundetis in omne opus bonum: ſicut ſcriptū eſt. Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Qui autē adminiſtrat ſemē ſeminātí: & panem ad manducandum præſtabit. Et multiplicabit ſemen veſtrum: & augebit incrementa frugū iuſtitiæ veſtræ. ℟. Probaſti domine cor meum: & viſitaſti nocte. ℣. Igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas. Alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt: qui per ſignum crucis cæcos illuminauit: & theſauros eccleſię dedit pauperib⁹. Euāgelium. Niſi granum. fol. ccxxxij. Offertorium. Confeſſio & pulchritudo in cōſpectu eius: ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius. Sacra.

ACcipe quęſumus dn̄e munera dignanter oblata: & beati Laurentij ſuffragantibus meritis, ad noſtrę ſalutis auxilium prouenire cōcede. Per. Communio. Qui mihi miniſtrat me ſequatur: & vbi ego ſum: illic & miniſter meus erit. Poſt cōm.

SAcro munere ſatiati ſupplices te domine deprecamur: vt qui debitæ ſeruitutis celebramus officium, intercedēte beato Laurentio martyre tuo: ſaluationis tuæ ſentiamus augmētum. Per dominum noſtrum.

¶ San-

¶ Sancti Tiburtij. Miſſa matutinalis erit de eo. Officiũ.

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabit: plãtatus in domo domini in atrijs domus dei noſtri. ℣. Bonũ eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſimè. Oratio.

BEati Tiburtij nos domine foueant continuata præſidia: quia non deſinis propitius tueri, quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per. Comme. de ſancto Taurino. Oratio.

DEus qui beatũ Taurinũ pontificem ſanctorum tuorum meritis coæquaſti: cõcede propitius, vt qui commemorationis eius feſta percolimus: vitæ quoq; imitemur exẽpla. Per. Epla. Iuſtus ſi morte. fo. ccxxxij. ℟. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annuntiandum manè miſericordiam tuã: & veritatem tuam per noctẽ. Alleluia. ℣. Lætabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Euangel. Hoc eſt pręce. fo. ccxxiiij.

Offerto. In virtute tua domine lętabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Sacra.

ADeſto domine precibus populi tui: & adeſto muneribus, vt quæ ſacris ſunt oblata myſterijs: tuorum tibi placeant interceſsione ſanctorũ. Per dñm. Alia ſacra Taurini.

ACcepta ſit in conſpectu tuo domine noſtra deuotio: & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolennitate defertur. Per. Cõmu. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo. Poſt cõ.

SVmpſimus dñe pignus redemptionis æternæ: ſit nobis quæſumus interueniente beato Tiburtio martyre tuo vitæ præſentis auxilium, pariter & futuræ. Per dominũ noſtrũ. Alia poſt cõmunio. Taurini.

DEus qui animæ famuli tui Taurini æternæ beatitudinis præmia contuliſti: cõcede propitius, vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur: eius apud te precibus ſubleuemur. Per dominum.

¶ Claræ

¶Claræ virginis. Officium.

VVltum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis:adducẽt regi virgines poſt eam:proximę eius adducentur tibi in lætitia & exultatione. ℣. Eructa uit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

FAmulos tuos quæſumus domine beatę virginis tuę Claræ votiua natalitia recẽſentes: cæleſtium gaudiorum ſua facias interuẽtione participes: & ſimul in vnũ diuites & pauperes:tui vnigeniti cohæredes. Qui tecum. Epiſtola. Qui gloria. fo. ccxl. ℞. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. ℣. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerunt lampades ſuas: & exierunt obuiam ei. Alleluia. ℣. Ecce prudens virgo migrauit ad Chriſtum: fulgens inter choros virginum: ſicut ſol in virtute cæleſti. Euange. Simile eſt regnum cęlorum decem. fol. ccxlj. Offerto. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis; propterea benedixit te deus in æternum: & in ſeculum ſeculi. Sacra.

OBlata tibi domine quæſumus dona ſanctifica: quæ maieſtati tuæ accepta faciat: beatæ virginis tuæ Claræ interceſſio veneranda. Per dominum. Commu. Feci iudiciũ & iuſtitiam: domine non calũnientur mihi ſuperbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Poſt cõmu.

PRotegant domine quęſumus plebem tuam glorioſæ virginis tuę Clarę cõtinuata præſidia: & ſumpta pro illius gloria corporis tui ſacri & p̄tioſi ſanguinis ſacramẽta. Qui vi.

¶In octauo die transfiguratio. Ipſo die Ipoliti & ſociorum eius. Miſſa matutina. dicatur de eis. Officium.

IVſti epulẽtur & exultent in conſpectu dei: delectẽtur in lętitia. ℣. Exurgat de⁹ & diſſipẽtur inimici eius: & fugiãt qui oderunt eũ à facie eius. Oro.

DA nobis quęſumus omnipotens deus: vt beati Ipoliti martyris tui ſociorũq; eius venerãda ſolennitas: & deuotioné nobis augeat & ſalutẽ. Per.

Per. Epiſto. Iuſtorum animæ. fo. ccxxvj. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus: adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fecit cælum & terrã. Alla. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Euangeliũ. Attẽdite à fer. fo.ccxxix. Offer. Lætamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Sacra.

RESpice domine munera populi tui: pro ſanctorũ feſtiuitate votiua: & tuæ teſtificatio veritatis: nobis proficiat ad ſalutem. Per dominũ. Communio. Dico autem vobis amicis meis: non terreamini ab his qui vos perſequuntur. Poſt communio.

SAcramẽtorũ tuorum dñe cõmunio ſumpta nos ſaluet: & in tuæ veritatis luce cõfirmet. Per. ¶ Ad miſſam maiorem: omnia fiãt ſicut in die: excepto quòd Credo & Communicantes non dicuntur.

¶ Vigilia Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis. Ipſo die Euſebij confeſſoris. Miſſa matutinalis dicatur de eo. Officium.

OS iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli ęmulari in malignãtibus: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

DEus qui nos beati Euſebij cõfeſſoris tui annua ſolẽnitate lætificas: cõcede propitius: vt cuius natalitia colimus: per eius ad te exẽpla gradiamur. Per. Epiſto. Beatus vir qui in ſapientia. fo. ccxxxj. ℟. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia. ℣. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas: & oſtendit illi regnum dei. Euange. Vigilate. fo. ccxxxvj. Offert. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei domine: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Sacra.

LAudis tibi dñe hoſtias immolamus in tuorum cõmemoratione ſanctorũ: quib⁹ nos & præſentibus exui malis confi-

cõfidimus & futuris. Per dñm. Cõmu. Beatus ſeruus: quem cùm venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eũ. Poſt cõm.

REfecti cibo potuq; cæleſti domine deus noſter: te ſupplices exoramus: vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus: eius muniamur & precibus. Per dominum noſtrum.

¶ Ad miſſam maiorẽ de vigilia. vt. iiij. in cap. priua. Officiũ.

SAlue ſancta parens enixa puerpera regem. Qui cælũ terramq; regit in ſecula ſeculorũ. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus nõ capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Orõ.

DEus qui virginalem aulam beatæ Marię in qua habitares eligere dignatus es: da quæſumus: vt ſua nos defenſione munitos: iucũdos facias ſuæ intereſſe feſtiuitati. Qui viuis. ¶ Lectio libri ſapiẽtiæ. Eccleſiaſti. Capite. xxiiij.

EGo quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris: & magnitudinis & ſanctæ ſpei. In me omnis gratia viæ & veritatis: in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ad me oẽs qui concupiſcitis me: & à generationib' meis implemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis: & hęreditas mea ſuper mel & fauum. Memoria mea: in generatione ſeculorũ. Qui edunt me adhuc eſuriẽt: & qui bibũt me adhuc ſitient. Et qui audit me non cõfundetur: & qui operantur in me nõ peccabunt. Et qui elucidant me: vitã æternã habebũt. ℟. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris ef fecta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quẽ totus nõ capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Si dñica fuerit Allã. ℣ Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti: dei genitrix intercede pro nobis.

¶ Euãgel. ſecũdùm Lucã. c. xj.

IN illo tempore: Loquente dño Ieſu ad turbas: extollens vocem quædã mulier de turba: dixit ei. Beatus venter qui te portauit: & vbera quę ſuxiſti.


xiſti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbũ dei:& cuſtodiũt illud. Offer. Aue Maria gratia plena: dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus:& benedictus fructus ventris tui. Sacra.

MVnera noſtra domine apud clementiã tuã dei genitricis cõmẽdet oratio: quã idcirco de pręſenti ſeculo tranſtuliſti: vt pro peccatis noſtris apud te fideliter intercedat. Per eund. Cõmu. Beata viſcera Mariæ virginis: quæ portauerunt ęterni patris filium. Poſt cõmunio.

COncede miſericors deus fragilitati noſtræ præſidiũ: vt qui ſanctę dei genitricis requiẽ celebramus: interceſsionis eius auxilio: à noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eund.

In die Aſſumptionis beatæ Mariæ.

¶ Ad Miſſam maiorẽ. Officiũ.



GAVDEAmus omnes in domino: diem feſtũ celebrãtes ſub honore Mariæ virginis: de cuius aſſumptione gaudent angeli:& collaudant filium dei. ℣. Gaudent angeli & exultant archangeli: lætantur iuſti:& congratulantur omnes ſancti. Oratio.

VEnerãda nobis domine huius diei feſtiuitas opẽ conferat ſalutarem: in qua ſancta dei genitrix mortem ſubijt temporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: quę filium tuum dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ de ſe genuit incarnatum. Qui tecum viuit.

¶ Prędicta oratio tantùm dicatur hodie: ſequẽs verò dicatur per octa. cum ſua ſacra, & poſt communio. Oratio.

FAmulorum tuorum quęſumus dñe delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus. genitricis filij tui dñi dei noſtri interceſsione ſaluemur. Per eũd.

¶ Lectio libri Sapientiæ. Cantico. Capite. iij. iiij. & vj.

EGredimini & videte filiæ Siõ regem Salomonem: in diademate quo coronauit eum mater ſua: in die deſpõſationis illius:& in die lætitię cordis

dis eius. Quàm pulchra es amica mea: quàm pulchra es: oculi tui columbarũ: abſq; eo quod intrinſecus latet. Tota pulchra es amica mea: & macula nõ eſt in te. Veni de Libano ſponſa mea: veni de Libano: veni coronaberis. Quàm pulchrę ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſpõſa. Pulchriora ſunt vbera tua vino: & odor vnguentorum tuorum ſuper oĩa aromata. Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor thuris. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus fons ſignatus. Emiſsiones tuæ paradiſus malorũ punicorum: cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo: nardus & crocus: fiſtula & cinnamomũ cum vniuerſis lignis Libani: myrrha & aloe: cũ omnibus primis vnguẽtis. Fons hortorum puteus aquarum viuẽtium: quæ fluũt impetu de Libano. Vna eſt columba mea perfecta mea: vna eſt matris ſuæ: electa genitricis ſuæ. Viderũt eam filiæ Sion: & beatiſsimam prędicauerunt: reginæ & concubinę: & laudauerunt eam. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens? Pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis: vt caſtrorũ acies ordinata. ℟. Propter veritatẽ & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia & vide: & inclina aurem tuã: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. Alleluia. ℣. Hodie virgo Maria cęlos aſcendit: gaudete: quia cum Chriſto regnat in æternum.

¶ Euangelium ſecundùm Lucam. Capite. x.

IN illo tempore: Intrauit dominus Ieſus in quoddã caſtellum: & mulier quędã Martha nomine: excepit illũ in domum ſuam. Et huic erat ſoror: nomine Maria. Quæ etiam ſedens ſecus pedes dñi: audiebat verbum illius. Martha autem: ſatagebat circa frequens miniſteriũ. Quæ ſtetit: & ait. Domine: non eſt tibi curæ: quòd ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et reſpondens: dixit illi dominus. Martha Martha ſolicita es: & turbaris erga plurima.

Porrò

Porrò vnum eſt neceſſariū. Maria optimā partē elegit: quę nō auferet ab ea. Credo. fol. cxcv. Offer. Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum & in ſeculum ſeculi. Sacra.

SVbueniat dñe plebi tuæ dei genitricis oratio: quā & ſi pro conditione carnis migraſſe cognoſcimus: in cæleſti gloria apud te pro nobis orare ſentiamus. Per eund. Præfatio. Eterne deus. Et te in aſſumptione beatæ Marię exultantibus animis laudare benedicere: & prædicare. fo. ccij. & cætera. Comm. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus. Poſt cōmu.

MEnſæ cæleſtis participes effecti: imploramus clementiā tuā dñe deus noſter. vt qui feſta dei genitricis colim⁹: à malis imminētibus eius interceſsione liberemur. Per eund.

¶ Per octa. beatæ virginis Mariæ. Officium.

AVe ſpes noſtra dei genitrix virgo Maria: quę meruiſti portare regem cælorū & dominum. ℣. Angelorū etenim laude digna es: omnibus nimis veneranda. Aliud Officium. Salue ſancta. fo. cccxviij. Oratio. Famulorum tuorū. vt ſupra. Cū ſua ſacra & poſt cō. ¶ Lectio libri Sapien. Eccleſiaſti. c. xxiiij.

IN omnibus requiem quęſiui: & in hæreditate domini morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator omniū: & qui creauit me: requieuit in tabernaculo meo: & dixit mihi. In Iacob inhabita: & in Iſrael hęreditare: & in electis meis mitte radices. Et ſic in Sion firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hæreditas illius: & in plenitudine ſanctorū detētio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano: & quaſi cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades: & quaſi plantatio roſæ in Hierico. Quaſi oliua ſpecioſa in campis: & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum &

balſa-

balſamum aromatizans: odorem dedi. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. ¶ Lectio li. Sapiētie. Cāti. ij. iij. & iiij.

EGo flos campi & liliū conuallium. Sicut liliū inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarum: ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quē deſiderabā ſedi: & fructus eiꝰ dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem. Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum: ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris: & vniuerſi pulueris pigmentarij? Vadam ad montem myrrhæ: & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea: & macula non eſt in te. Veni de libano ſponſa mea: veni de libano: veni coronaberis. Epiſto. Ab initio & an. fo. cccxiij. Alia. Ego quaſi vitis. fo. cccxviij. ℟. Propter veritatem. vt ſupra. Aliud. Bn̄dicta & venerabi. fo. cccxviij. A lleluia. ℣. Aſſumpta eſt Maria in cælum: gaudent angeli: collaudantes benedicūt dominū. Aliud. A lleluia. ℣. Ecce adeſt dies pręclarus: in quo dei genitrix cælos aſcendit. Aliud. A lleluia. ℣. Vidi ſpecioſam ſicut colūbam: & circundabant eam flores roſarum & lilia conuallium. Aliud. A lleluia. ℣. Felix es ſacra virgo Maria & omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ. Aliud. A llſa. ℣. Hodie virgo Maria. fol. cccxix. ¶ Euāgel. ſecundum Lucā. c. j.

IN illo tempore: Repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth: & exclamauit voce magna: & dixit ad beatam Mariā. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidiſti: quoniam perficiētur ea quæ dicta ſunt tibi à domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominū. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Aliud Euāg. Loquente dn̄o. fol. cccxviij.

Offer.

Offert. Fœlix valde es ſacra virgo Maria: & omni laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię Chriſtus deus noſter. Aliud offer. Felix nãq; es ſacra virgo Maria: & omni laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter all'a. Aliud. Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternũ & in ſeculũ ſeculi. Aliud offer. Aue Maria gratia plena: dn̄s tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Cõmu. Beata viſcera Mariæ virginis: quæ portauerunt ęterni patris filium. Alia. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus.

¶ Dñica infra octa. Officium.

AVe ſpes noſtra dei genitrix virgo Maria: quę meruiſti portare regem cælorũ & dominũ. ℣. Angelorum etenim laude digna es: omnibus nimis veneranda. Oratio.

FAmulorum tuorũ quæſumus dn̄e delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris nõ valemus. genitricis filij tui domini dei noſtri interceſsione ſaluemur. Per eũdem. Epiſto. Ab initio. vt ſupra. fo. cccxiij. ℟. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris effecta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia. ℣. Ecce adeſt dies præclarus: in quo dei genitrix cælos aſcendit. Euangelium. Repleta eſt ſpiritu ſancto. fol. cccxx. Offertoriũ. Felix nanq; es ſacra virgo Maria: & omni laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. Sacra.

SVbueniat dn̄e plebi tuæ dei genitricis oratio: quã & ſi pro conditione carnis migraſſe cognoſcimus. in cæleſti gloria apud te pro nobis orare ſentiamus. Per eundem dominum. Cõmunio. Beata viſcera Mariæ. vt ſupra. Poſt cõmunio.

MEnſę cæleſtis participes effecti: imploramus clementiam tuam domine deus noſter. vt qui feſta dei genitricis colimus: à malis imminentibus eius interceſsione liberemur. Per eundem.

¶ Sanċti Rochi confeſſoris.
Officium.

COngratulamini omnes in domino: diem beati Rochi commemorantes: in cuius cõmemoratione lætatur eccleſia: plebs exultat:& angeli dulces dant melodias dicentes: gloria tibi domine qui talem confeſſorem elegiſti. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus qui es glorioſus in gloria ſanċtorum:quiq; cunċtis ad eorum patrocinia cõfluentibus ſuæ petitionis ſalutarem præſtas effeċtum. concede plebi tuæ: vt intercedente beato Rocho cõfeſſore tuo, quæ in eius celebritate ſe deuotam exhibet: à languore & epidimiæ peſte quã in ſuo corpore pro tui nominis gloria paſſus eſt ſit liberata:& tuo nomini ſemper ſit deuota. Per dominum. Epiſto. Memor eſto. fo. ccxxxij. ℟. Domine præueniſti eum in benediċtionibus dulcedinis:poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt:& tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante dominum. Euang. Vigilate: quia neſcitis. fo. ccxxxvj. Offert. Deſiderium animę eius tribuiſti ei dñe: & voluntate labiorum eius nõ fraudaſti eũ. Poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. Sacra.

PArce nobis domine:& flagella iræ tuæ quæ peccata noſtra merentur: precibus & meritis beatiſsimi confeſſoris tui Rochi à nobis miſericorditer auerte. Per dñm. Præfatio. Qui imminentem. fol. ccxiiij. Cõmu. Beatus ſeruus quẽ cùm venerit dominus: inuenerit vigilãtẽ. Amen dico vobis:ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt cõm.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt qui cæleſtia alimenta percepimus. intercedente beato Rocho confeſſore tuo. per hæc contra omnia aduerſa mundi muniamur:ac ab omni morbo & peſte ac ſubitanea morte liberemur. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. &c.

¶ In

¶In octauo die ſancti Laurentij. Ad miſſam. Officium.

PRobaſti domine cor meũ: & viſitaſti nocte: igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas. ℣. Exaudi domine iuſtitiam meam: intẽde deprecationem meam. Oratio.

EXcita domine in eccleſia tua ſpiritum: cui beatus Laurẽtius leuita ſeruiuit. vt eodem nos replente ſtudeamus amare quod amauit: & opere exercere quod docuit. Per. eiuſdem. Epiſtola. Qui parcè ſeminat. fo. cccxvj. ℟. Probaſti domine cor meum: & viſitaſti nocte. ℣. Igne me examinaſti: & non eſt inuẽta in me iniquitas. Alleluia. ℣. Hic eſt verè martyr: qui pro Chriſto ſanguinem ſuum fudit: & ideo regnat cum illo. Euãgelium. Si quis vult. fo. ccxxxij. Offerto. In virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Sacra.

SAcrificium noſtrũ tibi domine quęſumus beati Laurentij precatio ſancta cõciliet: vt cuius honore ſolẽniter exhibetur. meritis efficiatur acceptum. Per dominum. Cõmu. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuã: & ſequatur me. Poſt cõmunio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis cæleſtibus ſatiaſti: intercedente beato Laurentio martyre tuo: perpetua ꝓtectione cuſtodias. Per dominum noſtrũ.

¶ Agapiti martyris. Ad miſſam. Officium.

LAEtabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. ℣. Exaudi deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

LÆtetur eccleſia tua deus beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs: atq; eius precibus glorioſis. & deuota permaneat & ſecura conſiſtat. Per dominum. Ep̃la. Iuſtus ſi morte. fo. ccxxxij. ℟. Poſuiſti domine ſuper caput eius: coronã de lapide pretioſo. ℣. Deſiderium animę eius tribuiſti ei: & volũtate labiorũ

eius non fraudaſti eum. Alleluia. ℣. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit: accipiet coronam vitæ. Euangeliũ. Si quis vult. fol. ccxxxij. Offer. In virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Sacra.

SVſcipe dñe munera quæ in eius ſolennitate deferimus: cuius non confidimus patrocinio liberari. Per. Cõm. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum dñe. Poſt cõm.

SAtiaſti domine familiam tuã muneribus ſacris: eius quæſumus ſemper interuentione nos refoue. cuius ſolennia celebramus.

¶ Ludouici confeſſoris de ordine fratrum minorum. Ad miſſam maiorem. Officium.

GAudeamus oẽs in domino: diem feſtum celebrantes ſub honore Ludouici confeſſoris: de cuius feſtiuitate gaudẽt angeli: & collaudant filium dei. ℣. Gaudent angeli & exultant archangeli lætantur iuſti: & congratulantur omnes ſancti. Vel dicatur Officium. Statuit ei dominus teſtamentum. fol. cccij. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuam diſpenſatione mirabili nouis ſemper illuſtras ſanctorum ſplendoribus: tribue quæſumus. vt qui beati Ludouici confeſſoris tui atq; põtificis ſolennia veneramur: ad eius conſortiũ fœliciter perducamur. Per dominum. ¶ Lectio libri ſapientiæ. Capite. viij.

IVuenis acutus inueniar in iudicio: & in conſpectu potentium admirabilis ero: & facies principum mirabũtur me. Tacentem me ſuſtinebunt: & loquentem reſpicient: & ſermocinãte me plura: manus ori ſuo imponent. Propterea habebo per hanc immortalitatẽ: & memoriam ęternam his qui poſt me ſunt futuri relinquam. Diſponam populos: & nationes mihi erunt ſubiectæ. Timebunt me audientes reges horrendi. In multitudine videbor bonus: & in bello fortis. Intrãs in domum meam conquieſcã cum

cũ illa. Non enim habet amari tudinem cõuerſatio illius: nec tædium conuictus ipſius: ſed lętitiam & gaudium. Hæc cogitans apud me: & commemorans in corde meo: quoniã immortalis eſt in cogitatione ſapientia: & in amicitia illius delectatio bona: & in operibus manuũ illius honeſtas ſine defectione: & in certamine loquelæ illius ſapientia: & præclaritas in communicatione ſermonum ipſius. Circuibam quærens: vt illam mihi aſſumerem. Puer autem eram ingenioſus: & ſortitus ſum animam bonã. Et cùm eſſem magis bonus: veni ad corpus incoinquinatum. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Nõ eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Alleluia. ℣. Roſa vernãs charitatis: lilium virginitatis: ſtella Ludouicus: vas ſynceræ puritatis: riuus dulcis pietatis: pater & amicus. ¶ Euangelium ſecundùm Matthęum. Cap. xix.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Sinite paruulos: & nolite prohibere eos ad me venire. Taliũ eſt enim regnum cælorum. Et cũ impoſuiſſet eis manus: abijt inde. Et ecce vnus accedens: ait illi. Magiſter bone: quid boni faciam: vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei. Quid me tẽtatis de bono? Vnus eſt bonus deus. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata. Dicit illi. Quæ? Ieſus autem dixit. Non homicidium facies: non adulterabis: non facies furtum: non falſum teſtimoniũ dices. Honora patrem tuum & matrem tuam: & diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens. Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus. Si vis perfectus eſſe: vade & vende omnia quæ habes: & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo. Et veni: ſequere me. Offerto. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quæ in libano eſt multiplicabitur. Sacra.

SAcrificia domine quæ in honore beati Ludouici cõfeſſoris tui atq; pontificis tuæ offerrimus maieſtati: nobis ſint

ad ſalutis efficaciam. & tuæ pla
cita pietati. Per dñm. Commu.
Beatus ſeruus: quem cùm venerit
dominus inuenerit vigilantẽ: amen
dico vobis: ſuper omnia bona ſua
conſtituet eum. Poſt cõmunio.

IMmenſam clemẽtiam tuã
omnipotẽs ęterne deus ſup
pliciter exoramus: vt interce-
dente beato Ludouico confeſ
ſore tuo atq; pontifice. per hæc
ſancta quę ſumpſimus: cuncta
nobis aduerſantia te adiuuan-
te vincamus. Per dominum.

¶ Bernardi abba. Dicatur miſ-
ſa vt. iiij. in capis priua. Ad
miſſam maiorem. Officium.

IN medio eccleſię
aperuit os eius: &
impleuit eum do-
minus ſpiritu ſapiẽ
tiæ: & intellectus:
ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucun-
ditatem & exultationem theſauri-
zauit ſuper eum. Oratio.

PErfice quæſumus domine
pium in nobis ſanctę reli-
gionis effectum: & ad obtinẽ-
dum tuæ gratiæ largitatẽ. bea-
tus Bernardus abbas & doctor
egregius: ſuis apud te ſemper
pro nobis meritis & precibus
intercedat. Per dominum no-
ſtrum. Alia oratio Filiberti.

EXcita domine in eccleſia
tua ſpiritum: cui beatus Fi
libertus abbas ſeruiuit. vt eodẽ
nos replente ſtudeamus ama-
re quod amauit: & opere exer-
cere quod docuit. Per. eiuſdẽ.
Epiſto. Dilectus deo & homi.
fo. ccxxxiiij. ℟. Domine pręue-
niſti eũ in benedictionibus dulcedi
nis: poſuiſti in capite eius coronam
de lapide pretioſo. ℣. Vitã petijt:
& tribuiſti ei lõgitudinem dierum
in ſeculum ſeculi. Alleluia. ℣. Iu
ſtus germinabit ſicut lilium: & flo-
rebit in æternum ante dominum.
Euangel. Dixit Simon Petrus
ad do. fol. ccxxxviij. Offerto.
Deſiderium animæ eius tribuiſti ei
dñe: & voluntate labiorũ eius non
fraudaſti eũ: poſuiſti in capite eius
coronã de lapide pretioſo. Sacra.

GRata tibi ſit deus huius
oblatio ſacramẽti: quod
in memoriam dñicæ paſsionis
tuę offerimus maieſtati. Qui te
cum viuit. Alia ſacra Filiberti.

SAcrificium noſtrũ tibi do
mine quæſumus beati Fi-

liberti precatio ſancta concilie: vt cuius honore ſolenniter exhibetur: meritis efficiatur acceptum. Per dominum. Communio. Amen dico vobis: quòd vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me: cẽtuplũ accipietis: & vitã æternam poſsidebitis. Poſt cõm.

TVum in nobis omnipotens deus: cibus quẽ ſumpſimus operetur effectũ, vt incorporet nos ſibi eſus edentes. Qui tecum viuit & regnat. Alia poſt cõmunio. Filiberti.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis cęleſtibus ſatiaſti: intercedẽte beato Filiberto abbate: perpetua ꝓtectione cuſtodias. Per dominum. ¶ In octauo die ſanctæ Mariæ virginis: omnia fiãt ſicut in die: excepto quòd dicitur oratio. Famulorum tuorũ. & A lľa. Aſſumpta eſt. & Euangelium. Intrauit dominus Ieſus. fol. cccxix.

¶ Timothei atq; Simphoriani martyrum. Officium.

SAlus autem iuſtorũ à domino: & protector eorũ eſt in tempore tribulationis. ℣. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

AVxilium tuũ nobis dñe quæſumus placatus impende: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo atq; Simphoriano: dexterã ſuper nos tuæ protectionis extẽde. Per. Epľa. Scimus quoniã. Maior. fol. ccxxiij. ℟. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum: qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorũ eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terræ. Alleluia. ℣. Iuſti epulentur: & exultent in conſpectu dei: delectẽtur in lætitia. Euangel. Cùm audieri. fol. ccxxix. Offerto. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus deus alleluia. Sacra.

ACcepta tibi ſit dñe ſacratę plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorũ: quorũ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per. Cõmunio. Ego vos elegi de mũdo: vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Poſt cõm.

DIuini muneris largitate ſatiati quęſumus domine deus noſter: vt intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo atq; Simphoriano: in eorum ſemper participatione viuamus. Per dominum.

¶ Bartholomæi apoſt. Officiũ.

MIhi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. ℣. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã & reſurrectionem meã. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui huius diei venerãdam ſanctamq; lætitiam: in beati apoſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti: da eccleſiæ tuæ quæſumus: & amare quod credidit: & prædicare quod docuit. Per. Epiſto. Vnicuiq;. fo. ccxxiij. ℟. Conſtitues eos principes ſuper omnem terrã: memores eruntnominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebũtur tibi. Alleluia. ℣. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Euange. Miſit dominus Ieſus. fol. ccxxiiij. Credo. fol. cxcv. Offerto. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Sacra.

SAcrandũ tibi domine munus offerimus: quo beati Bartholomæi apoſtoli ſolẽnia recolẽtes: purificationem quoque noſtris mentibus imploramus. Per dñm. Pręfatio. Te domine ſuppliciter. fol. cciij. Cõ. Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cùm ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael. Poſt cõmu.

SVmpſimus domine pign' æternę ſalutis: celebrantes beati Bartholomęi apoſtoli tui votiua ſolẽnia: & perpetua merita venerantes: ad vitam quęſumus nutriamur æternã. Per.

¶ Geneſij martyris. Officium.

IN virtute tua dñe lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehemẽter: deſiderium animæ eius tribuiſti ei. ℣. Quoniam præue-

prçueniſti eum in benedictionibus dulcedinis:poſuiſti in capite ei⁹ coronam de lapide pretioſo. Oratio.

DEus qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deficere:ad amorem tuum nos miſericorditer per ſanctorum tuorum exēpla reſtaura.Per. Epiſt. Memor eſto.fo. ccxxxij. ℟.Domine præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis : poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣.Vitam petijt:& tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi.Alleluia.℣. Iſte ſanctus dignè in memoriam vertitur hominum: qui ad gaudium tranſijt angelorũ. Euangelium. Nolite arbitrari. fo.ccxxviij.Offertorium.Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo: vitam petijt à te: & tribuiſti ei alleluia. Sacra.

MYſterij huius dñe nobis proſit oblatio: quæ nos & à reatibus noſtris expediat: & perpetua ſaluatione cõfirmet. Per. Cõ.Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum:& tollat crucẽ ſuã:& ſequaĩ me.Poſtcõ.

QVæſumus omnipotens deus: vt reatum noſtrum munera ſacra purificent: & rectè viuendi nobis operentur effectum.Per dominum.

¶ Auguſtini epiſcopi. Ipſo die Iuliani & Hermetis.Miſſa matutina. dicitur de eis.Officium

MVltæ tribulationes iuſtorum : & de his omnib⁹ liberauit eos dominus : dominus cuſtodit omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur. ℣. Benedicam dñm in omni tẽpore : ſemper laus eius in ore meo. Oratio.

DEus qui beatos martyres tuos Hermetem atq; Iulianum virtute conſtantiæ in paſsione roboraſti : ex eorũ nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere:& nulla eius aduerſa formidare. Per. Epl'a. Reſpondens. fo. ccxxviij.℟. Glorioſus deus in ſanctis:mirabilis in maieſtate:faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute : dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia. ℣. Iudicabunt ſancti nationes:& dominabuntur populis:& regnabit illorum rex in æternum. Euangelium. Deſcendens do-

 minus

minus Ieſus.fo ccxxviij. Offer. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ:laqueus cõtritus eſt:& nos liberati ſumus.Sa.

SAcrificiũ tibi domine laudis offerimus in tuorũ cõmemoratione ſanctorum: da quæſumus: vt quod illis contulit ad gloriam: nobis proſit ad ſalutem.Per.Cõmu. Multitudo languentium & qui vexabantur à ſpiritibus immundis veniebant ad eum quia virtus de illo exibat:& ſanabat omnes. Poſt communio.

REpleti dñe benedictione cæleſti quæſumus clemẽtiam tuam: vt intercedentibus beatis martyribus tuis Hermete atq; Iuliano: quæ humiliter gerimus: ſalubriter ſentiamus. Per dominum noſtrum.

¶ Ad miſſam maiorem ſancti Auguſtini.vt.iiij.in cap.Offm̃.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum: & nomine æterno hęreditauit illum dominus deus noſter. Oratio.

ECcleſiam tuã domine benignus illuſtra: vt bt̃i Auguſtini confeſſoris tui atq; pontificis illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum.Epiſto.Optaui. fo. ccxxxviij.℞. Sacerdotes eius induãt ſalutare:& ſancti eiꝰ exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid:paraui lucernam Chriſto meo .Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante dominum. Euangeliũ. Vos eſtis ſal.fo.ccxxxix. Offer. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

SVſcipe munera dñe quæ in eius tibi ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.Per. Cõm. Dñe quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cõſtituã intra in gaudium dñi tui. Poſt cõ.

REfecti cibo potuq; cęleſti dñe deus noſter: te ſupplices deprecamur: vt in cuius hęc comme-

cõmemoratione percepimus:
eius muniamur & precibus.
Per dominum noſtrum.

¶Decollatio S. Ioannis bapti-
ſtæ.Ipſo die Sabinæ virgi. miſ-
ſa matu.dicatur de ea. Officiũ.

COgnoui dñe qa ęqui
tas iudicia tua: & in
veritate tua humilia
ſti me: confige timo
re tuo carnes meas: à mandatis tuis
non me repellas. ℣. Beati immacu
lati in via: qui ambulant in lege do
mini. Oratio.

DEus qui inter cætera po-
tentiæ tuę miracula:etiã
in ſexu fragili victoriam mar-
tyrij contuliſti:concede propi-
tius:vt cuius natalitia colimus:
per eius ad te exempla gradia-
mur.Per. Epľa. Qui gloriatur.
fol. ccxl. ℟. Concupit rex decorẽ
tuum: quia ipſe eſt dominus deus
tuus. ℣. Audi filia & vide: & incli-
na aurem tuam: & obliuiſcere po-
pulum tuum & domum patris tui.
Alleluia. ℣. Ecce prudens virgo
migrauit ad Chriſtum: fulgens in-
ter choros virginum:ſicut ſol in vir
tute cæleſti. Euangelium. Simi
le eſt regnum cęlorum theſau.
fol.ccxlj. Offertorium. Filiæ re
gum in honore tuo: aſtitit regina à
dextris tuis in veſtitu deaurato cir-
cundata varietate. Sacra.

HOſtias tibi domine bea-
tæ Sabinæ martyris tuæ
dicatas meritis benignus aſſu-
me:& ad perpetuum nobis tri-
bue prouenire ſubſidium. Per.
Communio. Principes perſecuti
ſunt me gratis: & à verbis tuis for-
midauit cor meum: lætabor ego ſu
per eloquia tua: ſicut qui inuenit
ſpolia multa: cõcupiuit anima mea
teſtimonia tua domine: & dilexit
ea vehementer. Poſt commu.

DIuini muneris largitate
ſatiati quæſumus domi-
ne deus noſter:vt intercedente
beata Sabina martyre tua, in
eius ſemper participatione vi-
uamus.Per dominum.

¶ Ad miſſam maiorem de De
collatione Ioan.bapti.Officiũ.

DE ventre matris
meæ vocauit me
dominus nomine
meo: & poſuit os
meum vt gladium
acutum: ſub tegumento manus
ſuæ protexit me: & poſuit me
quaſi

quaſi ſagittam electam. ℣. Bonum eſt confiteri domino:& pſallere nomini tuo altiſsimè. Oratio.

SAncti Ioannis baptiſtę & martyris tui domine quæſumus veneräda feſtiuitas:ſalutaris auxilij nobis præſtet effectum.Per dominum.

¶ Ad Hebræos. Capite.xj.

FRatres : Sancti ludibria & verbera experti:inſuper & vincula & carceres : lapidati ſunt:ſecti ſunt:tentati ſunt : in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis: in pellibus caprinis . Egentes anguſtiati afflicti;quibus dignus nõ erat mundus . In ſolitudinibus errantes:in montibus & in ſpeluncis: & in cauernis terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt.In Chriſto Ieſu:domino noſtro. ℟. Priuſquã te formarẽ in vtero noui te:& antequam exires de ventre ſanctificaui te. ℣. Miſit dominus manum ſuã: & tetigit os meum : & dixit mihi. Alleluia. ℣. Metuebat Herodes Ioannem : ſciens eum virum iuſtũ & ſanctum : & cuſtodiebat eum.

¶ Euãge.ſecundũ Marcũ.c.vj.

IN illo tempore: Miſit Herodes ac tenuit Ioannẽ:& vinxit eum in carcerẽ:propter Herodiadem vxorẽ Philippi fratris ſui:quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi.Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui.Herodias autem inſidiabatur illi:& volebat eum occidere:nec poterat.Herodes autem metuebat Ioannẽ : ſciens eum virũ iuſtum & ſanctum: & cuſtodiebat eũ. Et audito eo multa faciebat:& libenter eum audiebat . Et cũ dies opportunus accidiſſet : Herodes natalis ſui cœnã fecit principibus & tribunis: & primis Galilææ . Cũque introijſſet filia ipſius Herodiadis & ſaltaſſet: & placuiſſet Herodi ſimulq; recũbentibus:rex ait puellæ. Pete à me quod vis: & dabo tibi.Et iurauit illi:quia quicquid petieris dabo tibi : licèt dimidium regni mei. Quæ cũ exiſſet:dixit matri ſuę.Quid petam?At illa dixit.Caput Ioãnis baptiſtæ . Cũque introijſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem : petiuit dicens . Volo : vt protinus des mihi in diſco: caput

put Ioannis baptiſtæ.Et contriſtatus eſt rex. Propter iuſiurandum & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtari: ſed miſſo ſpiculatore: præcepit afferri caput eius in diſco.Et decollauit eum in carcere:& attulit caput eius in diſco : & dedit illud puellæ:& puella dedit matri ſuę.Quo audito diſcipuli eiꝰ venerunt: & tulerunt corpus eius.Et poſuerunt illud:in monumento. Offertorium. Miſit rex ſpiculatorem: & præcepit amputari caput Ioãnis in carcere:quo audito diſcipuli eius venerunt:& ſepelierunt illud alleluia. Sacra.

MVnera quę tibi domine, pro ſancti martyris tui Ioannis baptiſtæ paſsione deferimus:qui dum finitur in terris, factus eſt cæleſti ſede perpetuꝰ: quæſumus vt eius obtentu nobis proficiant ad ſalutem.Per. Cõmu. Ite dicite Ioanni : cæci vident:ſurdi audiũt:mortui reſurgũt: & beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me. Poſt communio.

COnferat nobis domine ſancti Ioannis baptiſtæ vtrũque ſolẽnitas: vt & magnifica ſacramẽta quę ſumpſimus dignè veneremur, & nobis potiùs ædita gaudeamus. Per do.

¶ Felicis & Adaucti martyrũ. Officium.

SApientiam ſanctorũ narrẽt populi: & laudem eorum nuntiet eccleſia: nomina autẽ eorũ viuent in ſeculum ſeculi. ℣. Exultate iuſti in domino:rectos decet collaudatio. Oratio.

MAieſtatem tuam domine ſupplices deprecamur:vt ſicut nos iugiter ſanctorum tuorum commemoratione lætificas, ita eorum ſemper ſupplicatione defendas.Per dominum. Epiſtola. Expectatio iuſtorum. fo. ccxxvij. ℟. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt:& nõ tanget illos tormentum malitię. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori:illi autẽ ſunt in pace. Alleluia. ℣. Fulgebunt iuſti:& tanquam ſcintillę in arũdineto diſcurrent in æternum. Euange. Attendite à fer. folio. ccxxvij. Offert. Fulgebunt iuſti: & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent:iudicabunt gentes: & regnabunt in æternum alľa. Sacra.

Hoſtias

Hoſtias domine tuæ plebis intẽde: & quas in honore ſanctorum tuorum deuota mente celebrat, proficere ſibi ſentiat ad ſalutem. Per dominum. Commnio. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine dicit dñs: & quod in aure auditis: prædicate ſuper tecta. Poſt commu.

Repleti domine muneribus ſacris: quæſumus intercedentibus ſanctis tuis: vt in gratiarum ſemper actione maneamus. Per dominum.

¶ Ægidij abbatis. Officium.

Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Excita dñe in eccleſia tua ſpiritum: cui beatus Ægidius abbas ſeruiuit, vt eodem nos replente ſtudeamus amare quod amauit: & opere exercere quod docuit. Per. eiuſdẽ.

Epiſtola. Beatus vir qui inuentus. fo. ccxxxij. ℟. Domine pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierũ in ſeculum ſeculi. Alla. ℣. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudiciũ. Euangeliũ Qui vos au. fo. ccxxxix. Offerto. In virtute tua domine lętabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Sacra.

Sacrificium noſtrũ tibi domine quęſumus beati Ægidij precatio ſancta conciliet: vt cuius honore ſolenniter exhibetur, meritis efficiatur acceptum. Per dñm. Communio. Magna eſt gloria eiꝰ in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorẽ impones ſuper eũ dñe. Poſt commu.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis cæleſtibus ſatiaſti, intercedẽte beato Ægidio abbate: perpetua protectione cuſtodias. Per.

¶ Antonini martyris. Officiũ.

Lætabitur iuſtus in dño: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. ℣. Exaudi deus orationẽ

orationē meā cū deprecor: à timo
re inimici eripe animā meā. Orõ.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos noſeſſe cognoſcimus, beati Antonini martyris tui interceſsione liberemur. Per. Epiſtola. Iuſtus ſi morte. fo. ccxxxij. ℟. Poſuiſti domine in capite eius coronā de lapide pretioſo. ℣. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei:& voluntate labiorum eius non fraudaſti eū. Alleluia. ℣. Lętabitur iuſtus in domino:& ſperabit in eo: & laudabūtur omnes recti corde. Euangel. Nolite arbitrari. folio. ccxxix. Offertorium. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo: vitam petijt à te: tribuiſti ei alleluia. Sacra.

MVneribus noſtris quęſumus domine precibuſque ſuſceptis:& cæleſtibus nos munda myſterijs, & clemēter exaudi. Per dominum. Cōmu. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuā: & ſequatur me. Poſt communio.

QVæſumus omnipotens deus: vt qui cæleſtia alimenta percepimus: intercedēte bt̄o Antonino martyre tuo: per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum.

¶ Marcelli martyris. Officiū.

IVſtus nō cōturbabitur: quia dn̄s firmat manus eius: tota die miſeretur & cōmodat:& ſemen eius in benedictione erit in æternū conſeruabitur. ℣. Noli æmulari in malignātibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatē. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt qui beati Marcelli martyris tui natalitia colimus, interceſsione eiꝰ in tui nominis amore roboremur. Per. Epiſtola. Memor eſto. folio. ccxxxij. ℟. Iuſtus non conturbabitur: quia dominus firmat manum eius. ℣. Tota die miſeretur & commodat:& ſemen eius in benedictione erit. Alleluia. ℣. Hic eſt verè martyr: qui pro Chriſto ſanguinem ſuum fudit: & ideo regnat cū illo. Euangelium. Si quis vult. folio. ccxxxij. Offertorium. In virtute tua domine lætabitur iuſtus:& ſuper ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſiderium animę eius

tribuiſti

tribuiſti ei.Sacra. Muneribus.vt ſupra.Cõmu. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo. Poſt communionem.

DA quæſumus dñe deus noſter:vt ſicut tuorũ cõmemoratione ſanctorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo lętemur aſpectu.Per.

❧ Natiuitas beatiſsimę virginis Marię.Ipſo die Adriani martyris:Miſſa matu. dicatur de eo. Officium.

LÆtabitur iuſtus in dño: & ſperabit in eo:& laudabuntur omnes recti corde.℣. Exaudi deus orationẽ meã cũ deprecor:à timore inimici eripe animã meã.Orõ.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt intercedente beato Adriano martyre tuo, & à cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore: & à prauis cogitationibus mundemur in mẽte.Per.Epiſto. Iuſtus ſi.fol. ccxxxij. ℟. Domine præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo.℣. Vitam petijt& tribuiſti ei longitudinẽ dierum in ſeculum ſeculi.A lľa.℣. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniã cũ probatus fuerit:accipiet coronã vitæ.Euange. Ego ſum vitis.fo. ccxlij.Offertorium. Gloria & honore coronaſti eum:& conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

ACcepta ſit in conſpectu tuo domine noſtra deuotio:& eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris,pro cuius ſolẽnitate defertur.Per.Cõmu. Poſuiſti domine in capite eius coronã de lapide pretioſo.Poſt commu.

REfecti participatione muneris ſacri quæſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultum:ſentiamus effectum.Per dominum.

¶ Ad miſſam maiorẽ. Officiũ.

SAlue ſancta parẽs: enixa puerpera regem:qui cælũ terramq; regit in ſecula ſeculorũ.℣. Virgo dei genitrix: quem totus nõ capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Oratio.

Suppli-

SVpplicationem ſeruorum tuorum deus miſerator ex audi: vt qui in natiuitate dei genitricis & virginis congregamur: eius interceſsionibus: à te de inſtantibus periculis eruamur. Per eundem.

¶ Sequens oratio dicitur per octauas. Oratio.

FAmulis tuis domine cæleſtis gratiæ munus imperti re: vt quibus beatæ Mariæ virginis partus extitit ſalutis exordium: natiuitatis eius votiua ſolennitas: pacis tribuat incremẽtum. Per dominum.

¶ Lectio libri Sapientiæ. Prouerbiorum. Capite. viij.

DOminus poſſedit me in initio viarum ſuarũ: antequam quicquã faceret à principio. Ab ęterno ordinata ſum & ex antiquis antequam terra fieret. Necdum erant abyſsi: & ego iam concepta eram. Necdum fontes aquarũ eruperant: necdũ montes graui mole conſtiterant. Ante omnes colles: ego parturiebar. Adhuc terrã non fecerat & flumina: & cardines orbis terræ. Quando præparabat cælos aderam: quãdo certa lege & gyro vallabat abyſſos. Quando æthera firmabat ſurſum: & librabat fontes aquarũ. Quando circundabat mari terminum ſuum: & legẽ ponebat aquis: ne trãſirẽt fines ſuos. Quãdo appendebat fundamẽta terræ: cum eo erã cuncta cõponens. Et delectabar per ſingulos dies: ludens coram eo omni tẽpore: ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ eſſe cũ filijs hominum. Nunc ergo filij audite me: beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinã & eſtote ſapientes: & nolite abijcere eã. Beatus homo qui audit me: qui vigilat ad fores meas quotidie: & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit inueniet vitam: & hauriet ſalutem à dño. ℟. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris effecta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus nõ capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. A lla.

℣. Natiuitas tua dei genitrix virgo: gaudiũ attulit vniuerſo mũdo: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię Chriſtus

deus noſter. ¶Initiũ ſancti euangelij ſecundùm Matthæum.

LIber generatiõis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abrahã. Abrahã genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zarã de Thamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſon. Naaſon autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Ieſſe: Ieſſe autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonẽ ex ea quæ fuit Vrię: Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Aſa: Aſa autem genuit Ioſaphat: Ioſaphat aũt genuit Iorã. Iorã autem genuit Oziã: Ozias autem genuit Ioathan: Ioathã autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam: Ezechias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amõ: Amon autem genuit Ioſiam. Ioſias autem genuit Iechoniã & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Et poſt tranſmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salathiel: Salathiel autẽ genuit Zorobabel. Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autẽ genuit Sadoch. Sadoch autẽ genuit Achim: Achim autẽ genuit Eliud. Eliud autẽ genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ. De qua natus eſt Ieſus: qui vocatur Chriſtus. Credo. fol. cxcv. Offertorium. Fœlix nanque es ſacra virgo Maria: & omni laudẽ digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter alleluia. Sacra.

VNigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas, vt qui natus de virgine, matris integritatẽ nõ minuit ſed ſacrauit: in natiuitatis eius ſolennitate, à noſtris nos piaculis exuẽs: oblationem noſtrã ſibi faciat acce-

acceptam Ieſus Chriſtus filius tuus dominus noſter.Qui tecũ viuit & regnat. Præfatio.Eterne deus.Et te in natiuitate. fol. ccij. Commu.Beata viſcera Mariæ virginis:quæ portauerunt æterni patris filium. Poſt communio.

SVmpſimus dñe celebritatis annuæ votiua ſacramẽta:præſta quæſumus. vt & temporalis nobis vitæ remedia prębeant & ęternæ.Per dominũ.

¶ Per octa.beatæ Mariæ virginis.Officia quæ ſequuntur.

AVe ſpes noſtra dei genitrix virgo Maria:quę meruiſti portare regem cælorũ & dominum. ℣. Angelorum etenim laude digna es: omnibus nimis veneranda. Aliud officium. Salue ſancta parẽs. vt ſupra.Oratio.Famulis tuis. vt ſupra.Cum ſua ſacra & poſt communio. Epiſtola.Ego quaſi vitis. folio. ccxviij. Alia Ego flos campi. fo. cccxx. Alia. Ab initio.fol. cccxiij. ℟. Benedicta & venerabilis. folio.cccxxj. Alleluia. ℣. Corde & animo Chriſto canamus gloriam:in his ſacris ſolennijs Mariæ. Aliud.Alleluia.℣. Natiuitas glorioſæ virginis Mariæ ex ſemine Abrahę:orta de tribu Iuda:clara ex ſtirpe Dauid. Aliud. Alleluia. ℣.Fœlix es ſacra virgo Maria:& omni laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ. Aliud. Alleluia. ℣. Virga Ieſſe floruit: virgo deum & hominem genuit, pacem deus reddidit,in ſe reconcilians ima ſummis. Aliud. Alleluia. ℣. Natiuitas tua dei genitrix virgo. vt ſupra. Euãgelium.Repleta eſt ſpũ ſancto Eliſabeth. folio. cccxx. Aliud.Loquente domino Ieſu. folio.cccxviij. Offertorium. Fœlix nanque es ſacra. folio.cccxxj. Aliud.Fœlix valde es ſacra virgo Maria: & omni laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. Aliud. Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui . Communio. Beata viſcera Mariæ virginis. Alia . Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti inquitatem. Omnia vt folio. cccxxj.

¶ Dominica infra octa.beatæ Mariæ.Officium.

SAlue ſancta parens: enixa puerpera regē: qui cęlū terrāq; regit in ſecula ſeculorum. ℣. Virgo dei genitrix: quē totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Oratio.

FAmulis tuis domine cæleſtitis gratiæ munus impertire: vt quibus beatæ Mariæ virginis partus extitit ſalutis exordium: natiuitatis eius votiua ſolennitas: pacis tribuat incremētum. Per eundē. Epl'a. In omnibus requiē. fol. cccxx. ℟. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris effecta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia. ℣. Corde & animo Chriſto canamus gloriam: in his ſacris ſolennijs Mariæ. Euangelium. Repleta eſt ſpiritu ſancto. fo. cccxx. Offertoriū. Fœlix nanque es ſacra virgo Maria: & omni laude dignisſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię Chriſtus de' noſter. Sacra.

VNigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas: vt qui natus de virgine, matris integritatem nō minuit ſed ſacrauit: in natiuitatis eius ſolennitate, à noſtris nos piaculis exuens: oblationem noſtram ſibi faciat acceptam Ieſus Chriſtus filius tuus dn̄s noſter. Qui tecū. Cōmu. Beata viſcera Mariæ virginis: quæ portauerunt æterni patris filium. Poſt commu.

SVmpſimus domine celebritatis annuę votiua ſacramenta: præſta quæſumus, vt & temporalis nobis vitę remedia præbeant & æternæ. Per dn̄m.

¶ Dorothei atque Gorgonij. Miſſa matutina erit de eis.

¶ Ad miſſam martyrū. Officiū

IVſti epulētur: & exultent in conſpectu dei: & delectētur in lætitia. ℣. Exurgat deus: & diſſipentur inimici ei': & fugiāt qui oderūt eū à facie ei'. Orō.

SAncti tui domine Dorotheus atq; Gorgonius ſua nos intercesſione lætificent: & pia faciant ſolennitate gaudere. Per dominum. Epiſtola. Rememoramini. folio. ccxxvj. ℟. Vindica domine ſanguinē ſanctorum

rum tuorum:qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorũ eſcas volatilibus cæli:carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Allſa. ℣. Sancti tui domine benedicent te:gloriam regni tui dicent. Euangelium. Egrediẽte domino Ieſu. fol. ccxxix. Offerto. Lætamini in dño & exultate iuſti:& gloriamini omnes recti corde. Sacra.

GRata ſit tibi domine noſtræ ſeruitutis oblatio: pro qua ſancti Dorotheus atq; Gorgonius martyres interueniunt. Per dominum. Cõmu. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentũ malitię:viſi ſunt oculis inſipientiũ mori:illi autẽ ſunt in pace. Poſt cõm.

FAmiliam tuam deus ſuauitas illa contingat & vegetet:quæ in martyribus tuis Dorotheo atque Gorgonio Chriſti tui bono iugiter odore paſcatur. Qui tecum viuit.

¶ Sãct. Prothi & Iacinthi martyr. Miſſa matu. erit de eis. Offm̃.

IVdicãt ſancti gentes & dñantur populis: & regnabit dñs deus illorũ imperpetuum. ℣. Exultate iuſti in dño:rectos decet collaudatio. Oratio.

BEati Prothi nos domine & Iacinthi foueat pretioſa confeſsio:& pia iugiter interceſsio tueatur. Per Epiſto. Reddet deus. fo. ccxxvij. ℟. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt:& nõ tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autẽ ſunt in pace. Allſa. ℣. Iuſti epulentur:& exultent in conſpectu dei: & delectentur in lætitia. Euãg. Attẽdite à fer. fo. ccxxix. Offer. Mirabilis deꝰ in ſanctis ſuis: deus Iſrael:ipſe dabit virtutẽ & fortitudinẽ plebi ſuę:bñs deus. Sacra.

PRo ſanctorum tuorũ Prothi & Iacinthi commemoratione munera tibi domine quæ debemus exoluimus:præſta quęſumus, vt remedium nobis perpetuæ ſalutis operentur. Per dominum. Cõmunio. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Poſt commu.

VT percepta nos domine tua ſancta purificẽt: beatorum tuorum Prothi & Iacinthi, quęſumus imploret oratio. Per dominum noſtrum.

¶In exaltatione ſanctæ crucis.

¶Hac die poſt tertiam adoretur crux: ſiue ſit dominica, ſiue alius dies: hoc obſeruato: quòd ſi dñica fuerit: priùs adoret crux poſtea benedicatur aqua.

¶Finita tertia ponantur ſuper gradus tapetia à ſacriſtis: tunc cantor cum ſocio ſuo cappis induti: ſumant crucem de ſuper maius altare palio coopertam: petita priùs venia & verſis vultibus contra conuentũ: diſcoopertaq; cruce imponunt Antiphonam. **Ecce lignum crucis: in quo ſalus mundi pependit: veni te adoremus. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini.** Tunc omnes petunt veniã ſuper genua: illi verò qui crucem tenent: accedant ad gradũ vbi epiſtola legi ſolet: & ibi ab omnibus adoretur: & dum adoratur: hæ antiphonæ cantantur. **Crucem tuã adoramus dñe: & ſanctam reſurrectionem tuam laudamus & glorificamus: ecce enim propter crucem venit gaudium in vniuerſo mundo. O crux ſplendidior cunctis aſtris: mundo celebris: hominibus multum amabilis: ſanctior vniuerſis: quæ ſola fuiſti digna portare talentum mundi: dulce lignũ dulces clauos: dulcia ferens pondera: ſalua præſentem cateruã: in tuis hodie laudibus congregatã. O crux benedicta: quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere regem cælorum & dñm. O crux viride lignũ: quia ſuper te pependit redemptor Iſrael: o quã dulce lignũ: quã dulces clauos: quàm dulce pondus ſuſtinet: quàm pretioſum eſt lignũ quãq; pretioſa arbor: quæ Chriſtũ meruit ſuſtinere: per quẽ totus mundus redemptus eſt.**

¶Adorataq; cruce ab omnib⁹: etiã illi qui eã tenẽt adorẽt: alijs duob⁹ interim eã tenẽtib⁹. Adorataq; cruce: & impoſita aña. **Super omnia ligna cedrorũ tu ſola excelſior: in qua vita mũdi pependit: in qua Chr̃us triũphauit: & mors mortem ſuperauit in æternũ.** Ab his qui eã tenent: deponitur ſuper maius altare: qua poſita, petũt veniã. Tũc ſacriſta ponat eã in medio altaris: cãtores tamẽ iſta die ſic induti cappis chorũ regãt. Ad miſſam maio. Offm.

IN nomine dñi omne genu flectatur cæleſtium terreſtrium & infernorum:

rum: quia dominus factus eſt obediens vſque ad mortem: mortẽ autẽ crucis: ideo dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. ℣. Dñe exaudi orationem meã: & clamor meus ad te veniat. Oratio.

DEus qui vnigeniti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti humanum genus pretioſo ſanguine redimere dignatus es: concede propitius, vt qui ad adorandam viuificam crucem adueniunt: à peccatorum ſuorum nexibus liberẽtur. Per eũ.

¶ Ad Philippenſes. Cap. ij.

FRatres: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens patri vſq; ad mortem: mortem autẽ crucis. Propter quod & deus exaltauit illũ, & dedit illi nomen: quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur: cæleſtium terreſtriũ & infernorũ. Et omnis lingua cõfiteatur: quia dominus Ieſus Chriſtus: in gloria eſt dei patris ℟. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem: mortem autem crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illum: & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.

Alleluia. ℣. Dulce lignum dulces clauos: dulcia ferẽs põdera: quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere regẽ cælorum & dñm. Alleluia. ℣. O crux benedicta: quę digna fuiſti portare regem cælorum & dominum.

¶ Euange. ſecundũ Ioan. c. xij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus turbis Iudæorum. Nunc iudiciũ eſt mundi: nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra: omnia traham ad me ipſum. Hoc autẽ dicebat: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia Chriſtus manet in æternũ. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicũ lumẽ in vobis eſt. Ambulate dũ lucẽ habetis: ne tenebræ vos cõprehendant. Et qui ambulat in tenebris: neſcit quò vadat. Dũ lucẽ habetis credite in lucem: vt filij lucis ſitis. Credo. fo. cxcv. Offer. Protege dñe plebẽ tuã per ſignũ ſanctę crucis ab omnibus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratã exhibeamus

ſeruitutē: & acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrū alleluia. Sacra.

IEſu Chriſti domini noſtri corpore ſaginati: per quem crucis ſanctificatum eſt vexillum, quæſumus domine deus noſter: vt ſicut illud adorare meruimus, ita perēnitatis eius glorioſæ ſalutari potiamur effectu. Per eund. Præfatio. Qui ſalutē humani. fo. cciiij. Cōmu. Per ſignū crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter. Poſt cōm.

QVæſumus omnipotens de⁹: vt quos myſterio ſanctę crucis diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō ſinas ſubiacere periculis

¶ In octa. die S. Mariæ. Ipſo die Nicomedis: & Valeriani: Miſſa matu. dicatur de eis. Officium.

SApientiam ſanctorū narrent populi: & laudē eorū nūtiet eccleſia: nomina autē eorum viuent in ſeculum ſeculi. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

ADeſto dn̄e populo tuo: vt beatorū Nicomedis & Valeriani martyrum tuorū merita præclara ſuſcipiens, ad impetrandā miſericordiā tuā: ſemper eorū patrocinijs adiuuetur. Per. Epiſto. Benedictus deus. Minor. fo. ccxxvij. ℟. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & nō tanget illos tormentū malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientiū mori: illi autē ſunt in pace. Alla. ℣. Lætamini in dn̄o & exultate iuſti: & gloriamini oēs recti corde. Euange. Cū audie. fo. ccxxix. Offer. Mirabilis de⁹ in ſanctis ſuis: deus Iſrael ipſe dabit virtutē & fortitudinē plebi ſuę: benedictus de⁹ alla. Sacra.

SVſcipe dn̄e munera propitiatus oblata: quæ maieſtati tuæ beatorum Nicomedis & Valeriani martyrum tuorū cōmendet oratio. Per. Commu. Iuſtorū animæ in manu dei ſunt: & nō tāget illos tormentū malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientiū mori: illi autem ſunt in pace. Poſt commu.

PVrificent nos dn̄e quæſumus ſacramenta quę ſumpſimus: & intercedentibus beatis Nicomede & Valeriano martyribus tuis: à cunctis efficiant vitijs abſolutos. Per dn̄m

¶ Ad miſſam maiorē. Officiū.

Aue

AVe ſpes nr̃a dei genitrix virgo Maria: quæ meruiſti portare regem cælorum & dominum. ℣. Angelorum etenim laude digna es: omnibus nimis veneranda. Oratio.

FAmulis tuis domine cęleſtis gratiæ munus impertire:vt quibus beatæ Marię virginis partus extitit ſalutis exordium.natiuitatis eius votiua ſolennitas:pacis tribuat incremẽtum.Per eundem. Epiſto. Ego quaſi vitis. fo.cccxviij. ℟. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris effecta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. A llr̃a. ℣. Natiuitas tua dei genitrix virgo: gaudiũ attulit vniuerſo mũdo: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. Euãgelium. Intrauit dñs Ieſus. fol. cccxix. Offerto. Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Sacra.

VNigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas vt qui natus de virgine. matris integritatem nõ minuit ſed ſacrauit:in natiuitatis eius ſolennitate.à nr̃is nos piaculis exuẽs oblationẽ noſtram ſibi faciat acceptam Ieſus Chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit. Prefatio. Et te in nati. Cõmunio. Beata viſcera Mariæ virginis:quæ portauerunt ęterni patris filium. Poſt cõmunio.

SVmpſimus domine celebritatis annuæ votiua ſacramenta:præſta quęſumus.vt & temporalis nobis vitæ remedia præbeant & æternæ.Per.

¶ Euphemiæ virginis. Ipſo die Lucij & Geminiani: fiat commemoratio de eis. Ad miſſam Euphemiæ. Officium.

VVltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducẽt regi virgines poſt eã: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus:qui infirma mũdi

eligis vt fortia quæq; cõfundas. cõcede propitius: vt qui beatæ Euphemiæ martyris tuæ ſolennia colimus. eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominũ.

Cõmemo. Lucij & Geminiani.

PRæſta domine precibus noſtris cũ exultatione prouentum: vt quorum diem paſſionis annua deuotione recolimus. etiam fidei cõſtantiã ſubſequamur. Per. Epl'a. Domine deus meus. fol. ccxl. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. A ll'a. ℣. Vidi ſpecioſam ſicut colũbam: & circundabant eam flores roſarum & lilia conuallium. Euange. Simile eſt regnum cælo. theſa. fol. ccxlj. Offerto. Offerentur regi virgines proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templo regi domino. Sacra.

PRęſta quęſumus dñe deus noſter: vt ſicut in conſpectu tuo mors eſt pretioſa ſanctorum. ita per eorũ merita veneranda: accepta tibi teddatur oblatio. Per dominũ noſtrum.

Alia Lucij & Geminiani.

VOta quæſumus populi tui dñe propitiatus intẽde: & quorum nos tribuis ſolẽnia celebrare. fac gaudere ſuffragijs. Per. Cõm. Principes perſecuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum. lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. Concupiuit anima mea teſtimonia tua domine: & dilexit ea vehemẽter. Poſt cõm.

SAnctificet nos dñe quęſumus tui perceptio ſacramẽti: & interceſsio beatæ martyris tuæ Euphemiæ: tibi reddat acceptos. Per dñm noſtrum.

Alia poſt commu. martyrum.

EXaudi dñe preces nr̃as: & ſanctorũ tuorũ quorũ feſta ſolenniter celebramus. cõtinuis foueamur auxilijs. Per.

¶ Sanctorũ martyrũ atq; põti. Cornelij & Cypriani. Offi.

SAcerdotes dei benedicite dominum: ſancti & humiles corde laudate deũ. ℣. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate

te eum in ſecula. Oratio.

INfirmitatem noſtram quęſumus domine propitius reſpice: & mala omnia quæ iuſtè meremur. ſanctorum martyrũ tuorum Cornelij & Cypriani interceſsione auerte. Per Epſa. Sãcti per fidem. fo. ccxxvj. ℟. Sacerdotes eius induãt ſalutare: & ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producã cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia. ℣. Sacerdotes tui domine induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent. Euangelium. Væ vobis. fol. ccxxx. Offert. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto: domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Sacra.

ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris: quas in ſanctorum tuorũ cõmemoratione deferimus. vt qui noſtræ iuſtitiæ fiduciã non habemus: eorũ qui tibi placuerũt meritis adiuuemur. Per Cõ. Dico autẽ vobis amicis: ne terreamini ab his qui vos perſequuntur. Poſt commu.

QVæſumus domine ſalutaribus repleti myſterijs vt quorum ſolennia celebramus. eorum orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrũ.

¶Damaſi papæ. Officium.

SAcerdotes dei benedicite dominum: ſancti & humiles corde laudate deum ℣. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

EXaudi quæſumus domine preces noſtras: & interueniente beato Damaſo confeſſore tuo atq; pontifice. ſupplicationes noſtras placatus intende. Per dominum. Epiſtola. Dedit dominus cõfeſsionem. fol. ccxxxiiij. ℟. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eũ. Alleluia. ℣. Amauit eum dominus & ornauit eum: ſtola glorię induit eum. Euangel. Sint lumbi veſtri. fo. ccxxxvj. Offert. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

ACcepta ſit tibi dñe ſacræ plebis oblatio pro tuorũ honore ſanctorũ: quorũ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium.Per. Cõ. Beatus ſeruus: quẽ cùm venerit dñs inuenerit vigilantem:amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt cõmunio.

DA quæſumus domine fidelibus populis:ſanctorum tuorum pia veneratione lætari. & eorum perpetua ſupplicatione muniri.Per dñm.

¶ Vigilia ſancti Matthæi apſi.

¶ Si hæc vigilia in dñica venerit:Miſſa matuti.erit de vigilia. j.commemora.de dominica.

¶ Itẽ qñ venerit in.iiij.feria vel vj.vel ſabbato quatuor tẽporũ: miſſa matutina. erit de vigilia: & maior de quatuor tẽporibꝰ.

¶ Ad miſſam de vigilia. Offi.

EGo autem ſicut oliua fructificaui in domo domini:ſperaui in miſericordia dei mei:& expectabo nomen tuũ:quoniam bonum eſt ante conſpectum ſanctorũ. ℣. Quid gloriaris in malitia:qui potẽs es in iniqtate? Orõ.

DA nobis omnipotens deus: vt beati Matthæi apoſtoli tui & euangeliſtę quã pręuenimus veneranda ſolennitas. & deuotionem nobis augeat &ſalutem.Per dominum noſtrum. ¶ Lectio libri Sapiẽ. Prouerbiorum. Capite.iij.

BEatus homo qui inuenit ſapientiam : & qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti & auri: primi & puriſsimi fructus eius. Pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur: huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius:& in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius viæ pulchræ: & omnes ſemitę eius pacificæ. Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint illam : & qui tenuerit eam beatus. Dominus ſapientia fundauit terram : ſtabiliuit cælos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyſsi : & nubes rore concreſcunt. ℟. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annũtiandum manè miſericordiã tuam:

&

& veritatem tuam per noctem. Si fuerit dñica. Alleluia. ℣. Hoc eſt præceptum meũ: vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos. ¶ Euangelium ſecundùm Marcum. c.ij.

IN illo tẽpore. Cùm præteriret dominus Ieſus: vidit Leui alphei ſedentem ad teloniũ: & ait illi. Sequere me. Et ſurgens: ſecutus eſt eum. Et factũ eſt: diſcumbẽte eo in domo illius: multi publicani & peccatores ſimul diſcumbebãt cum Ieſu & diſcipulis eius. Erant enim multi: qui ſequebãtur eũ. Et ſcribæ & phariſæi videntes quia manducaret cum peccatoribus & publicanis: dicebãt diſcipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus: manducat & bibit magiſter veſter? Hoc audito Ieſus ait illis. Non neceſſe habẽt ſani medico: ſed qui malè habent. Nõ enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiam. Offerto. Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

APoſtolici reuerentia culminis offerẽtes ſacra myſteria quæſumus dñe: vt beati Matthęi euangeliſtæ ſuffragijs cui⁹ natalitia præuenimus. hęc plebs tua ſemper & ſua vota depromat: & deſiderata percipiat Per dominũ. Communio. Poſuiſti domine in capite eius coronã de lapide pretioſo. Poſt commu.

BEati Matthæi euangeliſtę quęſumus domine ſupplicatione placatus: & veniam nobis tribue. & remedia ſempiterna concede. Per dominum.

¶ Quando hoc feſtum venerit in ſabbato. iiij. temporum: poſt tertiam cantetur miſſa de feſto: & ante nonam miſſa de quatuor temporibus.

¶ In die ſancti Matthæi. Offi.

OS iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignãtibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

BEati Matthæi euangeliſtę domine precibus adiuuemur: vt quod poſsibilitas noſtra non obtinet. eius nobis interceſ-

tercesſione donetur. Epiſtola. Similitudo. fol.ccxxij. ℟.Beatus vir qui timet dominum:in mãdatis eius cupit nimis. ℣.Potens in terra erit ſemen eius:generatio rectorũ benedicetur. Alla. ℣.Primus ad Siõ dicet:ecce aſſum:& Ieruſalẽ euãgeliſtã dabo. ¶ Euangeliũ ſecũdùm Matthæum. c.ix.

IN illo tempore: Dum tranſiret dñs Ieſus: vidit hominem ſedẽtem in telonio: Matthęũ nomine. Et ait illi. Sequere me. Et ſurgens: ſecutus eſt eum. Et factum eſt: diſcumbente eo in domo: ecce multi publicani & peccatores veniẽtes: diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Et videntes phariſęi: dicebãt diſcipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus: manducat & bibit magiſter veſter? At Ieſus audiẽs ait. Non eſt opus valentibus medicus: ſed malè habentibus. Euntes autem diſcite: quid eſt miſericordiam volo: & non ſacrificium. Nõ enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores. Credo in vnum deũ. fo. cxcv. Offer. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronã de lapide pretioſo: vitã petijt à te: & tribuiſti ei alleluia. Sacra.

SVpplicationibus apoſtolicis beati Matthæi euangeliſtæ quęſumus domine eccleſiæ tuæ commẽdetur oblatio: cuius magnificis prędicationibus eruditur. per. Præfatio. Te dñe ſuppliciter exora. fo.cciij. Cõ. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriã & magnũ decorẽ impones ſuper eum dñe. Poſt cõm.

PErceptis dñe ſacramentis: beato Matthæo apoſtolo tuo & euangeliſta interueniente deprecamur: vt quę pro eius celebrata ſunt gloria: nobis ꝓficiant ad medelam. Per dñm.

¶ Sancti Mauricij cum ſocijs ſuis. Officium.

VEnite benedicti patris mei: percipite regnum alleluia: quod vobis paratũ eſt ab origine mundi alleluia, alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Oratio.

DEus qui esomniũ ſanctorum ſplendor mirabilis: quiq; hunc diem beatorũ Mauricij,

ricij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocentij & Vitalis ſociorumq; eorum martyrio conſecraſti. da eccleſiæ tuæ de natalitio tantæ feſtiuitatis lætari: vt apud miſericordiam tuam exẽplis eorum & meritis adiuuemur. Per. Epiſto. Sancti per fidem. fo. ccxxvj. ℞. Timete dominum omnes ſancti eius: quoniã nihil deeſt timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Alleluia. ℣. Lętamini in domino & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Euangelium. Videns turbas dominus. fo. ccxxviij. Offert. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus deus alleluia. Sacra.

REſpice dñe munera quæ in ſanctorũ martyrũ tuorũ Mauricij, Exuperij, Cãdidi, Victoris, Innocentij & Vitalis ſociorũq; eorum commemoratione deferimus: & præſta vt quorũ honore ſunt grata eorũ nobis fiant interceſsione ſalubria. Per. Cõmu. Gaudete iuſti in dño alleluia: rectos decet collaudatio alleluia. Poſt communio.

CÆleſtibus refecti ſacramẽtis & gaudijs ſupplices te rogamus omnipotens deus: vt quorũ gloriamur triũphis. protegamur auxilijs. Per.

¶ Lauteni abbatis, & Cæſarij martyris. Officium.

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabĩt: plantatus in domo domini: in atrijs domus dei noſtri. ℣. Bonum eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſsime. Oratio.

EXcita dñe in eccleſia tua ſpiritum: cui beatus Lautenus abbas ſeruiuit: vt eodem nos replente ſtudeamus amare quod amauit: & opere exercere quod docuit. Per. eiuſdẽ.

¶ Cõmemora. ſancti Cæſarij.

DEus qui nos beati Cęſarij martyris tui annua ſolẽnitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus: etiam actiones imitemur. Per. Epſa. Beatus vir qui inuen. fo. ccxxxij. ℞. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in

corde

corde ipſius:& non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante dominum. Euangeliũ. Nemo lucernam. fo. ccxxxviij. Offerto. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quæ in libano eſt multiplicabitur. Sacra.

SAcrificium noſtrũ tibi domine quęſumus beati Lauteni precatio ſancta conciliet: vt cuius honore ſolenniter exhibetur. meritis efficiatur acceptum. Per. Alia ſacra Cæſarij.

HOſtias tibi domine beati Cæſarij martyris tui dicatas meritis benignus aſſume & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per. Cõ. Beatus ſeruus: quem cùm venerit dominus inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt cõmunio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis cæleſtibus ſatiaſti. intercedente beato Lauteno abbate: perpetua ꝓtectione cuſtodias. Per. Alia poſt cõmu. Cæſarij.

QVæſumus omnipotens deus: vt qui cæleſtia alimenta percepimus. intercedẽte beato Cæſario martyre tuo: per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum.

¶Coſmę & Damiani. Officiũ.

SApientiam ſanctorum narrent populi: & laudem eorũ nuntiet eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. ℣. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt qui ſanctorũ tuorũ Coſmæ & Damiani natalitia colimus. à cunctis malis imminentibus: eorum interceſſionibus liberemur. Per dñm. Epĺa. Scimus quoniã. Minor. fol. ccxxiij. ℟. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum: qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę. Alleluia. ℣. Fulgebũt iuſti: & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent in æternum. Euangel. Hæc mando vobis vt. fol. ccxxiiij. Offer. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum: quoniam tu domine benedices iuſto:

ſto:domine vt ſcuto bonæ volunta
tis tuæ coronaſti nos. Sacra.
SAnctorum tuorũ interceſ-
ſionibus domine pia nõ de
ſit nobis oratio: quæ & mune-
ra noſtra conciliet.& tuam no
bis indulgentiam ſemper obti
neat.Per. Cõm.Poſuerunt mor
talia ſeruorum tuorum dñe eſcas
volatilibus cæli: carnes ſanctorum
tuorum beſtijs terræ:ſecũdùm ma-
gnitudinem brachij tui poſside fi-
lios morti punitorũ. Poſt cõmu.
PRotegat domine quæſu-
mus populum tuũ: & par
ticipatio cęleſtis indulta conui
uij.& deprecatio collata ſan-
ctorũ.Per dominum noſtrũ.
¶Michaelis archãgeli.Officiũ.
BEnedicite domi-
num omnes ange
li eius potẽtes vir-
tute:qui facitis ver
bum eius:ad audiẽ
dam vocem ſermonũ eius. ℣. Be-
nedic anima mea domino: & om-
nia quæ intra me ſunt nomini ſan-
cto eius. Oratio.
DEus qui miro ordine an-
gelorum miniſteria ho-
minũq; diſpenſas: cõcede pro-
pitius:vt quibus tibi miniſtran
tibus in cælo ſemper aſsiſtitur:
ab his in terra vita noſtra mu-
niatur.Per. Epiſto. Factum eſt
prę. fo. cclxxxiij. ℟. Benedicite
dominum omnes angeli eius potẽ-
tes virtute: qui facitis verbum eius.
℣. Benedic anima mea dño: & om
nia interiora mea nomen ſanctum
eius. Alla. ℣.Concuſſum eſt ma-
re:& contremuit terra: vbi archan
gelus Michael deſcendit de cælo.
Superioris. Alla.dicat' in die.
Alla. ℣.Sancte Michael archan-
gele:defende nos in prælio: vt non
pereamus in tremẽdo iudicio.Euã
gel. Acceſſerunt diſcipuli ad.
fo. cclxxxiij. Credo. fol. cxcv.
Offert. Stetit angelus iuxta arã tẽ-
pli: habens thuribulum aureum in
manu ſua:& data ſunt ei incẽſa mul
ta: & aſcendit fumus aromatum in
conſpectu dei alleluia. Sacra.
HOſtias tibi dñe laudis of
ferimus ſuppliciter de-
precãtes: vt eaſdẽ angelico pro
nobis interueniente ſuffragio.
& placatus accipias:& ad ſalu-
tẽ noſtrã prouenire concedas.
Per. Cõm. Benedicite oẽs angeli
dñi dño:hymnũ dicite & ſuperexal

tate eum in ſecula. Poſt cōmu.

Beati archangeli tui Michaelis interceſsione ſuffulti ſupplices te dn̄e deprecamur: vt quod ore ꝓſequimur. contingamus & mente. Per.

¶ Sancti Hieronymi presbyteri & confeſſoris. Officium.

In medio eccleſię aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapiētię & intellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum. Oratio.

Eccleſiam tuam domine benignus illuſtra: vt beati Hieronymi confeſſoris tui illuminata doctrinis. ad dona perueniat ſemp iterna. Per. Ep̄ſa. Optaui & datus. fo. ccxxxviij. ℟. Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alleluia. ℣. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. Euangel. Nemo lucernā. fol. ccxxxviij. Offerto. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quæ in libano eſt multiplicabitur. Sacra.

Suſcipe munera dn̄e: quæ in eius tibi ſolennitate deferimus. cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per. Cōmu. Magna eſt gloria eiꝰ in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum dn̄e. Poſt cōm.

Refecti cibo potuq; cęleſti dn̄e deus noſter: te ſupplices deprecamur. vt in cuiꝰ hæc cōmemoratione percepimus: eius muniamur & precibꝰ. Per.

¶ Germani & Remigij epiſcoporum. Officium.

Sacerdotes eius induāt ſalutare: & ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Memento dn̄e Dauid: & omnis manſuetudinis eius. Oratio.

Deus qui nos ſanctorum tuorum confeſſorū atq; pontificum Germani & Remigij confeſsionibus glorioſis circundas & protegis: da nobis & eorum imitatione proficere. & interceſsione gaudere. Per do. Epiſtola. Lingua ſa. fo. ccxxvj. ℟. Sacerdotes eius induant ſalutare:

re: & ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia. ℣. Iudicabũt ſancti nationes: & dominabuntur populis: & regnabit illorũ rex in æternum. Euãge. Sint lumbi veſtri præ. fo. ccxxxvj. Offer. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Sacra.

SVſcipe domine preces & munera: quæ vt tuo ſint digna conſpectui: ſanctorũ tuorum precibus adiuuemur. Per.

Commu Ego vos elegi de mundo: vt eatis & fructũ afferatis. & fructus veſter maneat. Poſt cõmu.

COrporis ſacri & pretioſi ſanguinis repleti libamine: quęſumus domine deus noſter: vt quod pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus, Per dominum.

¶Leodegarij epiſcopi & martyris. Officium.

IN virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſup ſalutare tuũ exultabit vehementer. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei. ℣. Quoniam præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Oratio.

DEus qui nos annua beati Leodegarij martyris tui atq; pontificis ſolennitate lætificas: concede propitius. vt cuius natalitia colimus: virtutem quoq; paſsionis imitemur. Per.

Epl'a. Memor. fol. ccxxxij. ℟. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronã de lapide pretioſo. ℣. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Alleluia. ℣. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. Euãgelium. Nolite arbitrari. fo. ccxxix. Offerto Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum domine. Sacra.

MVnera dñe oblata ſanctifica: & intercedente beato Leodegario martyre tuo nos per hæc à peccatorum noſtrorũ maculis emũda. Per.

Cõmu. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuã: & ſequatur me. Poſt cõmu. Corporis ſacri. vt ſupra.

¶ Sancti Franciſci confeſſoris.
Officium.

GAudeamus oẽs in dño:diem feſtum celebrãtes ſub honore beati Frãciſci confeſſoris:de cuius ſolennitate gaudent angeli: & collaudant filium dei. ℣. Exultate iuſti in dño:rectos decet collaudatio. Vel dicatur officiũ. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã.fo. ccxxxvij ℣. Exultate iuſti in dño. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuam beati Frãciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas. tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere.& cęleſtium donorum ſemper participatione gaudere.Per dominum.

¶ Ad Galatas. Capite vltimo.

FRatres: Mihi abſit gloriari: niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mũdus crucifixus eſt:& ego mundo. In Chriſto enim Ieſu: nec circunciſio aliquid valet nec prȩputium:ſed noua creatura. Et quicunq; hãc regulam ſecuti ſunt:pax ſuper illos & miſericordia: & ſuper Iſrael dei. De cætero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata domini noſtri Ieſu Chriſti: in corpore meo porto. Gratia domini mei Ieſu Chriſti: cum ſpiritu veſtro fratres amen. ℟. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam,& lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabũtur greſſus eius. Alleluia. ℣. Hic Franciſcus pauper & modicus: cælum diues ingreditur:hymnis cęleſtibus honoratur. Euange. Reſpondens dominus Ieſus dixit. Confiteor. fol. xxiij. Offerto. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo:& in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

MVnera tibi dñe oblata ſanctifica:& intercedẽte beato Frãciſco.ab omni nos culparũ labe purifica. Per. Cõmunio. Fidelis ſeruus & prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſt cõmu.

ECcleſiam tuã quæſumus domine gratia cęleſtis amplificet:quam beati Franciſci illuminare voluiſti glorioſis meritis & exemplis. Per dominũ.

¶ Placidi

¶Placidi mar.cũ ſocijs ſuis:miſſa dicat' vt.iiij.in cap.pri. Offi.

INtret in conſpectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum. Vindica ſanguinem ſanctorum tuorum:qui effuſus eſt. ℣. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodia. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui hodierna die beatiſsimum Placidum martyrem tuum cum ſocijs ſuis ad regna ſyderea ſubleuaſti.cõcede propitius: vt quod in eorum feſtiuitate depoſcimus. ipſorum interceſsione conſequi mereamur. Per. Epl'a. Sancti per fidẽ. fo.ccxxvij. ℟. Glorioſus deus in ſanctis: mirabilis in maieſtate: faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicum. Alleluia. ℣. Fulgebunt iuſti: & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent in æternũ. Euangel. Vidẽs tur. fo. ccxxviij. Offer. Lętamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini oẽs recti corde. Sacra.

MVnera noſtra quæſum' domine intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis propitius ſuſcipe: noſq; à peccatorũ nexibus emunda. Per. Cõmu. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientiũ mori:illi autẽ ſunt in pace. Poſt cõm.

QVos cæleſti dñe alimento ſatiaſti: intercedente beato Placido martyre tuo cũ ſocijs ſuis.ab omni quęſumus aduerſitate cuſtodi.Per.

¶ In feſtiuitate ſanctorum angelorum cuſtodum. Officiũ.

GAudeamus oẽs in domino, omnes angelos cuſtodes noſtros ſub vna feſtiuitate venerantes, qui iugiter nobis, & deo noſtro pro nobis aſsiſtũt. ℣. Poſtulãt inceſſanter pro nobis, gemitibus inenarrabilibus, vt eorũ impleãtur ruinæ. Gloria patri. Oratio.

DEus qui ineffabili prouidentia ſanctos angelos tuos ad noſtram cuſtodiã mittere dignatus es:largire ſuppli-

cibus tuis: eorum ſemper protectione defendi:& æterna ſocietate gaudere. Per dominũ.

¶ Lectio lib. Tobiæ. Cap. xij.

IN diebus illis: Dixit angelus domini ad Tobiã. Opera dei reuelare & confiteri: honorificum eſt. Bona eſt oratio cũ ieiunio:& eleemoſyna: magis quàm theſauros auri recondere. Qui autem faciunt peccatum & iniquitates: hoſtes ſunt animæ ſuæ. Manifeſto ergo vobis veritatem: & non abſcondam à vobis ſermonem occultum. Quãdo orabas cũ lachrymis: & ſepeliebas mortuos: & derelinquebas prãdium:& abſcondebas mortuos in domo tua:& nocte ſepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam domino: & quia acceptus eras deo: neceſſe fuit: vt tentatio probaret te. Et nunc miſit me dominus: vt curarem te: & vxorẽ filij tui à dæmonio liberarẽ. Etenim cùm eſſem vobiſcũ: per voluntatem dei eram. Vos autem benedicite dominum: & narrate omnia mirabilia eius. ℟. Veneremur:& reuereamur miniſtros dei, in miniſterium miſſos propter eos: qui hęreditatẽ capient ſalutis. ℣. Ab omni malo tuentur nos: & ad omnia bona ſolicitant. Alla. ℣. Angelis ſuis deus mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Euangel. Acceſſerunt. fo. cclxxxiij. Offer. In manibus portabunt te: ne vnquã offendas ad lapidẽ pedem tuũ: vt ſuper aſpidẽ & baſiliſcũ ambules:& conculces leonem & draconẽ. Sacra.

HÆc munera domine tibi oblata ſanctifica: quibus & noſtra ſcelera deleãtur: & te iubente: ſanctorum angelorum ſolicitudo circa nos ampliùs augeatur. Per dominum. Commu. Quid eſt homo: quòd ſic magnificas eum, angelorum miniſterio & præſidio protegens eũ & honorificans? Poſt cõmunio.

PRoſint nobis domine ad ſalutẽ corporis & animæ hęc, quę ſumpſimus viſibilia ſacramenta:& præſta horum virtute. vt illo inuiſibili cibo & potu mereamur perfrui cum ſanctis angelis cuſtodibus noſtris: quo ipſi fruuntur & reficiũtur in cælis. Per dominum noſtrũ.

¶ Marci

¶ Marci papę & cõfeſ. Officiũ.

SAcerdotes dei bene dicite dominum: ſancti & humiles corde laudate deum. ℣. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

EXaudi quæſumus domine preces noſtras: & interueniente beato Marco confeſſore tuo atq; pontifice. ſupplicationes noſtras placatus intẽde. Per. Epl'a. Dedit dominus. fol. ccxxxiiij. ℟. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eũ. Alleluia. ℣. Amauit eum dominus & ornauit eum: ſtola glorię induit eũ. Euã. Sint lũ. fo. ccxxxvj Offert. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

ACcepta ſit tibi dñe ſacræ plebis oblatio pro tuorũ honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per do.

Cõmu. Beatus ſeruus: quem cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt cõm.

DA quæſumus domine fidelibus populis: ſanctorum tuorum pia veneratione lætari. & eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per dñm.

¶ Dionyſij Ruſtici & Eleutherij. Officium.

INtret in conſpectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum. Vindica ſanguinem ſanctorum tuorum: qui effuſus eſt. ℣. Deus venerũt gẽtes in hæreditatẽ tuã: polluerunt tẽplũ ſanctum tuũ: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodia. Oratio.

DEus qui beatũ Dionyſiũ martyrẽ tuũ virtute conſtãtię in paſſione roboraſti: quique illi ad prædicandum gentibus gloriam tuam Ruſticũ & Eleutheriũ ſociare dignatus es: tribue quęſumus nobis: ex eorũ imitatiõe pro amore tuo ꝓſpera mũdi deſpicere: & nulla eius aduerſa formidare. Per do.

Epl'a. Reſpondens vnus de. fo. ccxxviij. ℟. Glorioſus deus in ſanctis: mirabilis in maieſtate: faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicũ. Alleluia. ℣. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione: & lauerũt ſtolas ſuas: & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Euangeliũ. Reſpondens dominus Ieſus dixit. Confiteor. fol. xxiij. Offert. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtiũ: laqueus cõtritus eſt: & nos liberati ſumus. Sacra.

SAcrificiũ tibi domine laudis offerimus in tuorũ cõmemoratione ſanctorum: da quęſumus. vt quod illis contulit gratiam: nobis proſit ad ſalutem. Per. Cõmunio. Et ſi coram hominibus tormẽta paſſi ſunt: deus tentauit illos: tanquam aurũ in fornace probauit eos: & quaſi holocauſta accepit illos. Poſt cõmunio.

REpleti dñe benedictione cæleſti quæſumus clemẽtiam tuam: vt intercedentibus beatis martyribus tuis Dionyſio Ruſtico & Eleutherio. quæ humiliter gerimus: ſalubriter ſentiamus. Per dñm noſtrum.

¶ Fauſti Ianuarij & Martialis. Ipſo die Geraldi cõfeſſoris: miſſa matuti. dicatur de eo. Offm.

OS iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

DEus qui nos beati Geraldi confeſſoris tui annua ſolennitate lætificas: concede propitius. vt cuius natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominũ. Fiat cõmemo. de martyribus. Epiſtola. Beatus vir qui inuentus. fo. ccxxxij. ℟. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem. Alleluia. ℣. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas: & oſtẽdit illi deus gloriam ſuam. Euange. Videte vigila. fo. ccxxxvj. Offerto. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quæ in Libano eſt multiplica-

tiplicabitur. Sacra.

LAudis tibi domine hoſtias immolamus in tuorũ commemoratione ſanctorum: quibus nos & præſentib⁹ exui malis confidimus, & futuris. Per.

Cõmu. Beatus ſeruus: quem cùm venerit dominus inuenerit vigilãtem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eũ. Poſt cõm.

REfecti cibo potuq; cęleſti dñe deus noſter: te ſupplices exoramus. vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus: eius muniamur & precib⁹. Per.

¶ Ad miſſam maiorẽ ſanctorũ Fauſti Ianuarij & Martia. Offi.

SApientiam ſanctorũ narrẽt populi: & laudem eorum nuntiet eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus qui nos annua beatorum martyrum tuorum Fauſti Ianuarij & Martialis ſolennitate lætificas: cõcede propitius: vt quorum natalitia colimus: virtutem quoq; paſsionis imitemur. Per. Ep̄la. Iuſtorum. fo. ccxxvj. ℟. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Alleluia. ℣. Iuſti epulentur: & exultent in conſpectu dei: delectentur in lætitia. Euange. Deſcẽdens dominus. folio. ccxxviij. Offer. Lætamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Sacra.

SVſcipe domine ſacrificiũ placationis & laudis: quod nos interuenientibus ſanctis tuis. & perducat ad veniam: & in perpetuã gratiarũ cõſtituat actionem. Per. Cõmunio. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipiẽtium mori: illi autẽ ſunt in pace. Poſt cõm.

QVæſumus dñe deus noſter: vt interuenientibus martyrib⁹ tuis. ſacroſancta myſteria quæ ſumpſimus: actu ſubſequamur & ſenſu. Per.

¶ Calixti papæ & mar. Offm̃.

STatuit ei dominus teſtamẽtum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in

æternũ. ℣. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto meo vnxi eũ. Oro

DEus qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate defice re: ad amorem tuum nos miſe- ricorditer. per ſanctorum tuo- rum exempla reſtaura. Per do. Epiſtola. Doctrinis varijs. fol. ccxxxv. ℟. Ecce ſacerdos magn⁹: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Nõ eſt inuentus ſimilis illi: qui conſer- uaret legem excelſi. Alleluia. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. Euã- gelium. Vigilate quia neſci. fo. ccxxxvj. Offer. Inueni Dauid ſer uũ meũ: & oleo ſancto vnxi eũ: ma nus enim mea auxiliabit̃ ei: & bra- chium meũ confortabit eũ. Sacra.

MYſterij huius domine nobis ꝓſit oblatio: quæ nos & à reatibus noſtris expe- diat, & perpetua ſaluatione cõ- firmet. Per dominum noſtrũ. Cõmu. Fidelis ſeruus & prudens: quem conſtituit dominus ſuper fa- miliam ſuam: vt det illis in tempo- re tritici menſurã. Poſt commu.

QVæſumus omnipotens deus: vt & reatum no- ſtrum munera ſacrata purificent. & rectè viuendi no bis operentur effectum. Per do minum noſtrum.

¶Agricolæ & Vitalis martyrũ. Officium.

LOquetur dominus pacem in plebem ſuam & ſuper ſan- ctos ſuos: & in eos qui conuertuntur ad ipſum. ℣. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Oratio.

DEus qui nos annua ſan- ctorum martyrum tuo- rum Agricolæ & Vitalis ſolen nitate lætificas: concede propi tius. vt quorum gaudemus me ritis: accẽdamur exemplis. Per dominũ. Epiſtola. Scimus quo niã. Maior. fo. ccxxiij. ℟. Iuſto rum animæ in manu dei ſunt: & nõ tanget illos tormentum malitiæ. ℣ Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autẽ ſunt in pace. Alľa. ℣. Iſti ſunt qui venerũt ex magna tribula tione: & lauerunt ſtolas ſuas: & de albauerunt eas in ſanguine agni. Euange. Egrediente domino. fol. ccxxix. Offerto. Lætamini in domino & exultate iuſti: & glo-

riamini

riamini omnes recti corde. Sacra.

OBlatis quæſumus domine placare muneribus: & intercedentibus ſanctis tuis. à cũctis nos defende periculis. Per. Communio. Poſuerũt mortalia ſeruorum tuorũ dñe eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terræ. Secundũ magnitudinem brachij tui poſſide filios morti punitorum. Poſt commu.

HÆc nos communio dñe purget à crimine: & intercedentibus ſanctis tuis: cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

¶ Lucæ Euangeliſtæ. Officiũ.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eũ dominus ſpiritu ſapiẽtiæ & intellectus. Stola gloriæ induit eum. ℣. Iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum. Oratio.

INteruenia tpro nobis domine quæſumus ſanctus tuus Lucas euangeliſta: qui crucis mortificationẽ, iugiter in ſuo corpore pro tui nominis amore portauit. Per dominũ. Epl'a.

Similitudo vul. fol. ccxxij. ℟. Nimis honorati ſunt amici tui deus nimis cõfortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenam multiplicabũtur. A lla. ℣. Primus ad Sion dicet ecce aſſum: & Ieruſalem euangeliſtã dabo. Euãgelium. Facta eſt cõtentio. fo. ccxxiiij. Credo. folio. cxcv. Offertorium. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quę in Libano eſt multiplicabitur. Sacra.

MVnera domine noſtra quæſumus propitiatus aſſume: & vt dignè tuis famulemur altarib⁹. ſancti tui nos Lucæ euãgeliſtæ interceſſione cuſtodi. Per. Præfatio. Te domine ſuppliciter. fo. cciij. Cõmu. Magna eſt gl'ia eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum dñe. Poſt cõm.

PRæſta quęſumus omnipotẽs deus: vt id quod de ſancto altari tuo accepimus: precibus beati euangeliſtæ tui Lucæ ſanctificet animas nr̃as: per quod tuti eſſe poſſimus. Per dominum noſtrum.

¶ Aquilini epiſcopi & confeſſoris. Officium.

Sacerdo-

SAcerdotes dei benedicite dominum: ſancti & humiles corde laudate deum. ℣. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Oratio.

DEus qui animæ famuli tui Aquilini æternæ beatitudinis præmia contuliſti: cõcede propitius, vt qui peccatorum noſtrorum põdere premimur: eius apud te precibꝰ ſubleuemur. Per dominum noſtrũ. Epľa. Ecce ſacer. Minor. folio ccxxxiiij. ℞. Iurauit dñs: & nõ pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. ℣. Dixit dñs dño meo: ſede à dextris meis. A lľa. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante dominum. Euange Homo quidam no. fo. ccxxxvj. Offer. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

ANnue nobis domine: vt interceſsione bt̃i Aquilini confeſſoris tui atque pontificis famulis tuis hæc proſit oblatio. quã immolando totius mũdi tribuiſti relaxari delicta. Per. Cõmu. Dñe quinq; talẽta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Poſt communionem.

DEus qui beatũ Aquilinũ pontificẽ ſanctorũ tuorũ meritis coæquaſti: concede propitius, vt qui cõmemorationis eius feſta percolimus: vitæ quoq; imitemur exẽpla. Per.

¶ Vndecim millium virginũ.

Officium.

OFferentur regi virgines poſt eã: proximę eius offerẽtur in lętitia & exultatiõe. Adducentur in tẽplo regi domino. ℣. Eructauit cor meũ verbũ bonũ, dico ego opera mea regi. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: da nobis in feſtiuitate vndecim millium virginũ & martyrum tuarũ atq; ſociorum earum congrua deuotione gaudere. vt & potentiã tuã in earũ paſsione laudemus: & deſideratũ nobis percipiamus auxilium. Per dominum.

Epiſtola.

Epiſtola. Sapientia vincit.fol. ccxlj.℟. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit exite obuiam ei. ℣. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerũt lampades ſuas:& exierunt obuiam ei.Alleluia.℣. Adducentur regi virgines poſt eam:proximæ eius offerentur tibi in lætitia.Euangeliũ Simile eſt regnum cælo. decẽ. fo. ccxlj.Offer. Offerentur regi virgines: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione:adducẽtur in templo regi domino.Sacra.

INtende domine quęſumus muneribꝰ quę altaribus tuis pro ſanctarum tuarum Vrſulæ & vndecim millium virginum commemoratione ſunt immolanda: vt ſicut per palmas illis gloriam contuliſti.ita nobis indulgentiam earum interuentu largiaris.Per.Cõmunio. Quinque prudentes virgines acceperũt oleum in vaſis ſuis cum lampadibꝰ: media autem nocte clamor factus eſt:ecce ſponſus venit: exite obuiã Chriſto domino. Poſt commu.

ADiuuent nos quæſumus domine merita & interceſsiones ſanctarum virginum martyrumq; tuarum vndecim millium Vrſulæ & ſociorũ ſociarumq; eius:vt qui earũ merita veneranda colimus.ipſarum ſuffragio ab omnibus mereamur exui malis: & te largiente ſempiternis perfrui bonis. Per.

¶Seruandi & Germani martyrum.Officium.

SAlus autem iuſtorum à domino: & protector eorũ eſt in tempore tribulationis.℣. Noli ęmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

DEus qui nos cõcedis ſanctorum martyrum tuorum Seruandi & Germani natalitia colere:da nobis in æterna beatitudine.de eorum ſocietate gaudere. Per dñm.Epiſto. Sancti per fidem. fo.ccxxvj.℟. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum:qui effuſus eſt.℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorũ eſcas volatilibus cæli:carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Allʼa. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Euangelium. Sedente domino Ie. fo.ccxxx. Offer-

Offertorium. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus. Sacra.

MVnera tibi domine noſtræ deuotionis offerimus: quæ & pro ſanctorũ martyrum tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum. & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominũ. Cõmu. Poſuerunt mortalia ſeruorũ tuorum dñe eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ: ſecundum magnitudinem brachij tui poſsi de filios morti punitorũ. Poſt cõ.

PRæſta nobis domine quæſumus intercedentib' ſanctis martyribus tuis: vt quę ore contigimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum.

¶Vigilia apoſtolorum Simonis & Iudæ. Ipſo die Vincentij, Sabinæ & Chriſtetis. Officium.

IVdicant ſancti gẽtes: & dominantur populis: & regnabit dñs deus illorum imperpetuum. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

PRæſta domine precib' noſtris cum exultatione prouentum: vt quorum diem paſſionis annua deuotione recolimus. etiam fidei conſtantiam ſubſequamur. Per. Epiſtola. Expectatio iuſtorum. fo. ccxxvij. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus: adiutoriũ noſtrũ in nomine dñi: qui fecit cælum & terrã. Allã. ℣. Iuſti epulẽtur & exultent in cõſpectu dei: delectentur in lætitia. Euange. Egrediente domino. fo. ccxxix. Offer. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus. Sacra.

VOta populi tui dñe propitiatus intende: & quorum nos tribuis ſolennia celebrare: fac gaudere ſuffragijs. Per. Cõmu. Ego vos elegi de mũdo: vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Poſt cõm.

EXaudi domine preces noſtras: & ſanctorum tuorũ quorum feſta ſolenniter celebramus: cõtinuis foueamur auxilijs. Per dominum noſtrum.

¶Ad

¶Ad miſſam de vigi. Officiũ.

INtret in conſpectu tuo domine gemitus cõpeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu eorũ: vindica ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ: qui effuſus eſt. ℣. Deus venerũt gẽtes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodia. Oratio.

COncede quæſumus omnipotens deus: vt ſicut apoſtolorum tuorum Simonis & Iudæ glorioſa natalitia præuenimus. ſic ad tua beneficia promerẽda: maieſtatem tuam pro nobis ipſi præueniant. Per. Epiſtola. Iuſtorum animæ. fo. ccxxvj. ℟. Vindica dñe ſanguinem ſanctorũ tuorũ: qui effuſus eſt ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorũ tuorũ eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terræ. Si dominica fuerit. Alleluia. ℣. In omnẽ terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorũ. Euãgelium. Ego ſum vitis. fo. ccxlij. Offer. Exultabũt ſancti in gloria: lætabũtur in cubilib⁹ ſuis: exultationes dei in faucib⁹ eorũ. Sac.

MVneribus noſtris domine apoſtolorum Simonis & Iudæ feſta præcedimus: vt qui conſcientiæ noſtræ præpedimur obſtaculis. illorũ meritis grati reddamur. Per dñm. Cõm. Iuſtorũ animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormẽtum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi autẽ ſunt in pace. Poſtcõ.

SVmpto domine ſacramẽto ſuppliciter deprecamur vt intercedentibus beatis apoſtolis tuis. quod temporaliter gerimus: ad vitã capiamus ęternam. Per dominum noſtrum.

¶In die apoſtolorum Simonis & Iudæ. Officium.

EXclamauerunt ad te domine in tempore afflictionis ſuæ. Et tu de cælo exaudiſti eos. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus ꝗ nos per beatos apoſtolos tuos Simonem & Iudam ad cognitionem tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorum gloriam ſempiternã. & proficiẽ

proficiendo celebrare: & celebrando proficere. Per dominũ. Epiſt. Scimꝰ q̃m. Ma. fo. ccxxiij ℟. In omnem terrã exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum. ℣. Cæli enarrant gloriã dei: & opera manuũ eius annuntiat firmamentum. Alleluia. ℣. Stabũt iuſti in magna conſtantia: aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. Euãge. Miſit dñs Ieſus. fo. ccxxiiij. Credo. fo. cxcv. Offer. Cõſtitues eos principes ſuper omnem terrã: memores erũt nominis tui dñe in omni progenie & generatione. Sacra.

Gloriam domine ſanctorum apoſtolorum perpetuam recolentes: quæſumus vt eandem ſacris myſterijs expiati dignius celebremus. Per do. Præfatio. Te domine ſupplici. fo. cciij. Communio. Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cũ ſederit filius hominis: ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael. Poſt communio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: & apoſtolorũ tuorum Simonis & Iudæ nos tuere præſidijs: quorum donaſti fideles eſſe doctrinis. Per dñm.

¶Claudij Luperci & Victorici. Officium.

Iudicant ſancti gentes: & dominantur populis: & regnabit dominus deus illorum imperpetuum. ℣. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos annua beatorum Claudij Luperci & Victorici martyrum tuorũ ſolennitate lætificas: pręſta quę ſumus, vt quorum gaudemus meritis: prouocemur exẽplis. Per dominum. Epiſtola. Iuſti imper. fol. ccxxvj. ℟. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autẽ ſunt in pace. Alleluia. ℣. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione: & lauerũt ſtolas ſuas: & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Euangelium. Cũ audieritis. fo. ccxxix. Offer. Fulgebũt iuſti: & tanquã ſcintillæ in arũdineto diſcurrent: iudicabũt gentes: & regnabũt in æternum alleluia. Sacra.

Hoſtia hæc quæſumus domine quã ſanctorũ tuorum

rum natalitia recenſentes offerimus: & vincula noſtræ prauitatis abſoluat. & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per. Cõm. Et ſi corã hominib' tormẽta paſsi ſunt: deus tẽtauit illos: tanquã aurũ in fornace ꝓbauit eos: & ſicut holocauſta accepit illos. Poſt cõ.

SAcro munere ſatiati ſupplices te dñe deprecamur: vt quod debitæ ſeruitutis celebramus officio. ſaluationis tuæ ſentiamus augmentum. Per dñm.

¶ Vigilia omnium ſanctorum.

Ipſo die Quintini martyris.

Miſſa mat. dicatur de eo. Offm̃

LÆtabitur iuſtus in domino & ſperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. ℣. Exaudi deus orationem meam cũ deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

DEus qui beatum Quintinum martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſsione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue ꝓ amore tuo proſpera mundi deſpicere. & nulla eius aduerſa formidare. Per. Epiſtola. Memor eſto. folio. ccxxxij. ℟. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Alleluia. ℣. Hic eſt verè martyr: q̃ pro Chriſto ſanguinem ſuum fudit: & ideo regnat cum illo. Euangelium. Si quis venit. fol. ccxxxij. Offert. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo: vitã petijt à te: tribuiſti ei alleluia. Sacra.

ACcepta ſit in conſpectu tuo domine noſtrę deuotionis oblatio: & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris. pro cuius ſolennitate defertur. Per dominum noſtrum. Cõmunio. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuã: & ſequatur me. Poſt cõmunio.

SAcro munere ſatiati ſupplices te dñe deprecamur: vt quod debitæ ſeruitutis celebramus officio. intercedente beato Quintino martyre tuo: ſaluationis tuæ ſentiamus augmẽtum. Per dominum noſtrum.

¶ Miſſa de vigilia celebrabitur vt quatuor in capis priuatis. nec dicatur Gloria in excelſis deo.

niſi ſit dominica.¶ Ad miſſam de vigilia. Officium.

TImete dominũ oẽs ſancti eius:quoniam nihil deeſt timentibus eũ : diuites eguerunt & eſurierunt:inquirentes autem dominum non deficient omni bono. ℣. Benedicam dominum in omni tempore : ſemper laus eius in ore meo. Oratio.

DOmine deus noſter multiplica ſuper nos gratiã tuam:&quorum præuenimus glorioſa ſolennia.tribue ſubſequi in ſancta profeſsione lætitiam. Per dominum noſtrum.

¶Lectio libri Apocalypſis:beati Ioannis apoſtoli. Capite.v.

ECce ego Ioannes vidi in medio throni & quatuor animalium : & in medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum:habentem cornua ſeptem & oculos ſeptẽ : qui ſunt ſeptem ſpiritus dei:miſsi in omnem terram. Et venit: & accepit de dextera ſedentis in throno librum. Et cùm aperuiſſet librum : quatuor animalia & vigintiquatuor ſeniores: ceciderunt coram agno:habentes ſinguli cytharas:& phialas aureas plenas odoramentorum : quæ ſunt orationes ſanctorum. Et cantabant canticum nouũ dicentes. Dignus es domine accipere librum:& aperire ſignacula eius : quoniam occiſus es:& redemiſti nos deo in ſanguine tuo:ex omni tribu & lingua & populo & natione : & feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes: & regnabimus ſuper terram. Et vidi & audiui vocẽ angelorum multorũ : in circuitu throni & animalium & ſeniorum : & erat numerus eorũ millia millium voce magna dicentium. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt : accipere virtutem & diuinitatem :& ſapientiã & fortitudinem : & honorem & gloriam & benedictionem: in ſecula ſeculorum. ℟. Exultabũt ſancti in gloria:lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorũ. Si dñica fuerit. Allã. ℣ Sãcti tui dñe benedicent te : gloriã regni tui dicẽt. Euãg. Deſcẽdẽs dñs Ieſus de mõte. fo. ccxxviij.

Offerto-

Offertorium. Lætamini in domino & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Sacra.

ALtare tuũ domine deus noſter muneribus cumulamus oblatis: da quæſumus. vt ad ſalutem noſtram omnium ſanctorum tuorũ deprecatione proficiant: quorum ſolẽnia præcurrimus. Per dominum.

Cõmunio Amẽ dico vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Venite benedicti patris mei poſſidete præparatum vobis regnũ ab initio ſeculi. Poſt communio.

SAcramẽtis domine & gaudijs optata celebritate expletis: quæſumus vt eorum precibus adiuuemur: quorum recordationibus exhibetur. Per.

In die omniũ ſanctorum. Officium.

GAudeamus omnes in domino diem feſtum celebrãtes ſub honore omniũ ſanctorũ: de quorum feſtiuitate gaudent angeli: & collaudant filium dei. ℣. Gaudent angeli: & exultant archangeli: lætantur iuſti: & congratulantur oẽs ſancti. [illegible] Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui nos omniũ ſanctorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari. quæſumus vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam: multiplicatis interceſſorib⁹ largiaris. Per dominum noſtrũ.

¶ Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli. Capite. vij.

ECce ego Ioannes vidi alterum angelũ aſcẽdentem ab ortu ſolis: habentem ſignũ dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis: quib⁹ datum eſt nocere terræ & mari dicẽs. Nolite nocere terræ & mari neq; arboribus, quoaduſq; ſignemus ſeruos dei noſtri in frõtibus eorum. Et audiui numerum ſignatorũ: centũ quadraginta quatuor millia ſignati: ex omni tribu filiorũ Iſrael. Ex tribu Iuda: duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben: duodecim millia ſignati. Ex tribu Gad: duodecim millia ſignati. Ex tribu Aſer: duodecim millia ſignati. Ex tribu Neptalim: duodecim

cim millia ſignati. Ex tribu Ma naſſe: duodecim millia ſignati. Ex tribu Symeon: duodecim millia ſignati. Ex tribu Leui: duodecim millia ſignati. Ex tri bu Iſachar: duodecim millia ſi gnati. Ex tribu Zabulon: duo- decim millia ſignati. Ex tribu Ioſeph: duodecim millia ſigna ti. Ex tribu Beniamin: duode- cim millia ſignati. Et poſt hæc vidi turbam magnam quã di- numerare nemo poterat: ex o- mnibus gentibus & tribubus & populis & linguis: ſtantes an te thronũ: & in cõſpectu agni amicti ſtolis albis: & palmæ in manibus eorum. Et clamabãt voce magna dicẽtes. Salus deo noſtro: qui ſedet ſuper thronũ & agno. Et omnes angeli ſta- bãt in circuitu throni & ſenio- rum: & quatuor animalium. Et ceciderunt in conſpectu thro- ni in facies ſuas: & adorauerũt deum: dicentes amen. Benedi- ctio & claritas & ſapientia & gratiarum actio: honor & vir- tus & fortitudo deo noſtro: in ſecula ſeculorũ amen. ℟. Time te dominum omnes ſancti eius: quo niam nihil deeſt timentibus eũ. ℣. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Alleluia. ℣. O quã glorioſum eſt regnũ: in quo cum Chriſto gaudent omnes ſancti amicti ſtolis albis: ſequuntur agnũ quocunq; ierit. Euangelium. Vi dens turbas dominus Ieſus. fo. ccxxviij. Credo. folio. cxcv. Offertorium. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget il- los tormẽtum malitiæ: viſi ſunt ocu lis inſipientium mori: illi autẽ ſunt in pace alleluia. Sacra.

MVnera tibi domine no- ſtræ deuotionis offeri- mus: quæ & pro cunctorum ti bi grata ſint honore ſanctorũ. & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominũ. Cõm. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt: beati pacifici: quo- niam filij dei vocabuntur: beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt re- gnum cælorum. Poſt commu.

DA quæſumus domine fi delibus populis: omniũ ſanctorũ tuorũ ſemper venera tione lætari. & eorũ perpetua ſupplicatione muniri. Per do.

¶ Se-

¶ Sequenti die poſt feſtũ omnium ſanctorũ. Officium miſſæ maioris fit ſolenniter pro omnibus fidelibus defunctis, ad quam miſſam defunctorũ tantummodo dicatur vna oratio, ſcilicet. Fidelium deus.

¶ Per octa. omniũ ſanct. Offm̃

SApientiã ſanctorũ narrent populi: & laudem eorũ nũtiet eccleſia: nomina autẽ eorum viuẽt in ſeculum ſeculi. ℣. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio.

¶ Aliud officium.

IVſti epulẽtur: & exultent in conſpectu dei: delectentur in lætitia. ℣. Exurgat deus & diſsipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eũ à facie eius.

¶ Aliud officium.

IVdicant ſancti gẽtes: & dominantur populis: & regnabit dñs deus illorum imperpetuum. ℣. Exultate iuſti. Aliud officiũ. Timete dominũ. fo. cccxlv Oratio. Omnipotẽs ſempi. fo. cccxlvj. Epla. Ecce ego Io. fo. cccxlv. Alia. Iuſti in per. fol. ccxxvj. Alia. Reſpondens. fol. ccxxviij. Alia. Ecce ego Ioannes vidi al. fol. cccxlvj. ℟. Ecce quã bonũ & quã iucundũ: habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbã barbam Aaron. Aliud. Glorioſus deus in ſanctis: mirabilis in maieſtate faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Aliud. ℟. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cãtate dño canticũ nouũ: laus eius in eccleſia ſanctorũ. Aliud. ℟. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & nõ tãget illos tormentũ malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi autẽ ſunt in pace. Alla. ℣. Fulgebũt iuſti: & tanquam ſcintillæ in arũdineto diſcurrent in æternum. Aliud. Alla. ℣. Sãcti tui dñe benedicẽt te: gloriã regni tui dicent. Aliud. Alla. ℣. Lætamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini oẽs recti corde. Alla. ℣. O quã glorioſum eſt regnũ. folio. cccxlvj. Euange. Deſcendẽs dñs Ieſus de monte. fo. ccxxviij. Aliud. Videns turbas. folio. ccxxviij.

Offer. Lætamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini oẽs recti corde. Aliud. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormẽtum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autẽ ſunt in pace alleluia. Aliud. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus Iſrael ipſe dabit virtutẽ & fortitudinem plebi ſuę: benedictus deus alleluia. Aliud. Fulgebunt iuſti: & tanquã ſcintillæ in arundineto diſcurrent: iudicabunt gentes: & regnabũt in æternũ alľa. Sacra & poſt cõmunio ſicut in die. Communio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis & fructũ afferatis & fructus veſter maneat. Cõm. Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Venite benedicti: poſsidete præparatum vobis regnum ab initio ſeculi. Cõm. Iuſtorũ animæ in manu dei ſunt: & nõ tanget illos tormentum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi autem ſunt in pace. Alia Cõmu. Beati mũdo. fo. cccxlvj.

¶ Dñica infra octauas omniũ ſanctorũ. Officium cum omnibus ad ſe pertinẽtibus, ſicut in vigilia huius feſtiuitatis. Orationes verò ſicut in die.

¶ In octa. die omnium ſanctorum: miſſa matutina. erit quatuor Coronatorũ. j. cõmemo. de miſſa maiori. Ad miſsã matutinalem. Officium.

INtret in conſpectu tuo domine gemitus cõpeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu eorũ: vindica ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ: qui effuſus eſt. ℣. Deus venerũt gẽtes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodia. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt qui glorioſos martyres Claudium Nicoſtratum Simpronianum Caſtoriũ atq; Simplicium fortes in ſua confeſsione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſsione ſentiamus. Per dominũ noſtrũ. Epiſtola. Expectatio iuſto. fol. ccxxvij. ℟. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum: qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cęli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Alľa. ℣. Mirabilis deus noſter

ſter in ſanctis ſuis. Euange. Deſcē
dens dn̄s. fol. ccxxviij. Offert.
Anima nr̄a ſicut paſſer erepta eſt
de laqueo venantiū: laqueus cōtri-
tus eſt: & nos liberati ſumus. Sacra

BEnedictio tua domine lar
ga ſuper nos deſcendat:
quæ & munera noſtra deprecā
tibus ſanctis tuis tibi reddat ac
cepta. & nobis ſacramentū re-
demptionis efficiat. Per. Cōm.
Poſuerūt mortalia ſeruorum tuorū
dn̄e eſcas volatilibꝰ cæli: carnes ſan
ctorū tuorum beſtijs terræ. Secun-
dū magnitudinē brachij tui poſſide
filios morti punitorum. Poſt cō.

CÆleſtibus refecti ſacra-
mentis & gaudijs: ſuppli
ces te domine deprecamur. vt
quorum gloriamur triumphis:
protegamur auxilijs. Per dn̄m.

¶ In octauo die omnium ſan-
ctorum omnia fiāt ſicut in die.

¶ Theodori martyris. Officiū

IN virtute tua do-
mine lætabitur iu
ſtus: & ſuper ſalu
tare tuum exulta
bit vehementer:
deſiderum animæ eius tribuiſti ei.
℣. Quoniam præueniſti eum in
benedictionibus dulcedinis: poſui-
ſti in capite eius coronam de lapide
pretioſo. Oratio.

DEus qui nos beati Theo
dori martyris tui confeſ
ſione glorioſa circūdas & pro-
tegis: præſta nobis eiꝰ imitatio-
ne proficere. & oratione fulci-
ri. Per. Epiſtola. Iuſtus ſi. fol.
ccxxxij. ℟. Dn̄e præueniſti eū in
benedictionibus dulcedinis: poſui-
ſti in capite eius coronā de lapide
pretioſo. ℣. Vitā petijt: & tribuiſti
ei longitudinē dierum in ſeculum
ſeculi. Allā. ℣. Hic eſt verè mar-
tyr: qui pro Chriſto ſanguinem ſuū
fudit: & ideo regnat cū illo. Euan-
ge. Si quis ve. fo. ccxxxij. Offer.
Gloria & honore coronaſti eum:
& conſtituiſti eum ſuper opera ma
nuū tuarum domine. Sacra.

SVſcipe dn̄e fideliū preces
cū oblationibus hoſtiarū:
& intercedēte beato Theodo-
ro martyre tuo. per hæc pię de-
uotionis officia: ad cæleſtē glo-
riā tranſeamus. Per. Cō. Poſuiſti
domine ſuper caput eius coronā de
lapide pretioſo. Poſt commu.

PRæſta nobis dn̄e quæſu-
mus intercedente beato

Theodoro martyre tuo: vt quę ore contigimus. pura mente capiamus. Per dominum noſtrũ.

¶ Sãcti Mēnę marty. Officiũ.

OS iuſti meditabitur ſapiētiam : & lingua eius loquetur iudicium : lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt qui beati Mēnæ martyris tui natalitia colimus. interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per. Epl'a. Beatus vir qui in ſa. fo. ccxxxj. ℟. Beatus vir qui timet dñm : in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. All'a. ℣. Iuſtus non conturbabitur: quia dominus firmat manũ ei⁹. Euangelium. Si quis vult. fol. ccxxxij. Offertorium. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei domine: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eũ : poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. Sacra.

MVneribus noſtris quęſumus domine precibuſque ſuſceptis: & cæleſtibus nos munda myſterijs. & clementer exaudi. Per dominũ. Commu. Magna eſt gl'ia eius in ſalutari tuo: gloriã & magnum decorē impones ſuper eum domine. Poſtcõmu.

DA quæſumus dñe deus noſter: vt ſicut tuorum cõmemoratione ſanctorũ tēporali gratulamur officio. ita perpetuo lætemur aſpectu. Per

¶ Sancti Martini epi. Officiũ.

ECce ſacerdos magnus Martinus gemma ſacerdotũ: quem principem fecit dñs: vt ſit nobis reconciliatio. Et nõ eſt inuentus ſimilis illi habere laudem in omnes gentes. ℣. Benedictionē omnium gentium dedit illi: & teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput eius. Gloria Oratio.

DEus qui cõſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: cõcede propitius. vt interceſſione beati Martini cõfeſſoris tui atq; pontificis: contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtrũ. Epiſto. Ecce ſacerdos magnus qui in vita ſua curauit fol. ccxxxiiij.

℟. Ora

℟.Ora pro nobis beate Martine: vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti. ℣.Dum ſacramenta offer ret beatus Martinus: globus igneus apparuit ſuper caput eius. Allſa. ℣. Martinus Abrahæ ſinu lętus excipi tur: Martinus hic pauper & modi-cus cælũ diues ingreditur: hymnis cæleſtibus honoratur. Euangeliũ. Sint lumbi veſtri.fo.ccxxxiiij. Credo. non dicitur niſi ſit do-minica. Offerto.Martinus igitur obitum ſuum longè antè præſciuit: dixitq; fratribus diſſolutionem ſui corporis imminere: quia indicabat ſe iam reſolui. Sacra.

DA miſericors de⁹: vt hæc nos ſalutaris oblatio.&à proprijs reatibus indeſinenter expediat: & ab omnibus tuea-tur aduerſis. Per. Communio. Martinus Abrahæ ſinu lętus excipi tur: Martinus hic pauper & modi-cus cælũ diues ingreditur: hymnis cæleſtibus honoratur. Poſt cõm.

PRæſta quæſumus domine deus noſter: vt quorum fe ſtiuitate votiua ſunt ſacramen ta.eorum ſalutaria nobis inter ceſsione reddantur.Per domi-num noſtrum.

¶ Per octauas ſancti Martini.

Officium.

Beatum virũ: in cu-ius tranſitu ſancto-rum canit numerus: angelorum exultat chorus:omniumq; cæleſtium virtu tum occurrit pſallẽtium exercitus. ℣.Quem Michael aſſumpſit cum angelis: Maria ſuſcepit cum choris virginum : paradiſus retinet lætũ cum ſanctis. Aliud officium.

STatuit ei dominus teſtamẽtum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacer dotij dignitas in æternum. ℣.Inue ni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto meo vnxi eum. Aliud officium.

SAcerdotes eius in-duãt ſalutare: & ſan-cti eius exultatione exultabunt. ℣.Me-mento dñe Dauid: & omnis man-ſuetudinis eius. Aliud officium.

SAcerdotes dei be nedicite dominũ: ſancti & humiles corde laudate deũ ℣.Benedicite o-mnia opera domini domino: lauda

te & ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio. Deus qui conſpicis. vt ſupra. Epiſtola. Ecce ſacerdos. Minor. fo. ccxxxiiij. Alia. Teſtificor. fo. ccxxxiiij. Alia. Dilectus deo & hominibus. fol. ccxxxiiij. Alia. Dedit dñs. ibidem. ℟. Inueni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eum. Aliud. ℟. Sacerdotes eius induant ſalutare: & ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producã cornu Dauid: paraui lucernã Chriſto meo. Aliud. ℟. Iurauit dominus & non pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. Aliud. ℟. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Alleluia. ℣. Oculis ac manibus in cælum ſemper intentus: inuictum ab oratione ſpiritum nõ relaxabat. Aliud. Alleluia. ℣. Sacerdos dei Martine paſtor egregie: ora pro nobis deũ. Aliud. Alleluia. ℣. Hic Martinus pauper & modicus: cælum diues ingreditur: hymnis cæleſtibus honoratur. Aliud Alleluia. ℣. Martinus abrahæ. vt ſupra. Euange. Vigilate quia. fo. ccxxxvj. Aliud. Sint lumbi veſtri. fol. ccxxxvj. Aliud. Videte vigilate. fo. ccxxxviij. Offerto. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Aliud. Offerto. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cõfortabit eum. Aliud. Martinus igitur. vt ſupra. Sacra. Da miſericors. vt ſupra. Cõmu. Fidelis ſeruus: quem cõſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Alia. Beatus ſeruus: quem cùm venerit dominus eius inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Alia. Martinus abrahæ. Poſt cõmu. Pręſta quæſumus domine. vt ſupra.

¶ Dñica infra octa. Officium.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacer-

ſacerdotij dignitas in æternum. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Oratio.

DEus qui cõſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: cõcede propitius. vt interceſsione beati Martini cõfeſſoris tui atq; pontificis: contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum. Epl'a. Plures facti. fo. ccxxxv. ℟. Iurauit dominus & non pœnitebit eum. vt ſupra. Alleluia. ℣. Martinus epiſcopus migrauit à ſæculo: viuit in Chriſto gemma ſacerdotum. Euangelium. Vos eſtis ſal terrę. Quod. fol ccxxxix Offerto. Inueni Dauid ſeruum meum. Sacra.

DA miſericors de⁹: vt hæc nos ſalutaris oblatio. & à proprijs reatibus indeſinenter expediat: & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum noſtrum. Cõmunio. Beatus ſeruus: quem cùm venerit dominus eius inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt communio.

PRæſta quæſumus domine deus noſter: vt quorum feſtiuitate votiua ſunt ſacramenta. eorum ſalutaria nobis interceſsione reddantur. Per dominum noſtrum.

¶ Sancti Æmiliani presbyteri. Officium.

OS iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

DEus qui nos beati Æmiliani confeſſoris tui annua ſolennitate lætificas: concede propitius. vt cuius natalitia colimus: per eius ad te exẽpla gradiamur. Per dominum noſtrum. Epiſtola. Iuſtus cor ſuum tradet. fol. ccxxxvij. ℟. Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculũ ſeculi. Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in ęternum ante dominum. Euangeliũ. Nemo lucernam accendit: & in abſcon. fo. ccxxxviij. Offer.

Deſide-

Deſiderium animæ eius tribuiſti ei dñe: & volũtate labiorum eius non fraudaſti eũ: poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. Sacra.

LAudis tibi dñe hoſtias immolamus in tuorum cõmemoratione ſanctorum: quibus nos & pręſentibus exui malis confidimus & futuris. Per dominum. Communio. Semel iuraui in ſancto meo ſemen eius in æternum manebit: & ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum & teſtis in cælo fidelis. Poſt communio.

REfecti cibo potuq; cæleſti domine deus noſter: te ſupplices exoramus. vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus: eius muniamur & precibus. Per dominum noſtrum.

¶ Bricij epiſcopi. Officium.

SAcerdotes dei benedicite dominũ: ſancti & humiles corde laudate deũ. ℣. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt beati Bricij confeſſoris tui atq; põtificis veneranda ſolẽnitas. & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Per. Epiſtola. Teſtificor co. fo. ccxxxiiij. ℞. Inueni Dauid ſeruũ. fo. cccxlix. Alleluia. ℣. Poſt exceſſum beatiſsimi Martini epiſcopi: beatus Bricius cathedram epiſcopalem ſuſcepit. Euange. Vigilate. fo. ccxxxvj. Offerto. Inueni Dauid ſeruum meum & oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea aũxiliabitur ei & brachium meũ confortabit eum. Sacra.

SAncti tui nos dñe quæſumus vbiq; lætificent: vt dũ eorũ merita recolimus patrocinia ſentiamus. Per. Cõ. Fidelis ſeruus & prudens: quẽ cõſtituit dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in tẽpore tritici menſuram. Poſt cõmũ.

PRęſta quæſumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus grãs exhibẽtes. beneficia potiora ſumamus. Per.

¶ Romani martyris. Officium.

LÆtabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. ℣ Exaudi deus orõnẽ meã cũm deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Præſta

PRæſta queſumus omnipotens deus: vt qui beati Romani martyris tui natalitia colimus. interceſsione eius in tui nominis amore roboremur. P. Epſa Memor eſto. fo. ccxxxij. ℟. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. A lſa. ℣. Lętabitur iuſtus in domino: & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Euãge. Niſi granum frumenti. fo. ccxxxij. Offerto. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo: vitam petijt à te: tribuiſti ei alleluia. Sacra.

MVneribus noſtris queſumus dñe precibuſq; ſuſceptis: & cæleſtibus nos munda myſterijs. & clementer exaudi. Per. Communio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorẽ impones ſuper eum domine. Poſt cõmu.

DA quæſumus dñe deus noſter: vt ſicut tuorũ cómemoratione ſanctorũ tẽporali gratulamur officio. ita perpetuo lætemur aſpectu. Per.

¶ Aciſcli & Victoriæ. Officiũ.

IVſti epulẽtur & exultẽt in cõſpectu dei: delectentur in lætitia. ℣. Exurgat deus & diſsipentur inimici eius: & fugiãt qui oderunt eum à facie eius. Gloria patri & filio. Oratio.

PRęſta domine precibꝰ noſtris cum exultatione prouentum: vt quorum diẽ paſsionis annua deuotione recolimus. etiam fidei cõſtantiã ſubſequamur. Per. Epiſto. Iuſtorũ animæ. fol. ccxxvj. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus: adiutorium noſtrũ in nomine domini: qui fecit cælum & terram. Alleluia. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus dñe. Euang. Attẽdite à fermen. fol. ccxxix. Offert. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus. Sacra.

VOta populi tui dñe propitiatus intende: & quorũ nos tribuis ſolennia celebrare: fac gaudere ſuffragijs. Per. Cõmu.

Communio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum dñe eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terræ: ſecundùm magnitudinem brachij tui poſſide filios morti punitorum. Poſt commu.

EXaudi domine preces noſtras: & ſanctorum tuorũ quorum feſta ſolenniter celebramus. cõtinuis foueamur auxilijs. Per. ¶ Ad miſſam maiorem de octa. die ſancti Martini omnia fiant ſicut in die: excepto ꝙ Epiſtola erit Ecce ſacerdos magnus q̃. Minor. fol. ccxxxiiij. Et Alleluia. ℣. Sacerdos dei Martine paſtor egregie: ora pro nobis deum.

¶ Sanctæ Eliſabeth filiæ regis Vngariæ. Officium.

COgnoui dñe quia ęquitas iudicia tua & in veritate tua humiliaſti me. Cõfige timore tuo carnes meas: à mandatis tuis nõ me repellas. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Orõ.

TVorũ corda fideliũ deus miſerator illuſtra: & beatę Eliſabeth precibus glorioſis: fac nos proſpera mundi deſpicere. & cæleſti ſemper conſolatione gaudere. Per. Epiſto. Domine deus meus exaltaſti. fol. ccxl. ℟. Concupiuit rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus. ℣. Audi filia & vide: & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum & domũ patris tui. Alleluia. ℣. Veni electa mea: & ponam in te thronum meum: quia concupiuit rex ſpeciem tuã. Euangel. Simile eſt regnum cælorũ theſauro. fo. ccxlj. Offerto. Filiæ regum in honore tuo: aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Sacra.

MVnera dñe noſtrę deuotionis offerimus: vt & tibi grata & nobis ſalutaria. beatæ Eliſabeth pia ſupplicatione reddantur. Per. Cõmunio. Feci iudicium & iuſtitiam domine: non calumniẽtur me ſuperbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omnẽ viam iniquitatis odio habui. Poſt cõm.

QVæſumus omnipotens deus: vt quos ſalutaribus dignatus es erudire myſterijs. beatę Eliſabeth interceſſio glorioſa reficiat cæleſtibus alimẽ-

alimentis. Per dñm noſtrum.

¶ Sanctæ Ceciliæ virginis.
Officium.

LOquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regum: & non cõfundebar: & meditabor in mandatis tuis: quæ dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

DEus qui nos annua beatæ Ceciliæ martyris tuæ ſolennitate lætificas: da vt quã veneramur officio. etiã piæ cõuerſationis ſequamur exẽplo. Per. Epl'a. Dñe deus meus. fo. ccxl. ℟. Audi filia & vide: & inclina aurem tuã: quia concupiuit rex ſpeciẽ tuã. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intẽde proſperè procede & regna. All'a. ℣. Cantãtibus organis Cecilia virgo ſoli dño decantabat dicens: fiat dñe cor meum & corpus meũ immaculatũ: vt non confundar. Euãge. Simile eſt regnum cęlorum decẽ. fo. ccxlj. Offert. Offerentur regi virgines: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templo regi domino. Sacra.

HÆc hoſtia dñe placationis & laudis quæſumus interueniẽte beata Cecilia martyre tua: nos tua propitiatione dignos efficiat. Per dñm. Communio. Cõfundãtur ſuperbi: quia iniuſtè iniquitatem fecerũt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor: in tuis iuſtificationibus: vt non confundar. Poſt communio.

SAtiaſti domine familiã tuã muneribus ſacris: eius quæſumus interuentione nos refoue. cuius ſolennia celebramus. Per dominum noſtrum.

Miſſa præſentationis beatæ Mariæ virginis in templo. Officium.

GAudeamus oẽs in domino diem feſtum celebrantes ſub honore Mariæ virginis: de cuius præſentatione gaudent angeli: & collaudant filium dei. ℣. Gaudent angeli lætantur archangeli: exultant iuſti in conſpectu dei. Oratio.

DEus qui ſanctã dei genitricem tẽplũ ſpiritus ſancti poſt triẽnium in templo domini

mini prę ſentari voluiſti:præſta quęſumus. vt qui eius præſentationis feſta veneramur: ipſi tēplū in quo habitare digneris efficiamur. Per. Epła. Ego quaſi. fo. cccxviij. ℟. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris effecta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quē totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia. ℣. Hodie Maria virgo tēplū aſcendit: gaudete: quia cum Chriſto regnat in æternum. ℣. Fœlix virgo: quæ mundo edita matris aluo: repletur gratia: & in templo dei repoſita: illuſtratur ſumma peritia. Euange. Liber ge. fo. cccxxix. Offerto. Fœlix nanq; es ſacra virgo Maria & omni laude dignisſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. Sacra.

HÆc munera quæſumus dñe beatę Marię ſemper virginis intercesſione ſanctifica: quam in tēplo tuo munus tibi gratisſimum offerri parentum manibus voluiſti. Per do. Præfatio. Et te in præſenta. fo. ccij. Commu. Dilexiſti iuſtitiā: & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus. Poſt cōm.

SAcramenta quæ ſumpſimus dñe beatæ Marię ſemper virginis intercesſione nos ſaluent: quæ deuotione ſui cordis pijsſimi. acceptabile tibi ſacrificiū iugiter immolauit. Per.

¶ Clementis papę & martyris. Ipſo die ſanctę Fœlicitatis. Miſſa matuti. erit de ea. j. cōmemo. de miſſa maiori. Officium.

COgnoui domine q̄a æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliaſti me: confige timore tuo carnes meas: à mandatis tuis non me repellas. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt beatę Fœlicitatis martyris tuæ ſolennia recenſentes. meritis ipſius protegamur & precibus. Per. Epła. Mulierem fortē. fol. cccvj. ℟. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia & vide: & inclina aurē tuā: quia cō cupiuit rex ſpeciē tuā. Alła. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea

ea benedixit te deus in æternum. Euangelium. Loquẽte domino Ieſu. fol. ccciij. Offerto. Filiæ regum in honore tuo: aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circũdata varietate. Sacra.

VOta populi tui dñe propitiatus intende: & quorũ nos tribuis ſolennia celebrare. fac gaudere ſuffragijs. Per d. Cõmunio. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt: ipſe meus frater ſoror & mater eſt: dicit dominus. Poſt cõmunio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedentibus ſanctis tuis. & tua nobis dona multiplices: & tempora noſtra diſponas. Per dñm.

¶ Ad miſſam maiorem ſancti Clementis. Officium.

DIcit dominus: ſermones mei quos dedi in os tuum: non deficiẽt de ore tuo: adeſt em̃ nomen tuum: & munera tua accepta erunt ſuper altare meũ. ℣. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Oratio.

DEus qui nos annua beati Clemẽtis martyris tui atque põtificis ſolennitate lætificas: cõcede propitius. vt cuius natalitia colimus: virtutẽ quoque paſsionis imitemur. Per d. Epl'a Doctri. varijs. fo. ccxxxv ℟. Iurauit dñs & nõ pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternũ ſecundùm ordinẽ Melchiſedech. ℣. Dixit dñs domino meo: ſede à dextris meis. A lľa. ℣. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. Euãg. Homo qui peregre. fol. ccxxxv. Offer. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo: & in noĩe meo exaltabitur cornu ei⁹. Sacra.

MVnera dñe oblata ſanctifica: & intercedente beato Clemente martyre tuo, nos per hæc à peccatorũ nrõrũ maculis emũda. Per. Cõm. Semel iuraui in ſancto meo: ſemẽ eius in æternũ manebit: & ſedes ei⁹ ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis. Poſt communio.

COrporis ſacri & pretioſi ſanguinis repleti libamine quęſumus domine deus noſter: vt quod pia deuotione gerimus. certa redẽptione capiamus. Per dominum noſtrum.

¶ Chryſogoni marty. Officiũ.

G Loria & honore coronaſti eum domine & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum. ℣. Domine dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Oratio.

A Deſto dñe ſupplicationibus noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus. beati Chryſogoni martyris tuis interceſsiõe liberemur. Per. Ep̄la. Iuſtus ſi morte. fo. ccxxxij. ℟. Iuſtus non cõturbabitur: quia dñs firmat manum eius. ℣. Tota die miſeretur & cõmodat: & ſemen illius in benedictiõe erit. A lľa. ℣. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit: accipiet coronam vitæ. Euangelium. Hæc mando vobis. fo. ccxxiiij. Offerto. In virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Sacra.

O Blatis quęſumus domine placare muneribus: & intercedente beato Chryſogono martyre tuo, à cũctis nos defende periculis. Per. Cõmu. Poſuiſti dñe in capite eius coronã de lapide pretioſo. Poſt commu.

T Vi nos dñe perceptione ſacramẽti: & à noſtris mũdemur occultis. & ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dñm.

¶ Catharinæ virginis. Officiũ.

D Ilexiſti iuſtitiã: & odiſti iniquitatẽ: propter ea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præconſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

O Mnipotens ſempiterne deus. qui corpus glorioſæ virginis & martyris tuæ Catharinę in montẽ Synai ab angelis deferri & in eodem ſepeliri iuſsiſti. cõcede propicius: eiꝰ obtentu nos ad arcem virtutũ prouehi. vbi viſionis tuæ claritatem mereamur intueri. Epiſtola. Confitebor tibi. fo. ccxl. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternũ. ℣. Propter veritatẽ & manſuetudinẽ & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. A lľa. ℣. Ecce prudẽs virgo migrauit ad Chriſtum:

ſtum:fulgens inter choros virginũ: ſicut ſol in virtute cæleſti. Euang. Simile eſt regnum cælorũ theſauro. fol. ccxlj. Offerto. Filiæ regum in honore tuo:aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Sacra.

MVnera dñe ſacrificijpręſentis quæ tibi in honorem ſanctæ Catharinę virginis offerimus:fiãt nobis eius meritis & precibus. vita æterna & ſalus infinita. Per. Cõmu. Simile eſt regnũ cælorũ homini negotiatori quærenti bonas margaritas:inuenta vna pretioſa margarita: dedit oĩa ſũa:& cõparauit eã. Poſt cõ.

DEus q̃ dediſti legẽ Moyſi in ſummitate mõtis Synai:& in eodẽ loco per ſanctos angelos & archangelos tuos corpus glorioſę virginis & martyris tuę Catharinę mirabiliter collocaſti. tribue quæſumus: vt eius meritis & precibus ad mõtem qui Chriſtus eſt peruenire valeamus. Qui te. ¶ Sãctorum Facundi & Primitiui. Officiũ.

INtret in conſpectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nr̃is ſeptuplũ in ſinu eorũ: vindica ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ: qui effuſus eſt. ℣. Deus venerunt gentes in hęreditatem tuã: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerũt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. Oratio.

DEus qui nos cõcedis ſanctorum martyrũ tuorũ Facundi & Primitiui natalitia colere:da nobis in æterna beatitudine. de eorũ ſocietate gaudere. Per. Epiſtola. Sancti per fidem. fo. ccxxvj. ℟. Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate:faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia. ℣. O quàm glorioſum eſt regnum:in quo cum Chriſto gaudent iſti ſancti: amicti ſtolis albis ſequuntur agnum quocunq; ierit. Euãgelium. Videns turbas dñs Ieſus. fol. ccxxviij. Offerto. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt:& non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace alleluia. Sacra.

MVnera tibi dñe noſtræ deuotionis offerimus: quæ pro ſanctorum martyrũ

tuorum Facũdi & Primitiui tibi grata ſint honore. & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per. Cõm. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt: beati pacifici: quoniã filij dei vocabuntur: beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiã: quoniã ipſorũ eſt regnũ cælorũ. Poſt cõmu.

PRæſta nobis dñe quæſumus intercedentibus ſanctis martyribus tuis Facundo atq; Primitiuo: vt quæ ore contigimus. pura mẽte capiamus. Per dominum noſtrum.

¶ In dedicatione eccl'iæ. Offi.

TErribilis eſt locus iſte: hic domus dei eſt & porta cæli: & vocabitur aula dei. ℣. Fũdamẽta eius in montibus ſanctis: diligit dñs portas Siõ ſuper omnia tabernacula Iacob. Oratio.

DEus qui nobis per ſingulos annos huius ſancti tẽpli tui dedicatiõis reparas diẽ: & ſacris ſemper myſterijs repreſen[illegible]s incolumes. exaudi preces populi tui & præſta: vt quiſquis hoc templum beneficia pe[illegible]iturus ingreditur. cũcta ſe impetraſſe lætetur. Per dñm.

¶ Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli. Cap. xxj.

IN diebus illis: Vidi ciuitatẽ ſanctam Ieruſalem nouã deſcendẽtem de cælo à deo paratam: ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocẽ magnã: de throno dicentẽ. Ecce tabernaculum dei cũ hominibus: & habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt: & ipſe deus cum eis: erit eorũ deus. Et abſterget deus omnẽ lachrymã ab oculis eorũ: & mors vltrà non erit: neq; luctus neq; clamor: neq; dolor erit vltrà. Quæ prima abierũt. Et dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua: facio oĩa.

℟. Locus iſte à deo factus eſt inæſtimabile ſacramentũ: irreprehenſibilis eſt. ℣. Deus cui aſtat angelorũ chorus: exaudi preces ſeruorũ tuorũ. Alľa. ℣. Adorabo ad tẽplũ ſanctum tuũ: & cõfitebor nomini tuo. Tractus. Domus mea domus oratiõis vocabitur. ℣. In ea omnis qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulſanti aperietur. ℣. Hæc eſt domus dñi firmiter ædificata: bene fundata eſt ſupra firmam petram.

¶ Euan-

¶Euangelium ſecundũm Lucam. Capite.xix.

IN illo tẽpore:Ingreſſus dñs Ieſus perãbulabat Hierico. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic erat princeps publicano rum:& ipſe diues.Et quærebat Ieſum videre quis eſſet:& non poterat præ turba: quia ſtatura puſillus erat.Et præcurrẽs aſcẽ ditin arborẽ ſicomorum:vt vi deret eum:quia inde erat tranſiturus. Et cùm veniſſet ad locum:ſuſpiciens Ieſus vidit illũ: & dixit ad eum. Zachæe feſtinans deſcẽde:quia hodie in do mo tua oportet me manere.Et feſtinans deſcẽdit:& excepit il lum gaudens.Et cùm viderent omnes:murmurabãt dicẽtes: quòd ad hominẽ peccatorẽ di uertiſſet. Stans autẽ Zachæus: dixit ad dñm. Ecce dimidium bonorum meorũ dñe do pauperibus:&ſi quid aliquẽ defrau daui:reddo quadruplũ.Ait Ieſus ad eum. Quia hodie ſalus huic domui facta eſt:eo ꝙ ipſe filius ſis Abrahæ. Venit enim filius hominis:quęrere &ſaluũ facere:quod perierat.Credo.

Offer. Domine deus in ſimplicitate cordis mei lętus obtuli vniuerſa: & populus tuus qui repertus eſt: vidit cũ ingenti gaudio:deus Iſrael cuſtodi hanc voluntatem. Sacra.

ANnue quæſumus domine precibus nr̃is: vt quicũq; intra tẽpli huius cuius anniuerſariũ dedicationis diẽ celebramus ambitũ cõtinemur. plena tibi atq; perfecta corporis & animæ deuotione placeamus:vt dum hæc prꝺſentia vota reddimus ad æterna præmia te adiuuante peruenire mereamur. Per dñm. Cõmu. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus: in ea omnis qui petit accipit:& qui quęrit inuenit:& pulſanti aperietur. Poſt communio.

DEus qui de viuis & electis lapidibꝰ ęternũ maieſtati tuæ cõdis habitaculũ:auxiliare populo ſupplicãti.vt eccleſia tua quæ corporalibus ꝓficit ſpacijs:ſpiritualibus amplificetur augmentis.Per dñm.

Explicit ſanctorale.

Incipiũt miſſæ priuatæ per totum annum: & primò de ſanctiſsima Trinitate. Officium qui volet diebus dominicis.

Benedicta ſit ſancta Trinitas atq; indiuiſa vnitas: cõfitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiã ſuam. ℣. Benedicamus patrẽ & filiũ cũ ſancto ſpiritu: laudemus & ſuperexaltemus eũ in ſecula. Orõ.

Omnipotens ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in cõfeſsione verę fidei ęternæ trinitatis gloriã agnoſcere: & in potẽtia maieſtatis adorare vnitatẽ: quæſumus vt eiuſdẽ fidei firmitate: ab omnib⁹ ſemper muniamur aduerſis. Per.

¶ Ad Romanos. Capite. xj.

O Altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei: quàm incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius: & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini: aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo & per ipſum: & in ipſo ſunt oĩa. Ipſi honor & gloria: in ſecula ſeculorum Amẽ.

¶ Alia ad Corinthios. ij. c. xiij.

Fratres: Gaudete perfecti eſtote: exhortamini idẽ ſapite. Pacẽ habete: & deus dilectionis & pacis erit vobiſcum. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti: & charitas dei: & cõmunicatio ſancti ſpiritus: ſit ſemper cũ omnibus vobis Amẽ. ℟. Benedictus es dñe qui intueris abyſſos: & ſedes ſuper cherubin. ℣. Benedicite deũ cæli: quia fecit nobiſcũ miſericordiã ſuã. Alľa. ℣. Qualis pater: talis filius: talis ſpiritus ſanctus. In reſurrectione. Alľa. ℣. Benedictus es dñe deus patrũ noſtrorũ: & laudabilis in ſecula. ¶ Euãge. ſecũdùm Ioannẽ. cap. xv. & xvj.

In illo tẽpore: Dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis. Cùm venerit paracletus quẽ ego mittã vobis à patre: ſpiritum veritatis qui à patre procedit: ille teſti-

moniũ

monium perhibebit de me. Et vos teſtimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecũ eſtis. Hæc locutus ſum vobis: vt nõ ſcãdalizemini. Abſq; ſynagogis faciẽt vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos: arbitretur obſequium ſe præſtare deo. Et hæc faciẽt vobis: quia nõ nouerunt patrem neq; me. Sed hæc locutus ſum vobis: vt cùm venerit hora eorum reminiſcamini: quia ego dixi vobis. Offert. Benedictus ſit deus pater: vnigenituſque dei filius: ſanctus quoque ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Sacra.

SAnctifica quæſumus domine deus noſter per tui ſancti nominis inuocationem huius oblationis hoſtiam: & cooperante ſancto ſpiritu: per eam noſmetipſos tibi perfice munus ęternum. Per. eiuſdem. Commu. Benedicimus deum cæli: & coram omnibus viuentibus cõfitebimur ei: quia fecit nobiſcũ miſericordiam ſuam. Poſt commu.

PRoficiat nobis ad ſalutem corporis & animæ domine deus huius ſacramẽti ſuſceptio: & ſempiterna ſanctæ trinitatis: eiuſdẽq; indiuiduæ vnitatis confeſsio. Per dominum.

¶ Ex decretis capitulorum generalium, cùm per hebdomadam feſta non occurrunt, ſic agimus officia. ¶ Feria. ij. de Angelis. ¶ Feria tertia, de Spiritu ſancto. ¶ Feria quarta, de beatiſsimo patre noſtro Benedicto: eo modo quo infra dicetur. ¶ Feria quinta, de ſacratiſſimo corpore Chriſti. ¶ Feria. vj. de Cruce. ¶ Sabbato, de beatiſsima dei genitrice Maria.

¶ Feria. ij. dicatur officium angelorum. Officium.

BEnedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute: qui facitis verbum eius: ad audiendam vocem ſermonum eius. ℣. Benedic anima mea domino: & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Oratio.

PErpetuum nobis domine tuę miſeratiõis pręſta ſubſidium: quibus & angelica præſtitiſti ſuffragia non deeſſe. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio libri apocalypſis: beati Ioannis apoſtoli. Cap.xix.

IN diebus illis: Dixit mihi angelus. Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati ſunt. Et dixit mihi Hæc verba dei vera ſunt. Et cecidi ante pedes eius: vt adorarem eum. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conſeruus enim tuus ſum & fratrum tuorum: habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora. ℟. Benedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute: qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea dño: & omnia interiora mea nomẽ ſanctũ eius. A llſa. ℣. Sancte Michael archangele: defende nos in prælio: vt non pereamus in tremẽdo iudicio. In reſurrectio. A llſa. ℣. Angelus domini deſcendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem: & ſedebat ſuper eum cum ſplendore magno. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite. v.

IN illo tempore: Aſcẽdit dominus Ieſus Hieroſolymã. Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina: quæ cognominatur hebraicè Bethſaida: quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium: cæcorum claudorũ aridorum: expectantium aquę motũ. Angelus autem domini ſecundùm tempus deſcẽdebat in piſcinam: & mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinã poſt motionẽ aquæ: ſanus fiebat: à quacũq; detinebatur infirmitate. Offert. Sterit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu ſua: & data ſunt ei incenſa multa: & aſcendit fumus aromatum in conſpectu dei alleluia. Sacra.

HOſtias tibi dñe laudis offerimus ſuppliciter deprecãtes: vt eaſdẽ angelico pro nobis interueniente ſuffragio: & placatus accipias: & ad ſalutẽ noſtrã prouenire concedas. Per. Cõm. Benedicite oẽs angeli dñi dño: hymnum dicite: & ſuperexaltate eum in ſecula. Poſt cõm.

REpleti dñe benedictione cęleſti ſuppliciter implorãmus: vt quod debito celebramus officio: ſanctorum angelorum atq; archangelorũ nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. Per dominum noſtrum.

¶ Feria

¶Feria tertia. In honorem ſancti ſpiritus. Officium.

SPiritus dñi repleuit orbẽ terrarum alleluia:& hoc quod cõtinet omnia: ſciẽtiã habet vocis alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Confirma hoc deus: quod operatus es in nobis à templo tuo quod eſt in Ieruſalem:tibi offerent reges munera. Oratio.

DEus qui corda fideliũ ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodẽ ſpũ recta ſapere: & de eius ſemper cõſolatione gaudere. Per.eiuſ.

¶Lectio Actuũ apoſto.c. viij.

IN diebus illis: Cũ audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis:quia recepit Samaria verbum dei: miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cũ veniſſent: orauerunt pro ipſis vt acciperent ſpiritum ſanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: ſed baptizati tantũ erant in nomine domini Ieſu. Tunc imponebãt manus ſuper illos:& accipiebant ſpiritum ſanctum. ℟. Beata gens cuius eſt deus eorum:populus quẽ elegit dñs in hæreditatem ſibi. ℣. Verbo domini cęli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ Alleluia. ℣. Emitte ſpiritum tuũ & creabuntur: & renouabis faciẽ terræ. Allia. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fideliũ: & tui amoris in eis ignem accende. Euãgel. vt in die Penteco. fol. cxlj.

Offert. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis: à templo tuo quod eſt in Ieruſalem:tibi offerent reges munera alleluia. Sacra.

MVnera quęſumus domine oblata ſanctifica: & corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per.eiuſdẽ.

Communio. Factus eſt repentè de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis: vbi erant ſedentes alleluia: & repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto loquẽtes magnalia dei alleluia, alleluia, alleluia. Poſt commu.

SAncti ſpiritus domine corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fœcundet. Per. eiuſdem.

¶Feria quarta fit officiũ de ſancto Benedicto patre noſtro, ſicut per octauas tranſlationis eius: ſed in tẽpore reſurrectio-

nis: ſecundũ. All'a. Euange. Offer. & Cõio dicuntur vt in communi Abbatũ tempore reſurrecti. & quia omnes fere quartæ feriæ habẽt epiſtolas & euãgelia propria apud nos. Ideo ne tot ſacræ lectiones & euãgelia obmittantur: ſic fiat officiũ ſanctiſsimi patris noſtri in prædictis ferijs quartis quæ proprias epiſtolas & euãgelia habuerint Officiũ miſſę cum orationibus & cæteris ad illud pertinentibꝰ dicantur de ſancto Benedicto. Epiſto. verò & euangelium dicantur de feria. Sicut ferijs ſextis fieri conſueuit circa euangelia in miſsis de Cruce.

¶ Feria quinta dicatur officiũ de Corpore Chr̃i, ſicut in eius feſtiuitate. folio. cliiij.

¶ Feria ſexta dicatur officium de ſancta Cruce. Officium.

NOs autẽ gloriari oportet in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus vita & reſurrectio noſtra: per quem ſaluati & liberati ſumus. ℣. Deꝰ miſereatur noſtri: & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos: & miſereatur noſtri. Oratio.

DEus qui vnigeniti filij tui pretioſo ſanguine viuificæ crucis vexillum ſanctificari voluiſti: cõcede quæſumus: eos qui eiuſdem ſanctæ crucis gaudent honore: tua quoq; vbiq; protectione gaudere. Per eun.

¶ Ad Philippenſes. Capite. ij.

FRatres: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens patri vſq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomẽ: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur: cæleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. Et omnis lingua cõfiteatur: quia dñs Ieſus Chr̃us: in gloria eſt dei patris. ℟. Chriſtus factus eſt pro nobis obediẽs vſq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illũ: & dedit illi nomẽ quod eſt ſuper omne nomẽ. All'a. ℣. Dulce lignum dulces clauos: dulcia ferẽs põdera: quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere regẽ cælorum & dñm. In reſurrectio. All'a. ℣. Crucifixus reſurgens ex mortuis redemit nos ſanguine ſuo: adoremus eum in gloria.

¶ Euan-

¶Euãg.ſecundũ.Lucã.c.xviij.

IN illo tempore: Aſſumpſit domin' Ieſus duodecim diſcipulos ſuos:& ait illis.Ecce aſcendimus Hieroſolymam: & conſummabuntur omnia quę ſcripta ſunt per prophetas: de filio hominis. Tradetur enim gentibus: & illudetur & flagel labitur:& conſpuetur.Et poſtquam flagellauerint: occident eũ.Et die tertia:reſurget. Offer.

Protege domine plebem tuam per ſignum ſanctæ crucis ab omnibus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem: & acceptabile tibi fiat ſacrificiũ noſtrum alleluia. Sacra.

HÆc oblatio domine ab omnibus nos purget offenſis: quæ in ara crucis etiã totius mundi tulit offenſam.Per.

Cõm Per ſignũ crucis:de inimicis nr̃is libera nos de⁹ noſter. Poſt cõ.

ADeſto dñe de⁹ noſter: & quos ſanctę crucis lętari facis honore: eius quoq; perpetuis defende ſubſidijs.Per do.

¶Sabbato.Notandum ꝙ feria iij.& ſabbato dicitur miſſa de beata Maria.Feria.iij.celebratur vt.xij.lecti. Sabbato vt.iiij. in cap.principalibus.

¶In honore S.Mariæ.Officiũ.

SAlue ſancta parens enixa puerpera regem:qui cęlum terramq; regit in ſecula ſeculorum. ℣.Virgo dei genitrix: quem totus nõ capit orbis:in tua ſe clauſit viſcera factus homo.

¶Aliud officium.

AVe ſpes nr̃a dei genitrix virgo Maria: quę meruiſti portare regem cęlorũ & dñm.℣ Angelorũ etenim laude digna es:oĩbus nimis venerãda. Orõ

COncede nos famulos tuos quęſumus dñe de⁹: perpetua mẽtis& corporis ſanitate gaudere:& glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione : à præſenti liberari triſtitia:& ęterna perfrui lętitia.Per.

Lectio lib.Sapiẽ.Eccle.c.xxiiij

AB initio & ante ſecula creata ſum:& vſq; ad futurũ ſeculũ nõ deſinã:&in habitatiõe ſctã:corã ipſo miniſtraui Et ſic in Siõ firmata ſum : & in ciuitate ſctificata ſimiliter requi:&

ui : & in Ieruſalē poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hęreditas illi⁹. Et in plenitudine ſanctorum: detentio mea. Vel dicatur alia, de his quæ per octa. Aſſumptionis dicũtur. ℞. Benedicta & venerabilis es virgo Maria : quæ ſine tactu pudoris effecta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. A lľa. ℣. Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti: dei genitrix intercede pro nobis. A lľa. ℣. Ora pro nobis pia virgo: vnde Chriſtus natus eſt: nobis peccatoribus ſis miſerta. A lľa. ℣. Virga Ieſſe floruit: virgo deũ & hominē genuit : pacē deus reddidit in ſe recõcilians ima ſummis. A lľa. ℣. Salue virgo mater Chriſti : templũ ſancti ſpiritus: quæ ſola portare digna meruiſti regē cælorum & dñm. A lľa. ℣. Aue virgo trinitatis: nobile triclinium: vt nos ſoluat à peccatis : Ieſum flecte filiũ. A lľa. ℣. Ante thronum trinitatis: miſerorũ miſeratrix : pia mater pietatis: ſis pro nobis exoratrix: Cauſam noſtrę paupertatis: coram deo ſuſtine: & veniam de peccatis: ſeruis tuis obtine. ¶ In. xl. tractus. Aue Maria gratia plena : dñs tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus : & benedictus fructus ventris tui. ℣. Ecce concipies & paries filiũ: & vocabitur nomen eius Emanuel. ℣. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te : & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. ℣. Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctũ: vocabitur fili⁹ dei.

¶ Euange. ſecundũ Lucam. c. j.

IN illo tempore: Repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth : & exclamauit voce magna: & dixit ad beatam Mariam. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi : vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidiſti: quoniã perficientur ea quę dicta ſunt tibi à dño. Et ait Maria. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ſpũs meus: in deo ſalutari meo.

¶ Euange. ſecundũ Lucã. c. xj.

IN illo tempore : Loquente dño Ieſu ad turbas : extollēs vocem quædam mulier de

turba:dixit ei .Beatus vēter qui te portauit: & vbera quæ ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbum dei: & cuſtodiunt illud. Offertorium. Fœlix nāq; es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. Aliud offer. Recordare virgo mater: dum ſteteris in cōſpectu dei: vt loquaris pro nobis bonū: & vt auertas indignationem ſuā. Ab hac familia: tu propitia. Mater eximia: pelle vitia. Fer remedia: reis in via. Dans in patria: vitæ gaudia. A quibus dulcia: tu præconia. Laudes cū gratia ſuſcipe pia. Virgo Maria amen. Aliud offer. Præter rerum ſeriem: parit deum hominem: virgo mater. Nec vir tangit virginem: nec prolis ori ginem: nouit pater. Virtus ſancti ſpiritus: opus illud cęlitus: operatur. Introitus & exitus: partus tui penitus: quis ſcrutatur? Dei prouidentia: quæ diſponit oīa: tam ſuaue. Tua puerperia: transfert in myſteria: mater aue. Offerto. Aue regina clementiæ: angelorum imperatrix: & cæleſtis curiæ: oppreſſorum ſubleuatrix: mater miſericordiæ. Nunc iuuare nos dignare: apud regem gloriæ: vt nos defendat & impendat: donum ſuæ gratię. Aliud. Fœlix valde es ſacra virgo Maria: & omni laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus de⁹ noſter. Aliud offer. Fœlix nāq; es ſacra virgo Maria: & omni laude digniſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter alleluia. Aliud offertoriū. Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus vētris tui. Sa.

Tua dn̄e quæſumus propiciatione: & beatæ Mariæ ſemper virginis interceſsione: ad perpetuam atq; præſentem hęc oblatio nobis proficiat proſperitatē. Per. Cōmu. Beata viſcera Mariæ virginis: quæ portauerunt æterni patris filiū. Alia cōm. Aue regina cælorum: mater regis angelorum: ò Maria flos virginum: velut roſa vel lilium: funde preces ad filium: pro ſalute fideliū. Alia. Gaude virgo glorioſa: ſuper omnes ſpecioſa: vale valde decora: & pro nobis ſemper Chriſtum exora. Alia. Aue regina cęlorum: aue domina angelorū: ſalue radix ſancta: ex qua mundo lux eſt orta: gaude

glorioſa: ſuper omnes ſpecioſa: vale valde decora: & pro nobis ſemper Chriſtũ exora. Poſt commu.

SVmptis dñe ſalutis noſtræ ſubſidijs: da quęſumus beatæ Mariæ ſemper virginis nos patrocinijs vbique protegi: in cuius venerationem hæc tuæ obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.

¶ In aduẽtu domini officium. Rorate cæli. cum omnibus ad ſe pertineutibus. folio. cclxxv.

¶ In natiuitate domini.

¶ Notandum: quòd iſtud officium, ſcilicet. Vultum tuum. cũ omnibus ad ſe pertinentibus dicitur à natiui. domini vſq; ad octauum diem Epiphaniæ in miſſa beatę Marię: oratio tamẽ ſola cum ſua ſacra & poſt cõ. dicitur vſque in diem Purificationis incluſiuè. Officium.

VUltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Adducẽtur regi virgines poſt eam: proximæ eius adducẽtur tibi in lætitia & exultatione. ℣. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus q ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi pręmia præſtitiſti: tribue quæſumus: vt ipſam ꝓ nobis intercedere ſentiamus: per quã meruimus auctorem vitæ ſuſcipere dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Ad Titum. Capite. ij.

CHariſsime: Apparuit gratia dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatẽ & ſecularia deſideria: ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatam ſpẽ: & aduentũ gloriæ magni dei: & ſaluatoris nr̃i Ieſu Chr̃i. Qui dedit ſemetipſum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mũdaret ſibi populũ acceptabilem: ſectatorẽ bonorũ operũ. Hæc loquere: & exhortare in Chriſto Ieſu: dño noſtro. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternũ. ℣. Propter veritatẽ & manſuetudinem & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alľa. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſperè procede & regna.

¶ Euan

¶ Euangel. ſecundũ Lucã.c.ij.

IN illo tempore. Paſtores loquebantur adinuicem dicẽtes. Tranſeamus vſq; Bethleẽ: & videamus hoc verbũ quod factũ eſt, quod fecit dominus: & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: & inuenerunt Mariam & Ioſeph: & infantem poſitum in præſepio. Videntes autẽ: cognouerũt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati ſunt: & de his quæ dicta erãt à paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc: conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes & laudãtes deum: in omnibus quæ audierant & viderant: ſicut dictum eſt ad illos. Offer. Offerentur regi virgines: proximę eius offerentur tibi in lętitia & exultatione: adducentur in templo regi domino. Sacra.

MVneribus noſtris quęſumus dñe precibuſq; ſuſceptis: & cæleſtibus nos munda myſterijs: & clemẽter exaudi. Per. Commu. Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærẽti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa margarita dedit oĩa ſua: & cõparauit eam. Poſt cõmu.

HÆc nos communio dñe purget à crimine: & intercedente pro nobis beata & glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria: cæleſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per eun.

¶ Officium beatæ Mariæ in reſurrectione. Salue ſancta parens. vt ſupra. Oratio.

PRoſit nobis ſemper omnipotens pater: & præcipuè inter hæc paſchalia filij tui ſolẽnia: continuata dei genitricis Mariæ memoria: quæ & aſtitit vulnerata charitate in cruce pẽdenti: & aſtat à dextris regina in cælo regnanti. Per eundem.

¶ Lectio Ezechie. pro. c. xliiij.

IN diebus illis: Conuerti me ad vnam portam: exterioris tabernaculi: quę reſpiciebat ad orientem: & erat clauſa. Et dixit dominus ad me. Porta hæc quã vides: non aperietur: & dominus ſolus intrabit per eam. Eritq; clauſa. Princeps in ipſa ſedebit: vt comedat panem coram domino. Per viam veſtibuli por-

li portæ ingredietur. Et per viã eius: egredietur. In prima hebdomada Paſchæ dicitur. ℟. Benedicta &c. Alleluia. ℣. Angelus domini deſcendit de cęlo: & accedens reuoluit lapidẽ: & ſedebat ſuper eũ. Et poſt hebdo. paſchæ dicatur iſtud ſecundũ. Alleluia. ℣. Surrexit dominus: & occurrens mulieribus ait: auete: tunc acceſſerunt: & adorauerunt pedes eius.

Euange. ſecundũ Ioan. c.xix.

IN illo tempore: Stabãt iuxta crucem domini Ieſu mater ei⁹: & ſoror matris eius Maria Cleophe: & Maria Magdalene. Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem: & diſcipulum ſtantẽ quẽ diligebat: dicit matri ſuæ. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam diſcipulus in ſuam. Offertorium. Angelus dñi deſcendit de cęlo: & dixit mulieribus: quẽ quęritis ſurrexit: ſicut dixit vobis alleluia. Sacra.

PRopicietur nobis quæſumus domine illius agni paſchalis oblatio acceptiſsima: cũ beatæ dei genitricis Mariæ pia interuentione: quẽ ipſa genuit perpetua virginitate. Qui tecũ. Cõm. Aue regina cę. Poſt com.

PEr hæc ſacramẽta paſchalia nos tibi clementiſsime deus beatæ virginis Mariæ oratio conciliet: quę nobis panem angelorum & cæleſtem alimoniam generauit Dominũ noſtrũ. Aliæ orationes beatæ Mariæ de eo tempore. Oratio.

DEus qui ꝑ glorioſam vnigeniti tui reſurrectionẽ familiam tuam lętificare dignatus es: præſta quæſumus: vt per eius venerabilem genitricem ſemperque virginem Mariam: perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Sacra.

HOſtias tibi domine quas pro glorioſa filij tui reſurrectione tuæ maieſtati offerimus: beatæ genitricis eius quæſumus oratio tibi reddat acceptas. Per eundem. Poſt cõmu.

VNigeniti tui domine munere ſatiati: quæſumus vt quibus eius reſurrectio gaudium contulit: beatæ Marię interceſsio vitam conferat ſempiternam. Per eundem.

¶ Incipiunt

Incipiũt miſſæ votiuę: & primò domini noſtri Ieſu Chriſti.

¶ Miſſa paſsionis domini noſtri Ieſu Chriſti. Officium.

LAmentare plebs fidelis: intuẽdo chriſtũ regem, venundatum atq; captũ vinculiſq; alligatum. Ecce pro te ducitur: pontifici prę ſentatus: & colaphis atq; pugnis à cunctis proſternitur. Et facies illa cæleſtis: quã cõtemplãtur ſeraphin: vili ſputo deturpatur: velata percutitur. Plãge, clama, ecce tacet: prophetiza inquiunt. Genas tuas fletu made: dũ ſputoſum cõſpicis: atque ſuæ paſsionis pœnas tecũ diuide. ℣. Verè languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. ℣. Ipſe enim vulneratus eſt propter iniquitates nr̃as: & attritus eſt propter ſcelera nr̃a. Lamẽtare. Orõ.

OMnipotens ſempiterne deus: qui pro ſalute humani generis filiũ tuum vnigenitum capi & ligari alapis cædi & conſpui voluiſti. fac nos quæſumus contumelias & opprobria pro tuí nominis gloria ſic lætanter ſuſcipere: & ipſius ſacratiſsimę paſsionis memoria cõtinua recordari. vt ad reſurrectionis cõſortium mereamur fœliciter peruenire. Per.

¶ Lectio Eſaiæ prophetę. c. liij.

NOn eſt ſpecies ei neq; decor. Et vidimus eum & non erat aſpectus: & deſiderauimus eum deſpectum & nouiſsimum virorum: virum dolorum & ſcientem infirmitatẽ: & quaſi abſcõditus vultus eius & deſpectus: vnde nec reputauimus eũ. Verè languores noſtros ipſe tulit: & dolores nr̃os ipſe portauit. Et nos reputauimus eũ quaſi leproſum: & percuſſum à deo & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: & attritus eſt propter ſcelera nr̃a. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ: & liuore eius ſanati ſumus. Oẽs nos quaſi oues errauimus: vnuſquiſq; in viã ſuam declinauit: & dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrũ. Oblatus eſt quia ipſe voluit: & non aperuit os ſuũ. Sicut ouis ad occiſio-

ciſionem ducetur: & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet: & nõ aperiet os ſuũ. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt: generationẽ eius quis enarrabit? Quia abſciſus eſt de terra viuẽtium: propter ſcelus populi mei percuſsi eũ. Et dabit impios pro ſepultura: & diuites pro morte ſua: eo quòd iniquitatem nõ fecerit: nec dolus fuerit in ore eius. ℟. Flagellate Ieſu pie: quid tu demerueras: quare cædũt te crudeles: qui nullũ offenderas? ℣. Ego ſempiternæ mortis ſublato chyrographo: ſum ligatus vt ſoluaris ab æternis vinculis: nudatus vt induaris, immortalitatis trabea. Cæſus ne tu crucieris: flagellis perpetuis. A llła. ℣. Aue ſophia: te purpuratũ adoramus poſt flagella Ieſu Chriſte: ſpinis duris coronatum te deuotè veneramur: & in dextera redimitum, cũ ſceptro arundinis regem regũ cõfitemur.

¶ Euãg. ſecũdũ Matth. c. xxvij.

IN illo tempore: Milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio: congregauerunt ad eũ vniuerſam cohortẽ: & exuẽtes eum chlamydem coccineã circundederunt illi. Et plectẽtes: coronã de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius: & arundinem in dextera eiꝰ: & genuflexo ante eum: illudebant illi dicẽtes: Aue rex Iudæorũ. Et ſpuentes in eum: acceperunt arundinẽ: & percutiebant caput eius. Et poſtquã illuſerunt ei: exuerunt eũ chlamyde: & induerũt eum veſtimentis ſuis: & duxerũt eũ vt crucifigerent. Exeuntes autem: inuenerunt hominem cireneum venientem de villa nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius: & venerunt in locum qui dicitur Golgotha: quod eſt caluariæ locus. Et dederunt ei vinũ bibere cũ felle mixtũ: & cũ guſtaſſet: noluit bibere. Poſtquã autem crucifixerunt eum: diuiſerunt veſtimenta eius ſortes mittentes: vt impleretur quod dictum eſt per prophetã dicentem. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam: miſerũt ſortẽ. Offer. Summo patri immolatur in cruce vnigenitus: manus ſæua ecce trahit innocentis brachia: palmas clauis perforando:

atq; pedes iungens cruci : heli cla-
mat atq; ſitit:fel ſibi apponitur: per
hoc ſacrificium exoluit : quod ipſe
non rapuit:& mortē noſtrā proſter
nēdo: vitam nobis tribuit. Sacra.

HOſtias tibi oblatas quæ-
ſumus dn̄e ſuſcipe: quas
in memoriā paſsionis glorioſę
filij tui dn̄i noſtri deuotè offeri
mus & præſta. vt ſicut ipſum ſa
lutem noſtram ſitiēdo felle &
aceto potari permiſiſti:ita accē
ſo & inflāmato corde noſtro. ſi
tire nos facias ipſius calicē paſ-
ſionis: & in ipſo ſolo dn̄o cruci
fixo iugiter delectari. Qui te.

Cōmu. Crucifixū cōtēplemur, de
cruce depoſitum: ecce mater oſcu-
latur, ſauciatum filium : plorat ge-
mit conſternata: de morte vnigeni
ti:cuius animam doloris:pertranſi-
uit gladius. Poſt communionē.

DEus qui hora diei vltima
in ſepulchro quieuiſti:&
à matre tua mœſtiſsima & alijs
mulieribus planctus & lamen
tatus fuiſti . fac nos quæſumus
paſsionis tuæ ſanctiſsimæ com
paſsionis lachrymis abūdare:
& tota cordis deuotione ipſam
paſsionē tuā ſemper plāgere:&
eam quaſi recentem cū arden-
ti deſiderio retinere. Qui vi.

¶ Miſſa de quinque plagis cor
poris Chriſti. Officium.

HVmiliauit ſemetipſū
dominus Ieſus Chri
ſtus vſq; ad mortem
mortem autem cru-
cis: propter quod deus exaltauit il
lum : & donauit illi nomē:quod eſt
ſuper omne nomē. ℣. Miſericor-
dias dn̄i in æternū cantabo:in gene
ratione & progenie. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui
de cælis ad terram de ſi-
nu patris deſcēdiſti:& in ligno
crucis quinque plagas ſuſtinui
ſti. & ſanguinem tuū in remiſ-
ſionē peccatorum noſtrorum
fudiſti : te humiliter depreca-
mur. vt in die iudicij ad dexte-
ram tuā audire mereamur ve-
nite benedicti. Qui vi.

Lect. Zacha. pphe. c. xij. & xiij.

HÆc dicit dn̄s. Effundam
ſuper domum Dauid &
ſuper omnes habitantes Ieru-
ſalem:ſpiritum gratiæ & miſe-
rationis : & aſpicient in eū quē
cōfixerunt:& plangent eū plā-
ctu quaſi ſuper vnigenitum :

& dolebunt ſuper eum: vt dole ri ſolet in morte primogeniti. In illa die erit plāctus magnus in Ieruſalem: & dicetur. Quid ſunt plagæ iſtæ: in medio manuū tuarum? Et dicet. His plagatus ſum in domo eorū: qui diligebant me. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum: & ſuper virum cohærentē mihi: dicit dominus exercituū. Percute paſtorē: & diſpergētur oues: Ait dominus omnipotens. ℟. Improperiū expectauit cor meum & miſeriam: & ſuſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur: & non fuit: conſolantē me: & non inueni. ℣. Et dederunt in eſcam meā fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto.

Alſa. ℣. Aue rex noſter: tu ſolus nr̄os miſeratus errores: patri obediēs ductus es ad crucē. Manſuetus vt ouis occiſus es: tibi gl'ia oſanna: tibi triūphus & victoria: tibi ſummę laudis honoris corona. Alleluia.

¶ In ſeptuageſima. Tractus.

Eripe me dñe ab homine malo: à viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerūt malitias in corde: tota die cōſtituebāt prælia. ℣. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: & venenū aſpidū ſub labijs eorum. ℣. Cuſtodi me dñe de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. ℣. Et funes extenderunt in laqueū pedibus meis: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. ℣. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocē orationis meæ. ℣. Dñe dñe virtus ſalutis meæ: obumbraſti ſuper caput meū in die belli. ℣. Ne tradas me à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt aduerſum me: ne derelinquas me: ne vnquā exaltētur. ℣. Caput circuitus eorū: labor labiorū ipſorū operiet eos. ℣. Verūtamē iuſti cōfitebūtur nomini tuo: & habitabūt recti cū vultu tuo.

¶ Euange. ſecundū Ioan. c. xix.

In illo tempore: Sciēs Ieſus quia iam omnia cōſummata ſunt: vt conſummaretur ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo poſitum erat aceto plenum. Illi autem ſpōgiam aceto plenā hyſſopo circumponentes: obtulerunt ori eius. Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit. Conſummatum eſt. Et inclinato capite: emiſit ſpiritum. Iudæi ergo quo

gò quoniam paraſceue erat: vt non remanerent in cruce corpora ſabbato: erat enim magnus dies ille ſabbati: rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura: & tollerẽtur. Venerũt ergo milites: & primi quidem fregerũt crura: & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cùm veniſſent: vt viderunt eum iam mortuum: non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuò exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit. Et ſcimus: quia verum eſt teſtimoniũ eius Offerto. Inſurrexerunt in me viri abſq; miſericordia: quæſierunt me interficere: non pepercerunt in faciem meam ſpuere: & lanceis ſuis vulnerauerunt me: & concuſſa ſunt omnia oſſa mea. Sacra.

OBlatũ tibi domine ſacrificium: intercedente vnigeniti filij tui paſsione. viuificet nos ſemp & muniat. Alia ſa.

DOmine Ieſu Chriſte: qui pro mundi redemptione crucis lignum aſcendiſti: vt vniuerſus mundus qui in tenebris erat illuminaretur: illam lucem in animas noſtras & corpora noſtra ſemper tribue. per quam ad æternam lucem peruenire mereamur. Qui cũ patre. Præfatio. Qui ſalutem humani gene. folio. cciiij. Communio. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea. Poſt cõmunio.

DOmine Ieſu Chriſte: qui hora diei ſexta pro redẽptione mundi crucis patibulũ aſcendiſti. & ſanguinem tuum pretioſiſsimum in remiſsionẽ peccatorum noſtrorum effudiſti: te humiliter deprecamur. vt poſt obitum noſtrum paradiſi nobis ianuas gaudenter intrare concedas. Qui viuis & re.

¶ Miſſa de flagellis domini noſtri Ieſu Chriſti: quando fuit flagellatus in columna. Officiũ.

APprenhendit Pilatus dominum Ieſum Chriſtum: & in columna vinctum dirè flagellauit eum. ℣. Foderũt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte fili dei viui: qui hora diei tertia pro redẽptione noſtra ſanguinem tuum pretioſum in columna vinctus dirè flagellatus & cæſus de corpore tuo glorioſo fudiſti. & flagella patiẽter ſuſtinuiſti: te humiliter imploramus. vt meritis pretioſi & ſacratiſsimi ſanguinis tui: omnia peccata nr̃a & ſcelera nobis dimittas & abluas. & ad gaudia paradiſi nos facias introire gaudẽtes. Qui viuis. Epiſtola. Dixit Eſaias. Dñe quis cre. In dñicali. fo. lxxxix. ℟. Fui flagellatus tota die: & congregata ſunt ſuper me flagella: & ignoraui. ℣. Pilatus autem tradidit Ieſum dirè flagellatum Iudæis: vt crucifigeretur. Alł'a. ℣. Vulneratus eſt dominus Ieſus propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera nr̃a: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: & liuore eius ſanati ſumus. In ſeptuage. Tract. Vidimus dominum Ieſum Chriſtum in columna dirè flagellatum: & non eſt ſpecies ei neque decor. ℣. Et non erat aſpectus eius: & deſiderauimus eum deſpectum: & nouiſsimum virũ dolorum. ℣. Quaſi abſconditus eſt vultus eius & deſpectus: nec reputauimus eum.

¶ Euange. ſecundũ Ioã. xix. c.

IN illo tempore: Apprehendit Pilatus Ieſum: & flagellauit. Et milites plectentes: coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circundederunt eũ. Et veniebant ad Ieſum: & dicebant. Aue rex Iudæorũ. Et dabant ei alapas. Exijt iterum Pilatus foras: & dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoſcatis: quia in eo nullã cauſam inuenio. Exiuit ergo Ieſus portans ſpineam coronam: & purpureum veſtimẽtum. Offertorium. Verè languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit: nos autem reputauimus eũ quaſi leproſum: & percuſſum à deo & humiliatũ. Sacra.

TVorum militum fideliũ chriſtianorũ rex omnipotẽs, & clemẽtiſsime deus pater virtutem corrobora: vt quos in huius mundi ſtadio vnigeniti filij tui domini nr̃i Ieſu Chriſti flagella lætificant. quæ in colũna cæſus & attritus pro nobis libenter ſuſtinuit: conſummato

cur-

curſu certaminis. immortalita
tis brauium tuæ gloriæ appre-
hendãt. Per eundẽ. Cõmunio.
Oblatus eſt pro nobis dominus Ie-
ſus: quia ipſe voluit: & non aperuit
os ſuum: ſicut ouis ad occiſionẽ du
ctus eſt: & quaſi agnus coram ſe tõ
dente obmutuit: & peccata noſtra
ipſe portauit: & cum ſceleratis de-
putatus eſt. Poſt communionẽ.

SVpplices te rogamus om-
nipotẽs ęterne deus: vt hęc
ſacramẽta quę ſumpſimus. per
ſacroſancta flagella filij tui do
mini noſtri Ieſu Chriſti: quorũ
ſolẽnia celebramus: nobis pro
ficiant ad ſalutem mẽtis & cor
poris. Per dominum noſtrum.

¶In ſolennitate coronæ domi
ni noſtri Ieſu Chriſti: quæ cele-
bratur dominica. j. poſt Aſcen
ſionem domini. Officium.

GAudeamus omnes in
domino: diem feſtũ
celebrantes ſub ho-
nore coronæ domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti: de cuius ſolẽ
nitate gaudent angeli: & collaudãt
filium dei. ℣. Omnes gentes plau-
dite manibus: iubilate deo in voce
exultationis. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipo
tens deus: vt qui in memo
riã paſsionis domini noſtri Ie-
ſu Chriſti coronam eius ſpineã
veneramur in terris. ab eo glo-
ria & honore coronari merea-
mur in cælis. Per eũ. ¶Lectio li
bri Sapientiæ. Canti. iij. & iiij.

LEctulum Salomonis ſexa
ginta fortes ambiunt: ex
fortiſsimis Iſrael: omnes tenen
tes gladios & ad bella doctiſsi-
mi. Vniuſcuiuſq; enſis ſuper fe
mur ſuum: propter timores no
cturnos. Ferculũ fecit ſibi rex
Salomon: de lignis libani. Co-
lumnas eius fecit argenteas: re
clinatorium aureum: aſcẽſum
purpureum media charitate cõ
ſtrauit: propter filias Ieruſa-
lem. Egredimini & videte filiæ
Sion regem Salomonem: in
diademate quo coronauit eũ
mater ſua: in die deſponſatio-
nis illius: & in die lætitiæ cor-
dis eius. Quàm pulchra es ami
ca mea: quàm pulchra es. Ocu-
li tui columbarum: abſque eo
quod intrinſecus latet. Veni
de Libano ſponſa mea: veni
de Libano: veni coronaberis.

 Alle-

Alla. ℣. Dulcis ſpina dulcis Chriſti: dulcem pungens verticem: quę ſola fuiſti digna: coronare regē cælorum & dominum. Alleluia. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado & venio ad vos: & gaudebit cor veſtrum. Euange. Apprehēdit Pilatus Ieſum. vt ſupra. Offert. Lauda Ieruſalem dominū: quia dabit tibi coronā pro cinere: & eris corona glorię in manu dñi: & diadema regni in manu dei tui. Sacra.

Tuorum militū rex omnipotens virtutem corobora: vt quos in huius mortalitatis ſtadio vnigeniti filij tui corona lætificat. conſummato curſu certaminis: immortalitatis brauium apprehendat. Per eūdem. Præfatio. Qui ſalu. humani. fo. cciiij. Cōmu. Lætare mater noſtra: quia dabit dñs capiti tuo augmētum gratiarū: & corona inclyta proteget te. Poſt cōmu.

Supplices te rogam' omnipotens deus: vt hæc ſacramenta quæ ſumpſimus. per ſacroſanctę filij tui coronæ cuius ſolennia recēſemus virtutem: nobis proficiant ad medelam. Per eundem dominum.

¶ Miſſa de dulciſsimo: & ſacratiſsimo nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti: quā qui deuotè celebrauerit, habebit pro qualibet vice annorum tria millia de vera indulgentia cōceſſa à dño Bonifacio papa ſexto. Officium.

In nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtiū terreſtriū & infernorum: Et omnis lingua confiteatur: quia dñs noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. ℣. Laudate dominum: quia bonus dominus: pſallite nomini eius: quoniā ſuaue. Gloria patri. Gloria in excelſis deo. Oratio.

Deus qui glorioſiſsimū nomen Ieſu Chriſti vnigeniti filij tui domini noſtri feciſti fidelibus tuis ſummæ ſuauitatis affectu amabile: & malignis ſpiritibus tremēdum atq; terribile. concede propitius: vt omnes qui hoc nomen Ieſu deuotè venerātur in terris. ſanctæ conſolationis dulcedinē in pręſenti percipiāt: & in futuro gaudium exultationis & interminabilis iubilationis obtineant. Per eundem.

¶ Lectio

¶ Lectio Actuũ Apoſtolorũ.

IN diebus illis: Petrus repletus ſpiritu ſancto dixit. Principes populi & ſeniores audite. Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi: in quo iſte ſaluus factus eſt: notũ ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael: quia in nomine dñi noſtri Ieſu Chri Nazareni quẽ vos crucifixiſtis: quẽ deus ſuſcitauit à mortuis: in hoc iſte aſtat corã vobis ſanus. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus: qui factus eſt in caput anguli: & nõ eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim nomẽ eſt aliud ſub cælo datum hominibus: in quo oporteat nos ſaluos fieri. ℟. Conſtituit deus pater ad dexteram ſuã Ieſum in cæleſtibus: ſupra omnem poteſtatem principatum & virtutem & dominationẽ: & omne nomen quod nominatur nõ ſolùm in hoc ſeculo ſed etiã in futuro: & oĩa ſubiecit ſub pedibus eius. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriã nominis tui dñe libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuũ. Allła. ℣. Dulce nomẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti: melos auri mel in eſũ: cordis verus iubilus, effugat mundi ſibilũ. Tẽpore paſ. Allła. ℣. Surgens Ieſus dñs noſter, ſtetit in medio diſcipulorũ ſuorũ: & dixit eis. pax vobis. Intra ſeptuageſimã. Tract. Dulce nomen tuũ Chriſte omne aufert omen triſte, iucũdans mentẽ iubilo. ℣. Tollit luctum affert fructũ: & obductũ & ſeductũ purgat cor à nubilo. ℣. Nominatũ inuocatũ: honoratũ prædicatũ, ſemper ſonat dulciter. ℣. Tam peccatũ quã reatum, cõdonatũ expurgatũ, reddit mulcẽs leniter. ℣. Hoſtes ferit mores ſerit: mala terit, grates gerit: plenũ eſt præſidiũ. ℣. Nos defendit nos accẽdit: nos intẽdit & extẽdit, hoc nomẽ in gaudiũ. ¶ Euãgeliũ ſecundùm Matth. Cap. j.

IN illo tẽpore: Angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph dicens. Ioſeph fili Dauid: noli timere accipere Mariam cõiugem tuã. Quod enim in ea natũ eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filiũ: & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum: à peccatis eorũ. Hoc autem totum factum eſt: vt adimpleretur

tur quod dictũ eſt à domino: per prophetam dicentem. Ecce virgo concipiet in vtero: & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel: quod interpretatur: nobiſcum deus. Offertoriũ. In nomine Ieſu dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint: non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent: & bene habebunt. Sacra.

IN veneratione nominis dilectiſsimi filij tui dñi noſtri Ieſu Chriſti tibi deus pater miſericordiarum deuotis mentibus hoſtias immolamus: ſuppliciter deprecantes. vt earum virtute cunctis egentibus præſtetur auxilium: & in eodem nomine delectãtes. ſalutarem ſui propoſiti conſequantur effectum. Per eũdem dominum. Communio. Vincenti dabo mãna abſconditum: & illi calculum cãdidum: & in calculo nomẽ nouum ſcriptum: quod nemo ſcit niſi qui accipit alleluia. Poſt cõmunio.

SAcroſancta myſteria quæ ſumpſimus domine ad honorem nominis complacentiſſimi tibi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti deuotis pręcordijs recolẽtes: & incremẽta ſpiritualis exultationis nobis accumulẽt. & affectum noſtrũ ad hoc ſalutiferũ nomẽ nobis iugiter imprimendũ accendant: & ad iubilãdũ Ieſu ſaluatori noſtro dulciſsimo. tota mentis noſtrę intentione promoueant. Per.

¶In ſolennitate iconiæ dñi ſaluatoris. Ad miſſam. Officium.

SAnctus deus: ſanctus fortis: ſanctus & immortalis: qui tollis peccata mundi: miſerere nobis. ℣. Nos autem gloriari oportet in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto. Oratio.

MAieſtatem tuã clemens & omnipotens deus ſuſis precibus exoramus: vt ſicut paſsionẽ imaginis domini ſaluatoris cuncta deuotione hodierna die fideliter recolimus. ita à cunctis erepti dæmonum aduerſitatibus: ſemper tibi placere valeamus. Per eũdem dominum noſtrum.

¶ Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos. Cap.xj.

FRatres: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius: & inueſtigabiles viæ ei⁹. Quis enim cognouit ſenſum domini: aut quis cõſiliarius ei⁹ fuit? Aut quis prior dedit illi: & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo & per ipſum: & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum amen. ℟ Saluator mundi ſalua nos omnes per virtutem ſanctæ crucis. ℣. Qui ſaluaſti Petrũ in mari miſerere nobis. Alleluia. ℣. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit à ligno. Alleluia. ℣ Dulce lignum dulces clauos: dulcia ferens pondera: quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere regem cælorum & dominum. Euãgelium ſecundùm Ioannem. Cap.xij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus turbis Iudæorum. Nunc iudicium eſt mũdi: nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra: omnia trahã ad meipſum. Hoc autem dicebat: ſignificãs qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia Chriſtus manet in ęternum. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicum lumẽ in vobis eſt. Ambulate dũ lucẽ habetis: vt non tenebræ vos cõprehendãt. Dum lucem habetis: credite in lucem: vt filij lucis ſitis. Et dicitur Credo. folio. cxcv. Offerto. Protege domine plebem tuam per ſignũ ſanctę crucis: ab omnibus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem: & acceptabile tibi fiat ſacrificiũ noſtrũ allẜa. Sacra.

TE dñe ſuppliciter deprecamur: vt plebs tua Chriſtianę dedita fidei: celebrando glorioſę imaginis filij tui paſſionẽ: æternæ vitæ conſequi præmia mereantur. Per eundem dominũ noſtrũ. Præfatio de Cruce. Eterne deus. Qui ſalutem humani generis. fo. cciiij. Cõm. Redemptor mundi: ſigno crucis ab omni nos aduerſitate cuſtodi: qui ſaluaſti Petrum in mari miſerere nobis alleluia. Poſt communio.

TVa nobis pijſsime deus adſit clementia deprecātibus: vt ſicut venerādæ imaginis filij tui ſaluatoris mundi venerabilē hodierna die celebramus triumphū. ita quoq; ab omni infeſtatione iniquorū ſpirituū erepti: inceſſanter adhæreamus laudibus tuis. Per eun.

Incipiunt miſſæ votiuæ dominæ noſtræ.

¶Miſſa in honorem ſeptē gaudiorum beatæ Mariæ: quæ habuit in pręſenti vita. Officium.

GAudeamus oēs in domino diem feſtum celebrantes ſub honore ſeptē gaudiorum Marię virginis: de quorū ſolennitate gaudent angeli: & collaudant filiū dei. ℣. Gaudent angeli: & exultant archangeli: lætantur iuſti: & congratulantur omnes ſancti. Oratio.

DEus qui beatiſsimā virginem Mariam matrē tuā glorioſiſsimam: incarnationis natiuitatis apparitionis reſurrectionis aſcēſionis ſpirituſſancti miſsionis ac eiuſdē corporis & animę aſſumptionis lętificaſti fœlicibus gaudijs. concede quæſumus: vt eius meritis & precibus cōtinuis. à cūctis malis imminentibus liberemur: atque ab æterna & ſubitanea morte. Per eund. ¶Lectio libri Sapientiæ. Eccleſiaſti. c.xxiiij.

SApiētia laudabit animam ſuam: & in dn̄o honorificabitur: & in eccleſijs altiſsimi aperiet os ſuū: & in conſpectu illius gloriabitur: & in medio populi ſui exaltabitur. In plenitudine ſancta admirabitur: & in multitudine electorū habebit laudē: & inter benedictos benedicetur dicēs. Ego ex ore altiſsimi prodij: primogenita ante omnem creaturā. Ego feci in cęlis vt oriretur lumē indeficiens: & ſicut nebula texi omnem carnem. Ego in altiſsimis habito: & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuiui ſola: & profundū abyſsi penetraui: & in fluctibus maris ambulaui: & in omni terra ſteti: & in omni populo & omni gēte primatū habui: & omniū excel-

excellẽtium & humilium colla virtute calcaui. Penetraui omnes inferiores partes terrę: & inſpexi omnes ſacerdotes: illuminaui omnes ſperantes in domino. Adhuc doctrinam quaſi prophetiam infundam: & relinquam illam quærentibus ſapientiam: & nõ deſinam in progenies illorũ vſq; in æuum ſanctum. Videte quoniam nõ ſolùm mihi laboraui: ſed omnibus exquirentibus veritatẽ. ℞. Super ſalutem & omnem pulchritudinem electa es. ℣. Tu es regina virginũ: velut roſa decora. Virgo dei genitrix: intercede pro nobis. Alleluia. ℣. Virgo dei genitrix: caſtitate dealbata: de te enim ortũ eſt pretioſum lilium niueo cãdore: tuam pulchritudinem dominus concupiuit: & charitate perpetua ipſe te dilexit alleluia. Euange. Surgens Maria: abijt in mõtana. Sicut in feſto Viſitationis fol.ccc. Offer. Ego ſicut ſol oriẽs in mundo in altiſsimis dei: & velut lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctũ: ſic ſum in medio paradiſi peccatorũ via: & qui ſperat in me: non confundetur. Sacra.

ACcipe quæſumus domine munera noſtra dignãter oblata: & beatæ ſemper virginis ſuffragantibus ſeptẽ gaudiorum meritis quibus meruit obumbrari. in noſtrę ſalutis auxilium peruenire cõcedas. Per eundem. Communio. Lætamini cum Ieruſalem: & gaudete cum ea gaudio magno omnes qui diligitis eam. Poſt communio.

APud tuam clementiam deus eſt magna dei genitricis oratio: quam vt in cæleſti Ieruſalem aduocata fieret peccatorum: in hoc ſeculo ſeptem gaudiorum exultatione lætificari voluiſti. Per eundem.

¶ Miſſa ſeptem gaudiorũ ſpiritualiũ virginis Mariæ quæ habet in æternũ. Omnes inſimul ſub vna miſſa. Officium.

GAudeamus oẽs in domino officium celebrãtes ſub honore ſeptem gaudiorum ſpiritualium virginis Marię: de quibus gaudent angeli: & collaudant filiũ dei. ℣. Gaudeat in cælis virgo Maria: pręcellens in eis ſanctorum gaudia.

Gloria

Gloria in excelſis. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte fili dei viui: qui beatiſsimã genitricem tuam virginẽ Mariã perpetuis fœlicibuſq; gaudijs in cælo lætificas. concede propitius: vt eius meritis & precibus continuis. ſalutẽ & proſperitatem mentis & corporis cõſequamur: & ad gaudia tua & eius æterna fœliciter perducamur. Qui vi. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Eccleſiaſti. c.xxiiij.

EGo ex ore altiſsimi prodij: primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cælis: vt oriretur lumẽ indeficiẽs: & ſicut nebula texi omnẽ terrã. Ego in altiſsimis habitaui: & thronus meus in columna nubis. Gyrũ cæli circuiui ſola: & profundum abyſsi penetraui: & in fluctibus maris ambulaui: & in omni terra ſteti. Et in omni populo & in omni gente primatum habui. Et omniũ excellẽtium & humilium colla: virtute calcaui. ℟. Gaude virgo Maria: quia gloria tua aulam cęleſtem illuminat vt ſol mũdum: & cæleſtis militia te veneratur vt reginam cęli terrę & infernorum. ℣. Certa es & ſecura: quod hæc cælorum gaudia erunt per infinita ſecula. Allℓa. ℣. Gaude Maria quia ſedes proxima à dextris filij tui in polorum gloria. Euangelium. Surgens Maria. Sicut in feſto Viſitationis. fol. ccc. Offertorium. Gaude virgo Maria: nam ſine repulſa tibi acquieſcet filius tuus: & omnibus tibi deuotis remunerat in cælo & in terra. Sacra.

ALtari tuo ſuperpoſita domine munera ſpũs ſanctus benignus aſſumat: qui beatæ Mariæ viſcera ſplendoribus ſuæ virtutis & in cælo gaudijs fœlicibus perpetuiſq; repleuit. Per dominum. Præfatio. Et te in vene. fol. ccij. Communio. Gaude virgo Mater pura: certa manens & ſecura, quòd hæc ſeptẽ gaudia non ceſſabunt: ſed durabũt per æterna ſecula. Poſt cõmunio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis cæleſtibus ſatiaſti: intercedente beata dei genitrice Maria: quam de omnibus ſeptem gaudijs ſpiritualibus in cælo repleſti: ita & nos de eiſdem perpetua

petua viſione lætifices. Per eũ. ¶ Miſſa beatæ Mariæ vulgariter dicta de la Cerca. Officiũ.

GAudeamus omnes in domino: deuotionẽ impendentes ſub honore Mariȩ virginis cùm immaculatus puer Ieſus intemeratæ matris animum in templo lætificauit. ℣. Exultemus ergo omnes in domino: & ſpirituali iucunditate lætemur. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui licèt dexterã ſummi patris nunquã derelinquens vbiq́ue præſens ſis: velatus tamen carne humana ab oculis tuæ glorioſiſsimæ matris abſentari voluiſti. & inter legis doctores in templo diſputans ab eadem matre poſt diem tertiam reperiri: tribue quæſumus. vt per illam conſolationem quam habuit te inuento: in noſtris anguſtijs: tuis ſemper cõſolationibus reſpiremus. Qui viuis. ¶ Lectio libri Sapien. Cantic. c. iij.

IN lectulo meo per noctem quȩſiui quem diligit anima mea: quæſiui illũ: & nõ inueni. Surgã & circuibo ciuitatẽ: per vicos & plateas quȩram quem diligit aĩa mea. Quæſiui illũ: & non inueni. Inuenerunt me vigiles: qui cuſtodiũt ciuitatem. Num quẽ diligit anima mea vidiſtis? Paululum cũ pertranſiſſem eos: inueni quem diligit anima mea: tenui eum nec dimittã: Ieſum Chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Remanſit puer Ieſus in Ieruſalẽ: & non cognouerũt parẽtes eius: exiſtimantes autẽ illum eſſe in comitatu: venerunt iter diei requirentes eũ inter cognatos & notos. ℣. Et nõ inueniẽtes regreſsi ſunt in Ieruſalẽ, & poſt triduũ inuenerunt illum in tẽplo ſedentẽ in medio doctorũ: audientẽ illos & interrogantem. Alla. ℣. Vnigenitum dei filium quẽ pater miſit in mũdum in medio doctorũ inuenit virgo beata. In. xl. Tract. Aue Maria gratia. fo. cclxxv. Euãge. Cùm factus eſſet Ieſus annorum duodecim. vt in dominicali. folio. xviij. Offerto. Stupebant omnes qui audiebant Ieſum ſuper prudentia & reſponſis eius: & admirabantur valde. Sacra.

MOErentiũ cõſolator oĩpotẽs deus: munus tibi oblatũ

oblatũ ſanctifica.& tuæ glorioſæ matris intercedentibus gaudijs:nos ab omni anxietate redeas immunes.Per. Cõmu.Fili quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus dolentes quærebamus te: Et quid eſt quod me quærebatis? neſciebatis:quòd in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Poſt cõmu.

VIrtus ſuſcepti muneris in nobis quæſumus domine ſuum operetur effectum:& ſicut viſio tua in templo inter doctores tuã glorioſiſſimã matrem de tua abſentia triſtem lętificauit. ita ipſa intercedente: poſt pręſentis vitæ curſum beata tua viſione perfrui mereamur.Qui viuis & regnas.

¶ Miſſa trãsfixionis beatę Mariæ: & celebratur. j. dñica poſt octa.corpo.Chriſti. Officium.

EGredimini filiæ Sion in iubilo:cõcurrite feſtinantes canite in lętitiamẽtis ſanctæ ſolenniter venerantes veſtram matrẽ Mariam ſub cruce dedicatam Chriſto martyrem conſecratam. ℣. Reſpicite nunc omnes: quia aquæ multæ non potuerũt extinguere eius charitatem. Oratio.

DEus in cuius paſſione ſecundùm Simeonis prophetiam dulciſſimam animã Mariæ virginis gladius doloris pertranſiuit: cõcede propitius. vt qui hanc transfixionẽ & paſſionem venerando tuam recolimus: glorioſiſſimis eius meritis & precibus omniumq; ſanctorum cruci fœliciter aſtantium intercedentibus. paſſionis tuę effectum fœlicem conſequamur.Qui viuis. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Capite.xxvj.

MVlier fortis oblectat virum ſuum:& annos vitæ illius in pace implebit: pars bona mulier beata. Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuũ:& oſſa illius impinguabit. Diſciplina illius datum dei eſt: mulier ſenſata & tacita nõ eſt immutatio eruditę animæ:gratia ſuper gratiã mulier ſancta & pudorata:omnis enim ponderatio non eſt digna continẽtis animæ.Sicut ſol oriens mũdo in altiſſimis dei:ſic mulieris bonæ ſpecies ornamẽtum do-

mus

mus eius.Lucerna ſplēdens ſu-
per candelabrum ſanctum: &
ſpecies faciei ſuper ætatem ſta-
bilem:colūnæ aureæ ſuper ba-
ſes argenteas. Et pedes firmi ſu
per plantas ſtabilis mulieris.Fū
damenta æterna ſuper petram
ſolidam:& mādata dei: in cor-
de mulieris ſanctæ. ℟. Benedi-
cta ſit ſancta alma mater virgo Ma
ria:quę amaritudinis maria:fide cla
ra, deo plena, fœliciter pertranſi-
uit:dum cęli præmiū in cruce pen-
dens langueſcēdo reſpexit. ℣. Ful-
cite me floribus, ſtipate me malis:
quia amore lāgueo. Alleluia. ℣.
Gaude martyr virgo mater: fac vt
tuus natus ſacer: nos per tuam dirā
paſsionem: perducat ad dei gloriā.
Euangelium. Stabāt iuxta. fol.
ccclx. Offer. O beata Maria:quæ
meruiſti cum virginitatis pudore
mater eſſe: & ſine dolore mortis
martyr fieri: intercede pro nobis
ad tuum filium. Sacra.

PRopoſita ſacrificia quæ ti-
bi dn̄e ad memoriā tranſ-
fixionis beatę Marię offerimus
propitius reſpice:& ea quę no-
ſtris reatibus & delictis cūctiſ-
que iniquitatibus noſtris mere
mur auerte.noſq; in gratiā tuā
eius interceſsione aſſume. Per
dominū. Præfatio. Et te in trāſ
fixione. Communio. Fœlices
ſenſus beatæ Mariæ virginis:quæ ſi
ne morte meruit martyrij palmam
ſub cruce domini. Poſt commu.

SAcrificia quæ ſumpſimus
domine trāsfixionem ma-
tris tuæ & virginis deuotè cele
brantes:nobis impetrent apud
tuam clemētiam omnis boni
ſalutarem effectum. Qui viuis.

Incipiūt miſſæ votiuæ ſanctorum.

¶ Miſſa archā. Raphaelis. Offi.

EGo ſum Azarias Ana-
niæ magni filius: ego
ſum Raphael archan-
gelus:vnus ex ſeptem
qui aſtamus ante cōſpectū dn̄i: pax
vobis nolite timere dn̄s exaudiuit
preces veſtras: & miſit me ad vos:
vt curarē vos alleluia. ℣. Benedici
te dn̄m omnes electi eius:agite diē
lætitiæ & cōfitemini illi. Oratio.

DEus qui beatū Raphaelē
archangelum Tobiæ fa
mulo tuo properāti præuiū di-
rexiſti:& inter huius vitę & ſuę

viæ varietates atq; diſcrimina donaſti cuſtodē. da quęſumus: vt eiuſdem protegamur auxilio. quatenus & vitæ præſentis vitemus pericula: & ad gaudia valeamus peruenire cæleſtia. Per. ¶ Lect lib. Tobiæ. cap. xij.

IN diebus illis: Dixit angelus Raphael ad Tobiam. Et enim ſacramentū regis abſcondere bonum eſt. Opera aūt dei reuelare & cōfiteri: honorificū eſt. Bona eſt oratio cū ieiunio & eleemoſyna: magis quā theſauros auri recondere. Quoniā eleemoſyna à morte liberat: & ipſa eſt quæ purgat peccata: & facit inuenire vitam æternam. Qui autē faciunt peccatū & iniquitates: hoſtes ſunt animę ſuę. Manifeſtò ergo vobis veritatē: & non abſcōdā à vobis ſermonem occultū. Quando orabas cum lachrymis: & ſepeliebas mortuos: & derelinquebas prādium: & abſcōdebas mortuos per diē in domo tua: & nocte ſepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam dño: & quia acceptus eras deo: neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Et nūc miſit me dñs vt curarem te: & Saram vxorē filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim ſum Raphael angelus: vnus ex ſeptem qui aſtamus ante dñm. Cumq; hæc audiſſent turbati ſunt: & tremētes ceciderūt ſuper terrā in faciem ſuā. Dixitq; eis angelus. Pax vobis: nolite timere. Et enim cū eſſem vobiſcū per voluntatē dei erā: ipſum benedicite & cātate illi. Videbar quidē vobiſcū māducare & bibere: ſed ego cibo & potu inuiſibili qui ab hominibus videri nō poteſt vtor. Tēpus ergo eſt: vt reuertar ad eū qui me miſit: vos autē benedicite dñm: & narrate oīa mirabilia eius. ℟. Angelus Raphael apprehendit: & ligauit dæmonē. ℣. Magnus dñs noſter: & magna virtus ei⁹. Alla. ℣. Miſſus eſt Raphael angelus à deo ad Tobiā: & ſalutauit eum: & dixit ei: gaudiū ſit tibi ſemper. Euā. Aſcēdit dñs Ieſus Iero. fol. cclvj.

Offert. In honore ſancti Raphaelis pſallat militans eccleſia: qui virtute dei patris ligauit dęmonem: & Tobiæ viſum reddidit: quo priuatus fuerat alleluia. Sacra.

Mitte

Mitte deus archangelum tuū Raphaelem cū medicamine opificē: qui ſanitatē mētis reportet.& corporis miſericordiæq; cæleſtis donū infundat:& quę in nobis ſunt aduerſa deponat:vt qui noſtra iniquitate tabeſcimus: de tua quā non meremur pietate lętari cōcedas.Per. Cōm. Iubilus ſummę laudis reſonet in ore omniū:ad laudem beati Raphaelis archangeli:vt ipſe cuius memoria agitur in terris: ad deum pro nobis intercedat in cælis alleluia. Poſt communio.

Dirigere dignare domine deus in adiutorium noſtrum Raphaelem archangelum:& quē tuæ maieſtati ſemper aſsiſtere credimus.tibi noſtras exiguas preces benedicēdas aſsignet.Per eundem.

¶ In commemoratione omnium diſcipulorū domini noſtri Ieſu Chriſti. Officium.

Gaudeamus oēs in domino diem feſtum celebrantes ſub honore diſcipulorū domini:de quorum veneratione gaudent angeli & collaudant filiū dei. ℣.Exultate iuſti in domino:rectos decet collaudatio. Oratio.

Adiuuēt nos deus noſter omnium diſcipulorum domini noſtri Ieſu Chriſti merita glorioſa:quos per fructum prædicationis euangelicæ. cæleſtis regni ſibi conſtituit cohęredes. Per eund. Epiſtola. Scimus quoniam. fol. ccxxiij. ℟. Nimis honorati ſunt amici tui deꝰ: nimis cōfortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos:& ſuper arenam multiplicabuntur. Alleluia. ℣. Iſti ſunt prædicatores legis: & gregis paſtores: domini diſcipuli. Palmas tenent vt victores: aſsiſtunt interceſſores: pro ſalute populi ante deum. Proſa.

Iubilantes exultemus:collaudātes exaltemus, dn̄i diſcipulos. Hos elegit in miniſtros: verbi ſui & magiſtros Chriſtus poſt apoſtolos. Pontificum dignitate, ſacerdotum ſanctitate:leuitarū ordine. Miniſtrantes orbē luſtrant: ſacra dātes quē illuſtrant,verbi dei ſemine. Veræ viti adhærentes,viuo pane conueſcentes,ferūt fructus vberes. Vera docēt,mira gerūt:mundū calcāt cęlū quęrūt,Chriſti veri pauperes.

Iſti ſunt Iſraelitæ: veri viri ſine lite: veram pacem prædicant. Fragrant fama, fulgent vita: virtutibus redimita, verbis ſignis emicãt. Diſcipuli verberantur flagellantur lapidãtur, pro magiſtri nomine. Sic magiſtrum imitantur: à quo tandem coronantur in cælorum culmine. Horum veris diſciplinis, informemur, & doctrinis. in hac vita dubia. Vt cum ipſis gloriemur, & à Chriſto coronemur in cęleſti patria. Amẽ. Euangeliũ. Deſignauit dñs Ieſus. fo. ccxxv. Offer. In omnem terrã exiuit ſonus eorũ: & in fines. orbis terræ verba eorum. Sacra.

OBlata tibi dñe ſacrificia nobis perpetuã dent ſalutem: & intercedentibus diſcipulis dñi noſtri Ieſu Chriſti. à malorũ incurſibus iugiter tueãtur. Per eundem dominũ. Cõmunio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis: & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Poſt cõmu.

PErficiãt in nobis domine quod cõtinent ſumpta cæleſtis myſterij ſacramẽta: vt diſcipulorum domini noſtri Ieſu Chriſti meritis & precibus. ad vitam nutriamur æternam. Per eundem dominum.

¶ Miſſa in honorem ſancti Latronis. Officium.

ECce oculi dñi ſuper timentem eum, ſperãtem in miſericordia eius: vt eripiat à morte animam illius, quoniam adiutor & ꝓtector noſter eſt. ℣. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Orõ.

OMnipotens ſempiterne deus qui iuſtificas impios: quos ſaluandos præſcientia tua nouit. te ſupplices exoramus: vt illo nos benigno intuitu ad dignam pœnitentiam prouoces. quo vnigenitus tuus ſanctum traxit latronẽ. & illã quã ſibi promiſit gloriã nobis tribuas ſempiternam. Per eun.

¶ Lectio Eſaiæ. prophe. ca. liij.

HÆc dicit dñs. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos: & iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſpertiã ei plurimos: & fortium diuidet ſpolia: pro eo quòd tradidit in mortem animam ſuã: & cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata mul

torum

torum tulit: & pro tranſgreſſo ribus rogauit: vt non perirent. ℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei domine, & volũtate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniã præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, & reſpexiſti illũ in voce clamoris ſui. Alleluia. ℣. Memento mei domine, cùm veneris in regnum tuum: quoniam verè deus meus es tu, & in te confidit anima mea. ¶ Euangeliũ ſecundùm Lucam. Capite.xxiij.

IN illo tempore: Ducebantur & alij duo nequã cum Ieſu: vt interficerentur. Et poſt quàm venerunt in locum qui vocatur Caluariæ: ibi crucifixerunt eum. Et latrones: vnum à dextris: & alterũ à ſiniſtris. Ieſus autem dicebat. Pater dimitte illis: quia neſciunt quid faciũt. Diuidentes verò veſtimẽta eius: miſerunt ſortes. Et ſtabat populus ſpectans: & deridebant eum principes cũ eis dicẽtes. Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluum faciat: ſi eſt Chriſtus dei electus. Illudebant autem ei & milites: accedentes & acetũ offerẽtes illi dicentes. Si tu es rex Iudæorum: ſaluum te fac. Erat autẽ & ſuperſcriptio ſcripta ſuper il lum: literis Græcis & Latinis & Hebraicis. Hic eſt rex Iudęorum. Vnus autem de his qui pendebãt latronibus: blaſphemabat eum dicens. Si tu es Chriſtus: ſaluũ fac temetipſum & nos. Reſpondens autẽ alter: increpabat illum dicens. Neq; tu times deũ: qui in eadem dãnatione es. Et nos quidem iuſtè: nã digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſsit. Et dicebat ad Ieſum. Dñe memento mei: cùm veneris in regnũ tuum. Et dixit illi Ieſus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Offerto. Amen dico tibi, ait dñs ad latronẽ ſupplicẽ, hodie mecum eris in paradiſo. Sacra.

OBlata tibi ſacrificia quęſumus dñe benignus ſuſcipe: & meritis glorioſi latronis filij tui in paſsione conſortis dignos pœnitentiæ fructus propitius nobis concede. Per dominum noſtrum. Commu. Nudo verbo, fide viua, beatus latro à cruce in paradiſum ſubitò repletus gr̃a trãslatus eſt. Poſt cõm.

PAſsionis filij tui dñe myſteria recẽſentes:te humiliter deprecamur: vt ſicut mortis in agone latroni beato paradiſi gloriã vnigenitus ipſe promiſit. ita nobis eiuſdẽ latronis interuẽtu:die obitus tribuas regnum cæleſte.quod ſibi protinus contuliſti.Per eundem.

¶ In feſto beati Lazari. Offi.

IN virtute tua dñe lętabitur Lazarus, & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer:Deſiderio animæ eius tribuiſti ei. ℣. Quoniam præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis, & virtute vocis tuæ ſuſcitaſti illum. Oratio.

DEus qui per vnigenitũ filium tuum beatũ Lazarũ quatriduanũ mortuum ſuſcitaſti à monumẽto:eripe nos de tumulis peccatorum. vt mereamur adipiſci cõſortium electorum tuorum. Per dominũ.

¶ Lectio Hiere.prophe.c.xvij.

BEnedictus vir qui cõfidit in dño: & erit dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum qđ trãſplantatur ſuper aquas: quod ad humorem mittit radices ſuas: & nõ timebit cũ venerit ęſtus. Et erit folium eius viride:&in tẽpore ſiccitatis nõ erit ſolicitũ:nec aliquando deſinet facere fructũ. Prauũ eſt cor hominis & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego dñs ſcrutãs cor & probãs renes:qui do vnicuiq; iuxta viã ſuã: & iuxta fructum adinuentionũ ſuarũ. ℟. Dñe, ecce quem amas infirmatur, Sufficit tibi vt noueris: non enim amas, & deſeris. ℣. Quia cuſtodis diligentes te, vnus ex his non contetur. Allã. ℣. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt à ſomno excitem eum. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite.xj.

IN illo tempore:Maria cùm veniſſet vbi erat Ieſus: vidẽs eũ cecidit ad pedes eius: & dixit ei. Dñe ſi fuiſſes hîc: frater meus Lazarus nõ fuiſſet mortuus. Ieſus ergo vt vidit eã plorãtem: & Iudæos qui venerant cũ ea plorãtes: infremuit ſpiritu: & turbauit ſemetipſum: & dixit illi. Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Dñe:veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo

ergo Iudæi. Ecce quomodo a-
mabat eũ. Quidam autem ex
ipſis dixerunt. Non poterat hic
qui aperuit oculos cæci nati: fa
cere vt & hic nõ moreretur? Ie
ſus ergo rurſum fremens in ſe-
metipſo: venit ad monumentũ
Erat autem ſpelunca: & lapis
ſuperpoſitus erat ei. Ait illis Ie
ſus. Tollite lapidem. Dixit ei
Martha: ſoror eiꝰ qui mortuus
fuerat. Domine iam fœtet: qua
triduanus enim eſt. Dixit ei Ie-
ſus. Nonne dixi tibi: quoniam
ſi credideris: videbis gloriã dei?
Tulerunt ergo lapidem. Ieſus
autẽ eleuatis ſurſum oculis di-
xit. Pater gratias ago tibi: quo-
niam audiſti me. Ego autẽ ſcie
bam quoniam ſemper me au-
dis: ſed propter populum qui
circunſtat dixi: vt credant quia
tu me miſiſti. Hæc cùm dixiſ-
ſet: voce magna clamauit. La-
zare: veni foras. Et ſtatim pro-
dijt qui fuerat mortuus: ligatis
pedibus & manibus inſtitis: &
facies illius ſudario erat liga-
ta. Dixit ei Ieſus. Soluite eum:
& ſinite abire. Multi ergo ex Iu
dæis qui venerant ad Mariam
& Martham: & viderant quæ
fecit Ieſus: crediderunt in eum.
Offer. Dixi tibi ò mulier: quoniã
ſi credideris, videbis gloriã dei. Sa.

BEati Lazari dilecti tui ſo-
lennia celebrantes: tibi do
mine hoſtiam laudis immola-
mus. vt à noſtris mũdemur de-
lictis. Per dominũ. Cõmunio.
Cùm voce magna clamaret domi-
nus, Lazare veni foras. Statim pro-
dijt qui fuerat mortuus ligatis pedi
bus & manibus inſtitis. Poſt cõm.

REfecti participatione mu
neris ſacri quæſumus do-
mine deus noſter: vt intercedẽ
te beato Lazaro dilecto tuo. cũ
ctis efficiamur hoſtibus fortio-
res. Per dominum noſtrum.

¶ Miſſa ſancti Simeonis. Offi.

OS iuſti meditabitur
ſapientiam: & lin-
gua eius loquetur iu
dicium: lex dei eius
in corde ipſius. ℣. Noli ęmulari in
malignantibus: neq; zelaueris faciẽ
tes iniquitatem. Oratio.

PErfice in nobis quęſumus
dñe gratiã tuam: qui iuſti
Simeonis expectationem im-
pleſti. vt ſicut ille mortẽ non vi

dit priuſquã Chriſtũ dñi videre mereretur : ita & nos vitam obtineamus æternam. Per dominum noſtrũ. Epiſtola. Beatus vir qui in ſapientia mo. fol. ccxxxj. ℟. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplãtabuntur greſſus eius. Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut liliũ: & florebit in ęternum ante dominum. Euangeliũ. Poſtquã impleti ſunt dies purgationis. folio. cclxv. Offerto. Gloria & honore coronaſti eum domine: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Sacra.

IN cõſpectu tuo domine noſtra placeat hęc oblatio: quã pro reatu populi. beatus Simeõ obtulit illibatam. Per eundem. Communio. Reſponſum acceperat Simeon à ſpiritu ſancto: non viſurum ſe mortem niſi priùs videret Chriſtum dominum. Poſt cõmu.

ADiuuẽt nos domine quęſumus bt̃i Simeonis glorioſa ſubſidia: vt his ſacrificijs expiati. in deſiderium & amorem tuum iugiter rapiamur. Per dominum noſtrum.

¶ Miſſa Patriarcharum.

Officium.

GAudeamus omnes in domino: diem feſtum celebrãtes ſub honore patriarcharum ſanctorũ: de quorũ ſolẽnitate gaudent angeli: & collaudant filium dei. ℣. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Orõ.

DEus qui nos voluiſti exẽplis patriarcharum tuorum Abraham Iſaac & Iacob erudiri: da nobis ipſis intercedentibus eorum documẽta in omnibus ſequi. quatinus illorũ meritis: mereamur peruenire quò illi gratia tua ſe perueniſſe lætantur. Per. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Eccleſia. xliiij.

ABraham magnus pater multitudinis gẽtium: & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria: qui conſeruauit legem excelſi. Et fuit in teſtamẽto cũ illo: in carne eius ſtare fecit teſtamentum: & in tentatione inuentus eſt fidelis. Et ideo iureiurando dedit illi ſemen in gẽte ſua: creſcere illum quaſi terrę cumulũ. Et vt ſtellas exaltare ſe-

re ſemẽ eius: & hæreditari illos à mari vſq; ad mare: & à flumine vſq; ad terminos orbis terrę. Et in Iſaac fecit eodem modo: propter Abrahã patrẽ ipſius: benedictionẽ omnium gentiũ dedit illi: & teſtamentũ ſuũ cõfirmauit ſuper Iacob. Agnouit eum in benedictionib⁹ ſuis: & dedit illi hęreditatem: & diuiſit illi partem in tribubus duodecim. Et conſeruauit illi homines miſericordiæ: inuenientes gratiã in oculis omnis carnis. ℟. Timete dñm omnes ſancti eius: quoniã nihil deeſt timẽtibus eum. ℣. Inquirentes autẽ dominum nõ deficient omni bono. Alleluia. ℣. Iudicabunt ſancti nationes: & dominabuntur populis: & regnabit dominus illorum rex in æternũ. Euãgelium. Cũ introiſſet dñs Ieſus Capharnaum. fo. xxxij. Offer. Precatus eſt Moyſes in conſpectu domini dei ſui: quare domine iraſceris in populo tuo? parce iræ animi tui: memento Abraham Iſaac & Iacob: quibus iuraſti dare terram fluẽtẽ lac & mel: & placatus factus eſt dominus: de malignitate quã dixit facere populo ſuo. Sacra.

SVſcipe dñe preces & munera: quæ vt tuo ſint digna cõſpectui. ſanctorũ tuorũ precib⁹ adiuuemur. Per. Communio. Iuſtorũ animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi autem ſunt in pace. Poſt cõ.

COrporis ſacri & pretioſi ſanguinis tui repleti libamine: quæſumus domine deus noſter. vt quod pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus. Per dominum.

¶ Miſſa beati Onofrij confeſſoris. Officium.

ECce hodie exeo de hoc ergaſtulo corporis: & vado in requiẽ meam Chriſtũ meũ: quem dilexi: & ſecutus ſum ab vberibus matris meæ. ℣. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hĩc habitabo quoniã elegi eam. Oratio.

DEus qui beati Onofrij cõfeſſoris tui obitum honoraſti: & in ſanctiſsimis Chriſti manibus ad te deductã animã inter patriarchas & prophetas tuos honorificè coæquaſti. concede propitius: vt qui ſibi oblatio-

tionem in laudem tui nominis præſentamus. ſuis meritis à te donũ grãæ cõſequamur. Per eũ.

¶ Lectio libri Sapientiæ. cap. l.

ECce cõfeſſor magnus: qui in fide ſua probatus eſt: & cognitus eſt in verbis ſuis fidelis. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ: & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Quaſi ſol refulgens: ſic beatus Onofrius refulſit in templo dei. Quaſi arcus effulgens inter nebulas gloriæ: & quaſi flos roſarum in diebus vernis. Quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ: & quaſi thus redolens in diebus ęſtatis. Quaſi ignis effulgens: & thus ardẽs in igne. Et quaſi vas auri ſolidũ: ornatum omni lapide pretioſo. Quaſi oliua pullulãs: & quaſi cypreſſus in altitudinem ſe extollens. In accipiẽdo ipſum ſtolam glorię: & veſtiri eum in conſummationem virtutis. ℟. Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinẽ dierũ in ſeculũ ſeculi. Allã. ℣. Onofri patri eximie: ſalutis optator credentiũ: nitẽs vt ſol in meridie: te puro corde colentiũ: preces exaudi fideliũ alleluia. Euãgelium. Dixit Simon Petrus. fo ccxxxviij. Offertorium. Audiui vocẽ terribilem dicentẽ: egredere pacifica anima: & veni ad me: & mittã te in requiẽ quã dilexiſti, inter patriarchas & ꝓphetas. Sac.

PReces populi tui quęſum' domine clemẽter exaudi: & vt mala nr̃a dimittas. beatus pater Onofrius apud te pro nobis iugiter intercedat. Per dñm

Cõmunio. Beatus ſeruus: quẽ cũ venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſt cõ.

BEati Onofrij cõfeſſoris tui quæſumus nobis domine glorioſa merita ſuffragẽtur: vt qui deuotionis eius memoriã agimus in hora mortis noſtrę à peccatis omnibus abſoluamur. Per dominum noſtrum.

¶ Miſſa de ſancto Bonauentura. Officium.

IN medio eccleſiæ aperuit os ei', & impleuit eum dominus ſpiritu ſapiẽtiæ & intelle-

tellectus: ſtola gloriæ induit eum. ℣. Iucunditatē & exultationē theſaurizauit ſuper eū. Gloria. Oratio

DEus qui beatum Bonauēturam confeſſorē tuum atq; pontificē vera in ſummis honoribus humilitate decoraſti: te ſupplices deprecamur. vt eius nobis interceſsione concedas proſpera mūdi deſpicere: & ad æterna præmia peruenire. Per. Ep̄la. Teſtifi. fo. ccxxxiiij. ℟. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Nō eſt inuētus ſimilis illi qui conſeruaret legē excelſi. Alla. ℣. O præſul digniſſimè Bonauētura doctor inclyte: audi ſeruulos tuos tuæ laudi ſedulos: vt poſsideant gaudia beatorū perēniter in patria. Euāge. Vos eſtis ſal. fol. ccxxxix. Offer. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

INterceſsio quæſumus dn̄e beati Bonauēturę cōfeſſoris tui atq; pontificis in tuo nos amore cōfirmet: qui vita doctrina & ordine: ſeraphicus meruit appellari. Per dominū. Cō. Fidelis ſeruus & prudens quē cōſtituit dn̄s ſuper familiā ſuā: vt det illis in tēpore tritici menſurā. Poſt cō.

TVeantur eccleſiam tuam deus ſacramēta quę ſumpſimus: & præſta. vt intercedēte beato Bonauentura confeſſore tuo atq; pontifice: ſiniſtra in adminiſtrationibꝰ careat voluntate. Per dominum noſtrū.

¶ Miſſa in honore ſanctarū Mariæ Iacobi & Salome. Officiū.

GAudeamus omnes in domino: diem feſtū celebrantes ſub honore ſanctarum ſororum Mariæ virginis: de quarum ſolennitate gaudent angeli: & collaudant filium dei alleluia. ℣. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Oratio.

DA nobis dn̄e Ieſu Chriſte: ſanctarum Mariæ Iacobi & Mariæ Salome pijs patrocinijs adiuuari: quę tibi tam viuenti quàm mortuo. ſtuduerūt deuotis obſequijs famulari. Qui. Epiſtola. Ego quaſi vitis fructi. folio. cccxviij. ℟. Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate: faciēs ꝓdigia. ℣ Dextera

tua dñe glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicũ. A llꝰa. ℣. O flos florum: geminata lucerna ſororũ: ſurſum veſtrorũ: deferte preces famulorũ. Euang. Maria Magdalene. folio. cxix. Offertorium Angelus domini deſcendit de cęlo: & dixit mulieribus: quem quæritis ſurrexit ſicut dixit, alleluia. Sacra.

MVnera quæſumus dñe ſanctarũ tuarũ Marię Iacobi & Salome glorioſa merita reddãt accepta: quarũ obſequia. vnigenitus filius tuus clementer ſuſcepit impenſa. Qui. Cõio. Feci iudiciũ & iuſtitiã: dñe nõ calũnientur me ſuperbi: ad oĩa mandata tua dirigebar: omnẽ viam iniquitatis odio habui. Poſt cõio.

SVmptis dñe vnico & ſalutari remedio ſcilicet corpore & ſanguine pretioſo tuo: ab omnibus malis quæſumus: ſanctarum tuarum Mariæ Iacobi & Mariæ Salome pijs patrocinijs eruamur. Qui. ¶ Miſſa in honore ſanctæ Helenę. Officiũ

GAudeamus omnes in domino diem feſtum celebrãtes ſub honore beatæ Helenæ: de cuius ſolẽnitate gaudent angeli & collaudãt filium dei. ℣. Gaudent angeli lætantur archãgeli: Exultant iuſti in conſpectu dei. Gloria patri. Oratio.

DOmine Ieſu Chr̃e fili dei viui: qui per beatã Helenam tuę ſanctiſsimę paſsionis crucẽ & clauos dediſti in loco Caluariæ mirabiliter reperiri. præſta quæſumus nobis indignis famulis tuis. vt eiꝰ meritis & interceſsione: tuã gratiã in pręſenti. & in futuro tuã gloriã valeamus inuenire. Qui. Ep̃la. Mulierẽ fortẽ. fo. cccvj. ℟. Propter veritatẽ & manſuetudinẽ & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia & vide & inclina aurẽ tuam: quia cõcupiuit rex ſpeciẽ tuã. A llꝰa. ℣. O beata Helena quæ meruiſti crucẽ & clauos inuenire: ora vt paradiſum inuenire mereamur. Euangel. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito. folio. ccxlj. Offerto. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternũ & in ſeculum ſeculi. Sacra.

SAnctifica quæſumus dñe deus noſter: hæc munera

quæ

quæ tibi in honore beatæ Helenæ offerimus ſupplicantes: vt ad ſalutem animarum noſtrarum.ea ſuſcipere digneris.Per.

Communio. Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quęrenti bonas margaritas: inuẽta vna pretioſa margarita dedit oĩa ſua: & comparauit eam. Poſt commu.

SVſcepimus omnipotẽs & miſericors deus: in laudem & gloriam beatæ Helenæ tua mirabilia ſacramenta deprecãtes: vt ipſa intercedente & opitulante: de præſenti miſeria ad tuam cæleſtem patriam tranſferre digneris. Per dominum.

Incipiũt miſſæ votiuæ pro aliquibus neceſſitatibus. In quibus neque dicitur Gloria in excelſis neq; Credo.

¶ Pro pace. Officium.

DA pacem domine ſuſtinẽtibus te: vt prophetæ tui fideles inueniãtur: exaudi preces ſerui tui: & plebis tuæ Iſrael. ℣. Lætatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Oratio.

DEus à quo ſancta deſideria recta conſilia & iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam quam mundus dare nõ poteſt pacem. vt & corda noſtra mandatis tuis dedita: & hoſtiũ ſublata formidine tẽpora ſint tua protectione tranquilla. Per.

¶ Ad Romanos. Capite.xij.

FRatres: Nolite eſſe prudentes apud vos metipſos: nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona: non tãtùm corã deo: ſed etiam corã omnibus hominibus. Si fieri poteſt: quod ex vobis eſt: cum omnibus hominibus: pacem habentes. ℟. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Alla. ℣. Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.

¶ Euange. ſecundũ Ioã.c.xvj.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ecce venit hora & iam venit: vt diſpergamini vniuſquiſq; in ꝓpria: & me ſolum relinquatis. Sed nõ ſum ſolus: quia pater mecũ eſt. Hæc locutus ſum vobis: vt in me pacem

cem habeatis.In mūdo preſſu-
rā habebitis:ſed confidete:ego
vici mundum. Offer. Populum
humilem ſaluum facies dn̄e:& ocu
los ſuperborū humiliabis:quoniam
quis deus præter te dn̄e? Sacra.

DEus qui credentes in te
populos nullis ſinis con
cuti terroribus:dignare preces
& hoſtias dicatæ tibi plebis ſu-
ſcipere. vt nobis pax tua pieta-
te cōceſſa: chriſtianorum fines
ab omni hoſte faciat eſſe ſecu-
ros. Per dominum noſtrum.
Communio. Tu domine ſerua-
bis nos & cuſtodies nos à genera-
tione hac in æternum . Poſt cōio.

DEus auctor pacis & ama
tor : quem noſſe viuere
cui ſeruire regnare eſt. protege
ab omnibus impugnationibus
ſupplices tuos: vt qui in defen-
ſione tua cōfidimus:nullius ho
ſtilitatis arma timeamus.Per.

¶ Miſſa pro infirmis. Officiū.

EXaudi deus oratio-
nem meā : & ne de-
ſpexeris deprecatio
nem meam:intende
in me:& exaudi me. ℣. Contriſta
tus ſum in exercitatione mea:& cō
turbatus ſum à voce inimici:& à tri
bulatione peccatoris. Oratio.

OMnipotens ſempiterne
deus ſalus æterna credē
tiū:exaudi nos pro famulo tuo.
pro quo miſericordiæ tuæ im-
ploramus auxilium: vt reddita
ſibi ſanitate . gratiarum tibi in
eccleſia tua referat actionem.
Per dominum.¶ Lectio epiſto
læ beati Iacobi apoſtoli.Cap.v

CHariſsimi : Triſtatur ali-
quis veſtrum: oret æquo
animo:& pſallat. Infirmatur ali
quis in vobis:inducat presbyte
ros eccleſiæ:& orēt ſuper eum:
vngentes eum oleo in nomine
domini:& oratio fidei ſaluabit
infirmum. Et alleuiabit eū do-
minus:& ſi in peccatis ſit:dimit
tentur ei.Confitemini ergo al-
terutrum peccata veſtra:& ora
te pro inuicem:vt ſaluemini.℟.
Miſerere mihi domine: quoniā in-
firmus ſum ſana me dn̄e. ℣. Cōtur
bata ſunt omnia oſſa mea:& anima
mea turbata eſt valde. Alla. ℣.
Qui ſanat contritos corde : & alli-
gat contritiones eorum. Euange.
Cū deſcendiſſet. fo xxj. Offer.
Illumina oculos meos: nequādo ob
dormiā

dormiam in morte: nequādo dicat
inimicus meus præualui aduerſus
eum. Sacra.

DEus cuius nutib⁹ vitę no
ſtræ momēta decurrūt:
ſuſcipe preces & hoſtias pro fa
mulo tuo. pro quo ægrotante
miſericordiam tuam implora-
mus: vt de cui⁹ periculo metui
mus. de ei⁹ ſalute lætemur. Per.
Cōio. Illumina faciem tuam ſuper
ſeruum tuum: & ſaluum me fac in
tua miſericordia dñe: nō cōfundar
quoniam inuocaui te. Poſt cōio.

DEus infirmitatis humanę
ſingulare præſidium: au
xilij tui ſuper infirmum noſtrū
oſtende virtutem. vt ope miſe-
ricordiæ tuæ adiutus: eccleſiæ
tuæ ſanctæ incolumis repreſen
tari mereatur. Per dominum.

¶ Miſſa pro perſecutione. Offi.

OMnia quæ feciſti no-
bis domine: in vero
iudicio feciſti: quia
peccauimus tibi: &
mandatis tuis non obediuimus: ſed
da gloriam nomini tuo: & fac nobi-
ſcum ſecundùm multitudinem mi
ſericordiæ tuæ. ℣. Magnus domi-
nus & laudabilis nimis in ciuitate
dei nři in monte ſancto eius. Orō.

ECcleſiæ tuæ quęſumus do
mine preces placatus ad-
mitte: vt deſtructis aduerſitati-
bus & erroribus vniuerſis. ſecu
ra tibi ſeruiat libertate. Per do.

¶ Lectio Eſaiæ prophe. c.xvij.

IN diebus illis: Orauit Eze-
chias ad dominum dicens.
Domine exercituū deus Iſrael:
qui ſedes ſuper cherubin: tu es
deus ſolus omniū regnorū ter-
ræ. Tu feciſti cælū & terram: in
clina dñe aurē tuā & audi: ape
ri oculos tuos & vide: & audi
omnia verba Senacherib: quæ
miſit ad blaſphemandū deū vi
uentem. Verè enim dñe deſer
tas fecerūt reges Aſſyriorū ter
ras: & regiones earum: & dede
runt deos earū igni. Non enim
erant dij: ſed opera manuū ho-
minū ligna & lapides: & cōmi
nuerūt eos. Et nūc dñe deus no
ſter: ſalua nos de manu eius: vt
cognoſcāt omnia regna terræ:
quia tu es dñs ſolus. ℟. Propitius
eſto domine peccatis noſtris: ne-
quando dicant gentes vbi eſt deus
eorum? ℣. Adiuua nos deus ſaluta-
ris noſter: & propter honorem no
minis

minis tui dñe libera nos. A lla. ℣. Oſtende nobis dñe miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.

Euange. ſecundũ Lucã. c. xviij.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Quoniã oportet ſemper orare & nõ deficere dicẽs. Iudex quidam erat in quadam ciuitate: qui deum non timebat: & hominem non reuerebatur. Vidua autem quędam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum dicens. Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem: dixit intra ſe. Et ſi deũ non timeo: nec hominẽ reuereor: tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua: vindicabo illam: ne in nouiſsimo veniens ſuggillet me. Ait autem dominus. Audite: quid iudex iniquitatis dixit. Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum: clamantium ad ſe die ac nocte: & patientiam habebit in illis? Dico autẽ vobis: quia citò faciet vindictam illorũ. Offertor Sicut in holocauſtum arietum & taurorum & ſicut in millibus agnorũ pinguiũ: ſic fiat ſacrificium noſtrũ in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi: quia non eſt confuſio confidentibus in te domine. Sacra.

PRotege nos quæſumus domine tuis myſterijs ſeruiẽtes: vt diuinis rebus inhærẽtes: & corpore tibi famulemur & mente. Per dominũ. Commu. In ſalutari tuo anima mea: in verbũ tuum ſperaui: quando facies de perſequẽtibus me iudicium? iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me domine deus meus. Poſt communionẽ.

QVæſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere. humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Miſſa pro his qui ſunt in captiuitate. Officium.

NVnc ſcio verè: quia miſit dominus angelum ſuum: & eripuit me de manu Herodis: & de omni expectatione plebis Iudæorũ. ℣. Et exeuntes proceſſerunt vicum vnum: & cõtinuò diſceſsit angelus ab eo: & Petrus ad ſe reuerſus dixit. Oratio.

DEus qui beatum Petrum apoſtolum à vinculis abſolutũ illæſum abire feciſti: famuli tui N. in carcere poſiti vincula ſolue. & ipſius meritis adiutum: illæſum abire concede. Per. Epiſtola. Miſit Herodes. fo. ccxcvij. ℟. Cõſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. A lla. ℣. Solue iubente deo: terrarum Petre catenas: qui facis vt pateant: cæleſtia regna beatis. Euã. Venit dñs Ie. fo. cclxix. Offer. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã: & portæ inferi nõ pręualebũt aduerſus eã: & tibi dabo claues regni cęlorũ Sacra

SVper has domine hoſtias benedictio tua deſcendat: quæ & famuli tui N. vincula ſoluat. & de ei⁹ liberatione nos citò lætificet. Per dñm. Cõio. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã Poſt cõ.

PReces noſtras quæſumus domine clemẽter exaudi: & per hæc ſacramẽta quæ ſumpſimus. famulum tuum. N. à vinculis ſuæ captiuitatis tua pietate atque miſeratione liberare digneris. Per dominum.

¶ Miſſa pro congregatione. Officium.

IN voluntate tua domine vniuerſa ſunt poſita: & non eſt qui poſſit reſiſtere volũtati tuæ: tu enim feciſti omnia: cælũ & terrã & vniuerſa quæ cæli ambitu cõtinentur: dñs vniuerſorũ tu es. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui facis mirabilia magna ſolus. prętende ſuper famulos tuos & ſuper cunctas cõgregationes illis commiſſas ſpiritum gratiæ ſalutaris: & vt in veritate tibi complaceant. perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per. Epiſtola. Orauit Heſter. fo. xlvj. ℟. Cõuertere dñe aliquãtulũ: & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis à generatione & progenie. A lla. ℣. Oſtẽde nobis dñe miſericordiam tuã: & ſalutare tuũ da nobis. Euangel Reſpiciens dñs Ie. fo. cxxxj. Offerto.

Sicut in holocauſtum arietũ & tau
rorum : & ſicut in millibus agno-
rum pinguium : ſic fiat ſacrificium
noſtrum in cõſpectu tuo hodie: vt
placeat tibi : quia non eſt confuſio
confidentibus in te dñe. Sacra

HOſtias domine famulo-
rum tuorum & omniũ
ſibi commiſſorum placatus in-
tende: & quas in honorem no
minis tui pro eis deuota mẽte
celebramus. proficere ſibi ſen-
tiant ad medelam.Per dñm.

Cõio. Amen dico vobis quicquid
orantes petitis:credite quia accipie
tis:& fiet vobis. Poſt commu.

QVos cæleſti recreas mu-
nere : perpetuo dñe co-
mitare præſidio.& quos
fouere non deſinis:dignos fie-
ri ſempiterna redemptione cõ
cede.Per dominum.

¶ Miſſa pro tentationem patiẽ
tibus. Officium.

NE derelinquas eum
domine deus meus
ne diſcedas ab eo.In
tende in adiutorium
eius:dñe deus virtus ſalutis meę. ℣.
Dñe ne in furore tuo arguas me:
neq; in ira tua corripias me. Orõ.

PArce domine parce pecca
tis famuli tui:& quãuis in-
ceſſabiliter delinquendo conti
nua ei pœna debeatur . præſta
quæſumus : vt quod ad perpe-
tuum meretur exitium. trãſeat
ad correctionis auxilium: & tẽ
tationem illam diabolicã quã
pro peccatis ſuis ſuper ſe nimis
cognoſcit præualere. te miſerã
te cognoſcat ceſſare. Per eun-
dem dominum.

¶ Ad Romanos. Capite.vij.

FRatres : Condelector legi
dei mei:ſecũdùm interio-
rem hominem . Video autem
aliã legem in membris meis:re
pugnantem legi mẽtis meæ:&
captiuantem me in legem pec
cati : quæ eſt in membris meis.
Infelix ego homo:quis me libe
rabit de corpore mortis huius?
Gratia dei : per Ieſum Chriſtũ
dominum noſtrum. ℟. Cõuer
tere dñe aliquantulum:& depreca-
re ſuper ſeruum tuum. ℣. Dñe re
fugium factus es nobis à generatio
ne & progenie. Alleluia. ℣. Do-
mine virtus ſalutis meæ: in die cla-
maui & nocte coram te. Euange.
Venit ad dñm Ieſum leproſus.
folio.

folio clxxij. Offert. Domine in auxilium eius reſpice: confundãtur & reuereãtur qui quærunt animã illius vt auferant eam. Sacra.

OBlatio dñe tuis aſpectibus immolanda: quæſumus vt famulum tuum à vitijs omnibus potenter abſoluat. & à cũctis defendat inimicis. Per. Cõio. Ne tradideris eum dñe in animas perſequẽtium eum: quia inſurrexerunt in eum teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi. Poſt cõ.

PRotector nr̄ aſpice deus: & ab omnibus tentationibus diabolicis famulum tuum defende & periculis. vt omni perturbatione ſubmota: libera tibi mẽte ſeruiat. Per dominũ.

¶ Miſſa pro his qui à dæmonio vexantur. Officium.

MIſerere mihi domine quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. ℣ Cæli enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Oratio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt hunc famulum tuum ab immundis ſpiritibus liberare digneris. vt ſatanas cum ſubiectis ſibi dæmonibus: te præcipiente citiùs eò expellatur. Per dominum.

¶ Lectio Actuũ apoſto. c.xix.

IN diebus illis: Tentauerunt quidam de circunſtantibus Iudæis exorciſtis: inuocare ſuper illos qui habebant ſpiritus immundos: nomen domini Ieſu dicẽtes. Adiuramus vos per Ieſum quem prædicat Paulus: vt celeriter fugiatis. Reſpondens autem ſpiritus nequã: ait illis. Ieſum ſcio & Paulum noui: vos autem qui eſtis? Et inſiliens homo in quo erat dæmonium peſſimum: inualuit contra eos: ita vt nudi fugerent de domo illa: & vulnerati. Hoc autem notum factum eſt omnibus Iudæis & gentibus: qui habitabant Epheſum: & timore perterriti: magnificabãt nomẽ dñi Ieſu Chr̄i. ℟ Eſto mihi in deũ protectorem & in locum refugij, vt ſaluum me facias. ℣ Deus in te ſperaui: domine non confundar in æternum. Alleluia. ℣ Eripe me de inimicis meis deus meus: & ab inſurgentibus in me libera me.

Euang.ſecundũ Matth.c.xvij.

IN illo tempore: Cùm veniſſet dominus Ieſus ad turbã: acceſsit ad eum homo genibus prouolutus ante eũ dicens. Domine miſerere filio meo: quia lunaticus eſt: & malè patitur. Nam ſæpe cadit in ignẽ:& crebro in aquam. Et obtuli illum diſcipulis tuis:& non potuerũt eum curare. Reſpondens autẽ Ieſus ait illi. O generatio incredula & peruerſa: vſquequo ero vobiſcum: & quouſq; vos patiar? Afferte huc illum ad me. Et increpauit eum Ieſus: & exiuit ab eo dæmonium. Et curatus eſt puer: ex illa hora. Offer. Domine conuertere: & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Sacra.

SVſcipe clemẽtiſsime deus noſtrę ſeruitutis obſequiũ. & hũc famulũ tuũ pro quo tibi offerimus holocauſtũ. ab omni illuſione dęmonũ propitius clementer erue. Per. Cõio. Redime me deus Iſrael ex omnibus tribulationibus meis. Poſt commu.

DIrũpe quæſumus domine per hæc quæ ſumpſimus vincula famuli tui:& eum à tẽtatione diabolica propitius clementer emunda. Per dñm.

¶ Miſſa pro itinerãtibus. Offi.

OMni tempore benedic deo: & pete ab eo vt vias tuas dirigat: & omnia conſilia tua in ipſo permaneant. ℣. Benedictus dominus die cotidie: proſperum iter faciet nobis deus ſalutariũ noſtrorum. Oratio.

SVpplicationibꝰ noſtris quæſumus domine benignus intendens: famulos tuos per viã per quam ſunt tua diſponente clementia profecturi propitius dirigas. & eos ad loca deſiderata proſperè peruenire cõcedas. Per dominum. ¶ Lectio libri Sapientiæ. Prouerbio. Cap.iiij.

OMni cuſtodia ſerua cor tuum: quoniam ex ipſo vita procedit. Remoue à te os prauũ:& detrahentia labia ſint procul à te. Oculi tui recta videãt:& palpebræ tuæ pręcedãt greſſus tuus. Dirige ſemitas pedibus tuis:& omnes viæ tuę ſtabiliẽtur. Ne declines ad dexterã neq; ad ſiniſtrã: auerte pedẽ

tuum

tuum à malo. Vias enim quæ à dextris ſunt nouit deus: peruerſę enim ſunt quę à ſiniſtris ſunt. Ipſe autē rectos faciet greſſus tuos: itinera autem tua: in pace perducet. ℟. Angelis ſuis deus mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manib' portabūt te: ne fortè offendas ad lapidē pedem tuum. Alleluia. ℣. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea.

¶ Euange. ſecundū Ioan. c.xij.

IN illo tempore: Dixit dn̄s Ieſus turbis Iudæorū: & principibus ſacerdotū. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt vos tenebræ non comprehendāt. Et qui ambulat in tenebris: neſcit quò vadat. Dum lucem habetis: credite in lucem: vt filijs lucis ſitis. Offertorium. Greſſus meos dirige ſecundùm eloquiū tuum: & nō dominetur mei omnis iniuſtitia. Oratio.

QVæſumus dn̄e: vt deuotionis nr̄æ munera quæ pro incolumitate ſeruorum tuorum offerimus placidè ſuſcipias. & viam eorū tua pietate tribuas proſperam & ſalutarem. Per dominum. Cōmu. Apud dominum greſſus hominis dirigetur: & viam eius volet: cùm ceciderit non collidetur: quia dn̄s ſupponit manum ſuam. Poſt cōmu.

FAmulis tuis peregrè profecturis quæſumus domine auxilium gratiæ tuę clementer impendens: ipſos ab omnibus tuearis aduerſis. & ſalutaribus proficere ſemper facias incrementis. Per dominum noſtrū.

¶ Miſſa pro gratiarum actione. Officium.

BEnedic anima mea dn̄o: & noli obliuiſci omnes retributiones eius: quia nō ſemper iraſcitur: ſed miſertus replet bonis deſiderium tuum. ℣. Benedic anima mea dn̄o: & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Orō.

DEus qui collatione tuorum munerum nobis fiduciam tribuis futurorum: cōcede tuis ſupplicib'. ſic tibi laudes & gratiarum actiones pro beneficijs nūc perceptis dignè agere: quòd vberiorem gratiā in antea mereamur. Per dn̄m.

¶ Ad Colloſſenſes. Capite.iij.

FRatres: Induite vos ſicut electi dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ: benignitatem humilitatem: patientiam modeſtiam. Supportantes inuicem: & donãtes vobiſmetipſis: ſi quis aduerſus aliquem habet querelam: ſicut & dominus donauit vobis: ita & vos. Super omnia autem hæc: charitatem habentes quod eſt vinculũ perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibꝰ veſtris: in qua & vocati eſtis in vno corpore: & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundãter: in omni ſapientia docentes & cómonentes voſmetipſos: in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus: in gratia cantãtes in cordibus vr̃is dño. Omne quodcũq; facitis in verbo aut opere: oĩa in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti facite: gratias agẽtes deo: & patri per ipſum. ℟. Afferte dño patriæ gentium: afferte dño gloriam & honorẽ: afferte dño gloriam nomini eiꝰ. ℣. Quia miſericordiæ dñi ab æterno & vſq; in ęternũ ſuper timẽtes eũ. Alleluia. ℣. Quomodo miſeretur pater filiorum: miſertus eſt dñs timentibus ſe: quoniam ipſe cognouit figmentũ noſtrũ. Tract. Clamauimus ad dñm cũ tribularemur: & de neceſsitatibus noſtris liberauit nos. ℣. Miſit verbũ ſuũ & ſanauit nos: & eripuit nos de interitu noſtro. ℣. Sacrificemus ergo ſacrificium laudis: & annũtiemus opera eius in exultatione. Euangel. Cùm iret dominus. fol. clxxij. Offertorium. Orauimus ad dominum: & exauditi ſumus: offerimus ſacrificium & ſimilaginem & accẽdimus lucernas: & proponimus panes in menſa domini. Sacra.

HÆc munera dñeq; pro gratiarũ actione tibi offerimus: & tua propitiatione tibi fiãt accepta. & nobis meritũ augeant & ſalutem. Per dñm. Communio. De magnis periculis à deo liberati: magnificè gratias agimus ipſi. Poſt communionẽ.

HÆc domine communio ſacramenti tibi nos gratos efficiat: & ꝓ tuis donis ſemper reddat ad tua obſequia prõptiores. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

¶ Miſſa

¶ Miſſa contra peſtẽ. Officiũ.

REcordare dñe teſtamenti tui: & dic angelo tuo percutienti ceſſet iã manus tua: vt nõ deſoletur terra: & ne perdas omnẽ animã viuã. ℣. Cõuerte nos deus ſalutaris noſter: & auerte irã tuã à nobis. Gloria patri. Oratio.

DEus qui non mortẽ ſed pœnitentiam deſideras peccatorum: populum tuum quæſumus ad te conuerte propitius. vt dum tibi deuotus exti terit: iracundiæ tuę flagella ab eo amoueas. Per dominum.

¶ Lectio lib. Regũ. ij. c. xxiiij.

IN diebus illis: Immiſit dominus peſtilentiã in Iſrael: de manè vſq; ad tempus cõſtitutũ: & mortui ſunt ex populo à Dã vſq; Berſabee: ſeptuaginta millia virorum. Cũq; extendiſſet manum ſuã angelus dñi ſuper Ieruſalem: vt diſperderet eam: miſertus eſt dominus ſuper afflictionem populi ſui: & ait angelo percutienti. Sufficit nunc: contine manũ tuã. Erat autẽ angelus dñi iuxta aream areuna Iebuſei. Dixit Dauid ad dñm: cũ vidiſſet angelũ cędentẽ populũ. Ego ſum qui peccaui: ego qui iniquè egi. Iſti qui oues ſunt: quid fecerũt? Vertatur obſecro manus tua contra me: & cõtra domũ patris mei.

℟. Miſit dñs verbũ ſuũ & ſanauit eos: & eripuit eos de interitu eorũ. ℣. Confiteantur dño miſericordię eius: & mirabilia eiꝰ filijs hominũ. Allã. ℣. Saluabo populũ meũ in medio Ieruſalẽ: & ero eis in deum in veritate iuſtitiæ. In lxx. Tract. Omnes vnà proclamemus: ſummũ deũ imploremus, miſereri vt dignetur. ℣. Cor grauatur cor langueſcit: iam gens mœret & plangeſcit, Peſtis morſum dũ veretur. ℣. Aura lędit furit peſtis: morbus vrit nulla mœſtis, ſpes ſalutis redditur. ℣. Si pro malis iraſcaris: tempus eſt vt reuertaris pie Ieſu miſerere.

¶ Euange. ſecundũ Lucã. c. iiij.

IN illo tempore: Surgens dominus Ieſus de ſynagoga: introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerũt illum pro ea. Et ſtans ſuper illã: imperauit febri: & dimiſit illã: & cõtinuò ſurgẽs miniſtrabat

illis. Cùm autem ſol occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebãt illos ad eũ. At ille ſingulis manus imponens: curabat eos. Exibãt autẽ dæmonia à multis clamãtia & dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans nõ ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtũ. Facta autẽ die egreſſus ibat in deſertũ locũ: & turbę requirebãt eũ: & venerũt vſq; ad ipſum: & detinebant illum: ne diſcederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare: regnum dei. Offer. Stetit põtifex inter mortuos & viuentes habens thuribulũ aureũ in manu ſua: & offerens ſacrificium incenſi placauit iram dñi & ceſſauit quaſſatio à dño. Sacra.

SVbueniat nobis quęſumus domine ſacrificij pręſentis operatio: quæ nos ab erroribus vniuerſis potẽter abſoluat: & à totius perditionis incurſu eripiat. Per dominum. Cõmunio. Multitudo lãguẽtiũ: & qui vexabãtur à ſpiritibus immũdis: veniebãt ad eũ quia virtus de illo exibat & ſanabat omnes. Poſt communio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: & intercedẽte beata dei genitrice ſemperq; virgine Maria: populum tuũ ab iracundiæ tuæ oneribus liberum: miſericordiæ tuæ fac liberalitate ſecurum. Per dominum.

¶ Miſſa ad impetrandam pluuiam. Officium.

COncreſcat vt pluuia miſericordia domini: fluat vt ros eloquium eius: quaſi imber ſuper herbã: & quaſi ſtillæ ſuper gramina. ℣. Deſcẽdat ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terram. Gloria. Oratio.

DEus in quo viuimus mouemur & ſumus: pluuiã nobis tribue congruentem. vt præſentibus ſubſidijs ſufficienter adiuti: ſempiterna fiducialiùs appetamus. Per dominũ.

¶ Lectio libri Deuterono. c. xj.

IN dieb⁹ illis: Hæc dixit Moyſes filijs Iſrael. Terra ad quã ingredieris poſſidendam: non eſt ſicut terra Ægypti: de qua exiſti: vbi iactato ſemine in hortorũ morẽ aquæ deducuntur irriguæ: ſed mõtuoſa eſt & cam-

campeſtris: de cælo expectans pluuias. Quam dominus deus tuus ſemper inuiſit: & oculi illius in ea ſunt à principio anni vſq; ad finem eius. Si ergo obedieritis mãdatis meis quę ego hodie præcipio vobis: vt diligatis dominum deum veſtrum: & ſeruiatis ei in toto corde veſtro: & in tota anima veſtra: dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam: vt colligatis frumentum & vinũ & oleũ: fœnumq; ex agris ad paſcenda iumẽta: & vt ipſi comedatis & ſaturemini. Cauete ne fortè decipiatur cor veſtrum: & recedatis à domino: ſeruiatiſq; dijs alienis: & adoretis eos. Iratuſque dominus claudat cælum: & pluuiæ non deſcendãt: nec terra det germen ſuum: pereatiſq; velociter de terra optima: quã dominus daturus eſt vobis. ℟. Oculi omnium in te ſperant dñe: vt tu des illis pluuiã in tẽpore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Allã. ℣. Beneplacitũ eſt dño ſuper timẽtes eũ: & in eis qui ſperãt ſuper miſericordia ei⁹

¶ Euãge. ſecundũ Matth. c. xv.

IN illo tempore: Conuocatis Ieſus diſcipulis ſuis dixit. Miſereor turbæ: quia iã triduò perſeuerant mecum: & nõ habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant in via. Et dicunt ei diſcipuli. Vnde ergo nobis tãtos panes in deſerto: vt ſaturemus turbam tantam? Et ait illis Ieſus. Quot panes habetis? At illi dixerũt. Septẽ: & piſces. Et gratias agẽs fregit: & dedit diſcipulis: & diſcipuli dederũt populo: & comederũt oẽs: & ſaturati ſunt Et quod ſuperfuit de fragmentis: tulerunt ſeptem ſportas plenas. Erant autem qui manducauerant quatuor millia hominum: extra paruulos & mulieres. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: & ſuper iram inimicorũ meorum extendiſti manũ tuam: & ſaluum me fecit dextera tua. Sacra.

OBlatis domine placare muneribus: & opportunum nobis tribue pluuiæ ſufficientis auxilium. Per dominũ. Communio. Tu mandaſti mandata

data tua cuſtodiri nimis: vtinā dirigantur viæ meæ ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas. Poſt cōmunio.

DElicta fragilitatis noſtrę dn̄e quæſumus miſeratus abſolue: & aquarū ſubſidia præbe cæleſtiū: quibus terrena cōditio vegetata conſiſtat. Per.

¶ Incipiunt cōmemorationes, & primo. Oratio ſanctiſsimæ Trinitatis, incarnationis, natiuitatis, paſsionis, mortis, reſurrectionis, aſcenſionis, domini noſtri Ieſu Chriſti. Oratio.

COncede quæſumus omnipotens deus: vt qui ſanctæ & indiuiduæ trinitatis atq; incarnatiōis natiuitatis paſsionis viuificę crucis & mortis reſurrectionis ac aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti memoriam agimus. innouatione ſancti ſpiritus à morte animæ reſurgamus. Per eū. eiuſ. Sacra.

REſpice quæſumus omnipotens deus noſtrā propitius ſeruitutem: vt quod offerimus in memoriam ſanctę & indiuiduæ trinitatis atq; incarnationis natiuitatis paſsionis viuificæ crucis & mortis & reſurrectionis ac aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti. ſit tibi munus acceptum cooperante ſpiritu ſancto: atq; perpetuum noſtrę fragilitatis ſubſidiū. Per. eiuſdem. Poſt communio.

SVmpſimus omnipotens deꝰ ſacri dona myſterij humiliter deprecātes: vt qui commemorationem ſanctę & indiuiduę trinitatis atq; incarnationis natiuitatis paſsionis viuificæ crucis & mortis reſurrectionis ac aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti gerimus poſtulante ſpiritu ſancto: in noſtræ proficiant infirmitatis auxiliū. Per eund. dn̄m noſtrum. eiuſd.

¶ Sanctorum Ioānis baptiſtæ & Ioānis euangeliſtæ. Officiū. Iudicant ſancti gētes. cum omnibus ad ſe pertinētibus. vt in cōi pluri. marty. non pōti. exceptis quę hîc ponuntur. Oratio.

DEus qui præclaros amicos tuos beatum Ioānē baptiſtam & beatum Ioānem euangeliſtam præcipuè cōmēdaſti: & prærogatiua dilectionis tuæ præ cæteris ſublimaſti. eorum precibus inclinatus: ita nos

nos quęſumus facias innocenter in hoc exilio conuerſari. vt in fine mereamur eis in patria ſociari. Per dominum. Sacra.

BEnedic & ſanctifica hanc oblationē dn̄e quæſumus amātiſsimorū tuorū beati Ioānis baptiſtę & beati Ioānis euāgeliſtæ interceſsionibus. vt & nos tibi ipſi hoſtiā viuētem facias & placētē. Per. Poſt cōmu.

PLaceat clementiæ tuę ſaluator æterne prædilectis & charis tuis beato Ioanne baptiſta & beato Ioanne euangeliſta pro nobis ſupplicantibus: vt ſic nos ſacris dilectionis tuæ fluentis inebries & emundes. quatinus cū tradideris regnū deo & patri: nos eidem purificatis animabus atque corporibus: per hæc ſancta myſteria repreſentes. Qui.

¶ In honore ſanctę Catharinę de Senis. Officium de communi vnius virginis. Oratio.

DEus qui beatæ Catharinę virginitatis & patientiæ ſpeciali priuilegio decoratę: malignātiū ſpirituū certamina vincere & in amore tui nominis incōcuſſè permanere tribuiſti. concede quæſumus: vt eius imitatione calcata mundi nequitia. & omniū hoſtiū ſuperatis inſidijs: ad tuā ſecurè gloriam tranſeamus. Per. Sacra.

SVper hanc oblationē noſtram quęſumus dn̄e benedictio tua deſcēdat: & vt ipſi hoſtia placabilis efficiamur. beatę Catharinę virginis tuæ ſupplicatio & merita obtineant. Per dominum. Poſt communio.

CÆleſtibus ſacramētis refecti altarib' tuis dn̄e inclinati deprecamur: vt quæ in cōmemorationem beatæ Catharinę virginis tuę deuotè percepimus. eius auxilio & interceſsione nobis proficiant ad vtriuſq; profectum ſalutis. Per.

¶ In honore ſanctæ Birgitæ. Officium de communi vnius virginis. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte: qui beatam Birgitā propter multorum ſecretorum inſpirationem & ſingularem virtutū adornationē ſpōſam tuā vocare decreuiſti. pręſta quęſumus: vt eidem in vita & moribus cō for-

formemur. & cū ea de mūdi illecebris ad viſionē cęleſtiū trāſferamur. Qui viuis. Sacra.

SVſcipe quæſumus domine pretioſa munera quę in beatæ Birgitę ſponſę tuæ commemoratiōe deferimus: cuius nos precibus à periculis huius vitæ ſperamus eripi. & in doctrina myſteriorum eccleſiæ: ſuis reuelationibus confirmari. Qui viuis. Poſt communio.

SAtiaſti dn̄e familiam tuā muneribus ſacris: præſta quæſumus. vt eodem cibo in mortis tēpore repleamur: quo beata Birgita poſt magnorum notitiam arcanorum à mundi ſapientibus occultorum: in exitu fruebatur. Domino noſtro Ieſu Chriſto filio tuo. Qui.

¶ In honorē ſanctorum quorum reliquiæ habentur in præſenti eccleſia. Oratio.

PRopitiare quæſumus dn̄e nobis famulis tuis. per ſanctorum tuorū. N. & N. quorū reliquiæ in præſenti continentur eccleſia merita glorioſa: vt eorum pia interceſsione. ab omnibus ſemper ꝓtegamur aduerſis. Per dominum. Sacra.

SVſcipiat clementia tua domine quæſumus de manibus noſtris munus oblatū: & per ſanctorū tuorū N. N. orationes. ab omnibus nos mūdet peccatis. Per. Poſt cōmunio.

DIuina libantes myſteria dn̄e: quę pro ſanctorum tuorum. N. & N. veneratione tuę obtulimus maieſtati. pręſta quęſumus: vt per ea veniā mereamur peccatorum: & cęleſtis gratiæ donis reficiamur. Per.

¶ Pro ſe ipſo ſacerdote. Orō.

OMnipotens ſempiterne deus: qui me peccatorē ſacris altaribus aſtare voluiſti. & ſancti nominis tui laudare potētiā: cōcede quæſumus per huius ſacramenti myſterium meorū mihi veniam peccatorum. vt tuę maieſtati dignè merear famulari. Per. Sacra.

DA quęſumus clemētiſsime pater: per huius ſacramēti myſteriū meorū mihi veniā peccatorū. vt nō ad iudiciū ſed ad indulgētiā: huius presbyteratus ordo mihi ꝓficiat ſempiternam. Per. Poſt cōmunio.

AVres tuæ pietatis mitiſsime deus inclina precibus meis: & gratia ſancti ſpiritus illumina cor meum. vt tuis myſterijs dignè miniſtrare: teque æterna charitate diligere merear. Per dñm. eiuſdem.

¶ Pro papa, vel epiſcopo, vel abbate. Oratio.

DEus omnium fideliũ paſtor & rector: famulum tuum papam. vel prȩſulem noſtrũ. N. quem eccleſiȩ tuæ prȩeſſe voluiſti propitius reſpice. & da ei quȩſumus verbo & exẽplo quibus præeſt proficere: vt ad vitam vnà cum grege ſibi credito perueniat ſempiternã. Per dominum noſtrũ. Sacra.

OBlatis quȩſumus domine placare muneribus: & famulum tuum papam vel prȩſulem noſtrũ. N. quem paſtorem populo tuo prȩeſſe voluiſti. aſsidua protectione guberna. Per. Poſt communio.

HÆc nos quæſumus dñe diuini ſacramenti perceptio protegat: & famulum tuũ papam vel præſulem noſtrum. N. quem eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti: vnà cum commiſſo ſibi grege ſaluet ſemper & muniat. Per dominum noſtrum.

¶ Pro regib⁹ Chr̃ianorũ. Or̃o.

DEus regnorum & chriſtiani maximè ꝓtector imperij: da ſeruis tuis regibus noſtris triumphũ virtutis tuæ prudenter excolere. vt qui tua conſtitutione ſunt principes: tuo ſemper munere ſint potentes. Per dominum. Sacra.

SVſcipe dñe preces & hoſtias eccleſiæ tuæ pro ſalute famulorum tuorum ſupplicantis: & in protectione fideliũ populorũ antiqua brachij tui operare miracula. vt ſuperatis inimicis pacis: ſecura tibi ſeruiat chriſtiana libertas. Per dominum. Poſt communio.

DEus qui ad prædicãdum regis æterni euãgelium chriſtianum imperium prȩparaſti: prætende famulis tuis regibus noſtris arma cæleſtia. vt pax eccleſiarũ nulla turbetur incurſione bellorũ. Per dñm.

¶ Pro rege. Oratio.

QVæſumus omnipotens de⁹: vt famulus tuus rex noſter

noſter qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula. virtutum etiã omniũ percipiat incremẽta: quibus decẽter ornatus.& vitiorũ mõſtra deuitare: & hoſtes ſuperare. & ad te qui via veritas & vita es gratioſus valeat peruenire. Per dominũ noſtrum. Sacra.

MVnera quæſumus dñe oblata ſanctifica: & vt nobis vnigeniti tui corpus & ſanguis fiant:& regi noſtro ad obtinendam animæ corporiſque ſalutem. & ad peragẽdum iniunctum ſibi officium: te largiente vſquequaq; proficiant. Per dominum. Poſt cõmunio.

HÆc domine oratio ſalutaris famulum tuum regem noſtrũ ab omnibus tueatur aduerſis: quatinus & eccleſiaſticę pacis obtineat tranquillitatem. & poſt iſtius temporis decurſum: ad æternam perueniat hęreditatem.Per dominũ.

¶ Pro cõgregatione. Oratio.

DEfende quęſumus domine beata Maria ſemper virgine intercedente iſtam ab omni aduerſitate congregationem: & tibi toto corde proſtratam. ab hoſtium tuere clementer inſidijs.Per dñm. Sacra.

SVſcipe quæſumus clementer omnipotens deus oblationem noſtræ deuotionis: & per virtutem huius ſacramenti.famulos tuos à cunctis protege aduerſitatibus. Per dominũ noſtrum. Poſt communio.

SVmptis redemptionis noſtrę muneribus præſta quęſumus miſericors deus. eorum nobis celebratione tuę protectionis contra omnes aduerſitates ſubſidiũ. Per dominum.

¶ Pro viro viuente. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: miſerere famulo tuo. N.& dirige eum ſecundũ clementiam tuam in viam ſalutis æternæ.vt te donante tibi placita cupiat: & tota virtute perficiat.Per dñm. Sacra.

PRoficiat quæſumus domine hęc oblatioquã tuę ſupplices offerimus maieſtati ad ſalutem famuli tui. N. vt tua prouidentia eius vita inter aduerſa & proſpera dirigatur.Per dominum. Poſt communio.

Sumen

SVmentes dñe perpetuæ ſacramenta ſalutis tuam deprecamur clementiam: vt per ea famulũ tuum. N. ab omni aduerſitate protegas. Per dom.

¶ Pro fœmina viuēte. Oratio.

REge quæſumus domine famulam tuam. N. & gratiæ tuæ in ea dona multiplica. vt ab omnibus libera offenſis: & temporalibus non deſtituatur auxilijs. & ſempiternis gaudeat inſtitutis. Per. Sacra.

SVſcipe dñe munus oblatũ & conſerua quæſumus famulã tuã. N. atq; ab omnibus aduerſitatib⁹ quas meretur redde ſecurã: vt tranquillitate percepta. de omnium viſibilium atq; inuiſibilium inſidijs liberata deuota tibi mente deſeruiat. Per dñm. Poſt communio.

SVbiectam tibi famulã tuã N. quęſumus dñe propitiatio cæleſtis amplificet: vt præſentis vitæ periculis exuatur: & perpetuis donis firmetur. Per.

¶ Pro ſpecialibus amicis. Orõ.

DEus qui charitatis dona per gratiam ſancti ſpiritus tuorum cordibus fidelium infudiſti: da famulis & famulabus tuis pro quibus tuam deprecamur clemētiam ſalutem mentis & corporis. vt te tota virtute diligant: & quę tibi placita ſunt tota dilectione perficiant. Per. eiuſdem. Sacra.

MIſerere quæſumus domine famulis & famulabus tuis: pro quibus hoc ſacrificiũ laudis tuæ offerimus maieſtati. vt per hæc ſancta ſupernæ benedictionis gratiam obtineant: & gloriam æternę beatitudinis acquirant. Per dominum noſtrum. Poſt commu.

DIuina libantes myſteria quæſumus dñe: vt hæc ſalutaria ſacramenta illis proficiant ad proſperitatem & pacem. pro quorum quarunq; dilectione hæc tuæ obtulimus maieſtati. Per dominum.

¶ Pro amicis peccatorib⁹. Orõ.

DEus qui iuſtificas impiũ & non vis mortem peccatorũ: maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur. vt famulos tuos & ancillas de tua miſericordia cõfidētes cæleſti protegas benignus auxilio: & aſsidua prote-

protectione conſerues. vt tibi iugiter famulentur: & nullis tẽtationibus à te ſeparentur. Per dominum noſtrum. Sacra.

HVius dñe virtute myſterij: & à proprijs nos mũda delictis. & famulos tuos & ancillas ab omnibus abſolue peccatis. Per. Poſt cõmunio.

PRrificent nos dñe quæſumus ſacramẽta quæ ſumpſimus: & famulos tuos & ancillas ab omni culpa liberos eſſe cõcede. vt qui conſciẽtię reatu conſtringuntur: cæleſtis remedij plenitudine glorientur. Per dominum. ¶ Pro quacũq; tribulatione. Oratio.

DEus qui contritorum nõ deſpicis gemitũ: & mœrentium nõ ſpernis affectum: adeſto pie precibus nr̃is quas tibi effundimus pro nobis famulis tuis: petẽtes vt quicquid cõtra nos diabolicę atq; humanę moliũtur aduerſitates ad nihilum redigas. & conſilio pietatis tuæ allidas: quatinus nullis aduerſitatibus lęſi ſed erepti de omni tribulatione & anguſtia. læti tibi in eccleſia tua ſancta gr̃as & laudes referamus. Per dominum noſtrum. Sacra.

DEus qui tribulatos corde ſanas & mœſtificatos actu iuſtificas: ad hãc propitius hoſtiam dignãter attende. quã tibi pro noſtra offerimus tribulatione: tu hac benignus accepta noſtram ſubmoue preſſuram: vt exuti ab omnibus malis quæ patimur: in tuis delectemur exultare mandatis. Per dominum. Poſt cõmunionem.

DImitte domine peccata nr̃a: & tribue nobis miſericordiam tuã. quo oris noſtri alloquio deprecatus: humilitatem noſtram atq; anguſtiã attendas. vincula ſoluas: delicta deleas. tribulationẽ inſpicias: aduerſitatẽ repellas. effectũq; petitionis nr̃ę largiens clementer exaudias. Per. ¶ Pro qualicunq; tribulatione. Oratio.

INeffabilem miſericordiam tuam nobis domine clemẽter oſtende: vt ſimul nos à peccatis omnibus exuas. & à pœnis & tribulationibus quas pro his meremur eripias. Per dominum noſtrum. Sacra.

Purifi-

PVrificet nos quęſumus domine muneris p̃ſentis oblatio: & dignos ſacra participatione perficiat.Per. Poſt cõm.

PRęſta quęſumus domine: vt terrenis affectibus expiati:ad ſuperni plenitudinem ſacramẽti: cuius libauimus ſancta tendamus. Per dominum.

¶Pro peccatis. Oratio

EXaudi quęſumus dñe ſupplicũ preces:& cõfitentiũ tibi parce peccatis. vt pariter nobis indulgentiã tribuas benignus & pacem.Per. Sacra.

HOſtias tibi domine placationis offerimus:vt delicta nr̃a miſeratus abſoluas.& nutãtium corda tu dirigas. Per dominum. Poſt communio.

PRæſta nobis æterne ſaluator:vt percipiẽtes hoc munere veniam peccatorũ: deinceps peccata vitemus. Per dominum.¶Pro remiſsione peccatorum. Oratio.

DEusqui nullũ reſpuis:ſed peccãtibus per pœnitentiã pia miſeratione placaris.reſpice propitius ad preces humilitatis noſtræ: & illumina corda noſtra.vt valeamus tua implere præcepta.Per. Sacra.

PRæſens ſacrificium domine quod tibi pro delictis noſtris offerimus: ſit tibi munus acceptum. & tam viuentibus quàm defunctis proſit ad ſalutem.Per. Poſt cõmunio.

EXaudi preces familiæ tuę omnipotens deus:& præſta. vt ſancta hæc quę à te ſumpſimus: incorrupta in nobis te operãte ſeruẽtur.Per. ¶Pro cõfitentibus peccata. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: cõfitẽti tibi famulo tuo ꝑ tua pietate relaxa peccata.vt non plus ei noceat conſcientiæ reatus ad pœnã:quàm indulgentia tuæ propitiationis proſit ad veniam.Per. Sacra.

PRęſta quæſumus omnipotens deus: vt hæc ſalutaris oblatio famulum tuũ & à proprijs reatibus indeſinẽter expediat.& ab omnibus tueatur aduerſis.Per. Poſt communio.

OMnipotẽs & miſericors deus: qui omnẽ animã pœnitentem & cõfitẽtem tibi magis emẽdare vis quàm perdere.

dere.reſpice ſuper famulũ tuũ: & per hæc ſacramẽta quę ſumpſimus: auerte ab eo iram indignationis tuæ: & dimitte ei omnia peccata ſua.Per dñm.

¶De eodem. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus:clementiam tuam humiliter imploramus pro famulis & famulabus tuis qui nobis propria confeſsi ſunt ſcelera. vt indulgentiam eis largiendo : vitam conferas ſempiternam.Per dominum. Sacra.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt hæc oblatio quam tibi pro famulis & famulab⁹ tuis qui nobis propria cõfeſsi ſunt facinora offerimus ſit in oculis tuis accepta. quatinus per hæc ſacroſancta commercia: indulgentiam valeant percipere delictorum. Per dominum noſtrum. Poſt cõmu.

DA quęſumus clementiſſime pater indulgẽtiam perpetuam famulis & famulabus tuis:qui nobis propria confeſsi ſunt peccata. & concede eis: vt in præceptis tuis iugiter perſeuerent.Per dominum.

¶Cõtra raptores eccleſię.Orõ.

COncede nobis omnipotens & miſericors deus apud quem nõ eſt iniquitas: vt qui huius ſanctuarij tui poſſeſſionem diripiunt atq; diripiendo inuadunt.te miſerante celeri ſatisfactione corrigãtur.Per dominum. Sacra.

HOſtias tibi dñe placationis & laudis offerimus: poſtulantes vt quos inimicus ad inuadendam &diripiẽdam ſanctuarij tui poſſeſsionẽ ſuadendo attraxit. tu miſerando corrigas.Per. Poſt communio.

PReces noſtras quæſumus dñe clementer exaudi: & qđ de inimicis &raptoribus eccleſiæ tuę ſanctæ deprecamur. cõſuetæ miſericordiæ velocitate perficere non deſinas.Per.

¶Pro pecoribus. Oratio.

DEus qui laboribus hominũ etiã de mutis aĩalibus ſolatia ſubrogaſti: ſupplices te rogamus. vt ſine quibus nõ alitur humana cõditio:nr̃is facias vſibus non perire.Per. Sacra.

SAcrificijs domine placatus oblatis:opem tuam noſtris

ſtris temporibus clementer im pende. Per dñm. Poſt commu.

BEnedictionem tuam quę ſumus domine fidelis populus accipiat: qua corpore ſaluatus ac mente. & congruam tibi exhibeat ſeruitutẽ: & propitiationis tuę dona ſemper inueniat. Per dominum noſtrũ.

¶ Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotẽs & mitiſsime deus: reſpice propitius preces noſtras & libera corda noſtra de malorum cogitationũ tentationibus. vt ſancti ſpiritus dignũ fieri habitaculum mereamur. Per. eiuſdẽ. Sacra.

HAs tibi dñe oblationes offerimus pro ſalute noſtra: quatinus animas noſtras ab immũdis cogitationib⁹ purges illęſaſq; cuſtodias. & ſancti ſpiritus gratia illuminare digneris. Per. eiuſdẽ. Poſt cõmu.

DEus qui illuminas omnẽ hominem veniẽtem in hunc mundũ: illumina quęſumus corda noſtra gratiæ tuæ ſplẽdore. vt maieſtati tuæ miniſtrare: teque æterna charitate diligere mereamur. Per. ¶ Pro tribulatione populi. Oratio.

NE deſpicias omnipotẽs deus populum tuũ in afflictione clamãtẽ: ſed propter gloriã nominis tui. tribulatis ſuccurre placatus. Per. Sacra.

SVſcipe dñe propitius hoſtias: quibus & placari voluiſti. & nobis ſalutẽ potẽti virtute reſtitui. Per. Poſt commu.

TRibulationem noſtrã domine quæſumus propitius reſpice: & irã tuæ indignationis. quã iuſtè meremur: propitiatus auerte. Per d. ¶ Pro renuntiatibus ſeculo. Oratio.

DEus qui nos à vanitate ſeculi cõuerſos ad brauiũ supernę vocationis accẽdis: pectoribus noſtris purificãdis illabere. & gratiã nobis qua in te perſeueremus infunde: vt protectionis tuæ muniti præſidijs. qđ te donante promiſimus impleamus: & nr̃æ ꝓfeſsionis executores effecti. ad ea quæ perſeuerãtibus in te ꝓmittere dignatus es pertingamus. Per. Sacra.

TIbi domine deus noſter deuotionis hoſtiã immo

 lantes

lãtes humiliter petimus: vt nos ſacrificium tuũ mortificatione vitæ carnalis accipias. ac moribus quibus profeſsioni noſtræ cõgruamus inſtitutas: & quos ſanctæ compunctionis ardore ab hominũ cęterorum propoſito ſeparaſti: etiam à conuerſatione carnali & ab immunditia actuum terrenorum: infuſa nobis cælitus ſanctitate diſcernas. Per do. Poſt communio.

DEus qui renuntiãtibus ſeculo manſiones paras in cælo: dilata corda fratrum noſtrorum cęleſtibus donis. vt fraterna teneantur cõpagine charitatis: vnde omnes præcepta cuſtodiant. ſobrij ſimplices & quieti: gratis tibi datam ſuę profeſsionis gratiam cognoſcant. concordet vita illorũ cum nomine. ꝓfeſsio ſentiatur in opere. Per dominum noſtrum.

¶ Pro cõcordia fratrum. Orõ.

DEus largitor pacis & amator charitatis: da famulis tuis veram in tua voluntate cõcordiã. vt ab omnibus quę nos pulſant tentationibus liberemur. Per dominum. Sacra.

NOſtris ſacrificijs domine concede placatus: vt qui proprijs oramus abſolui delictis. non grauemur externis. Per dominũ. Poſt communio.

SPiritum nobis domine tuæ charitatis infunde: vt quos vno pane cæleſti ſatiaſti. tua facías pietate cõcordes. Per eiuſ.

¶ Pro tentatione carnis. Orõ.

VRe igne ſancti ſpiritus renes noſtros & cor noſtrum domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus. & mundo corde placeamus. Per. eiuſ. Sacra.

DIrumpe domine vincula peccatorum noſtrorum: vt ſacrificare tibi hoſtiam laudis abſoluta libertate poſsimus. & retribuere quæ ante tribuiſti: & ſalua nos per indulgẽtiam. quos ſaluare dignatus es per gratiam. Per. Poſt cõmu.

DOmine adiutor & protector noſter: adiuua nos vt refloreat caro noſtra vigore pudicitiæ & ſanctimoniæ nouitate: ereptamque de manu tartari: in reſurrectionis gaudio iubeas præſentari. Per dominum noſtrum.

¶ Pro

¶ Pro qualicunque tentatione diaboli. Oratio.

DEus qui per vnigenitum tuum excluſa dominatione diaboli populum fidelē aptaſti: expelle quæſumus à famulo tuo cunctas diabolicę illuſionis inſidias. & eum illibatum ab omni impugnatione conſerua. Per eund. Sacra.

MVnus noſtræ humilitatis pro tuitione famuli tui. oblatum petimus domine dignāter aſſume: & ab eius oppreſsione maligni inſidias & omnem poteſtatem exclude. Per dominum. Poſt cōmunio.

CÆleſtis hic panis quem ſumpſimus domine: & nobis indulgētiam tribuat. & famulum tuum ab antiqui hoſtis illuſione defendat. Per dominum noſtrum. ¶ Ad patientiam poſtulandam. Oratio.

DEus qui vnigeniti tui patientia antiqui hoſtis cō triuiſti ſuperbiā: da nobis quæ idem piè pro nobis pertulit dignè recolere. ſicq; exēplo eius nobis aduerſantia æquanimiter tolerare. Per eund. Sacra.

MVnera noſtræ oblationis quæſumus domine placatus ſuſcipe: quæ vt nobis patientiæ bonum condonare digneris. maieſtati tuæ deuota offerimus actione. Per dominum noſtrum. Poſt cōmunio.

SAcroſancta dn̄e ſumentes myſteria: amiſſam nobis quæſumus recōciliet gratiam. atq; munus patientiæ in illatis omnibus ſemper & vbiq; protegendo. Per dominum.

¶ Contra qualemcunq; aduerſitatem vel tribulationem ſanctæ eccleſiæ. Oratio.

ACunctis nos quæſumus domine mentis & corporis defende periculis: & intercedēte beata & glorioſa dei genitrice Maria cū beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo & Iacobo. & ſanctis martyrib⁹ tuis Stephano Facundo atq; Primitiuo Mancio & omnibus ſanctis tuis: ſalutem nobis tribue benignus & pacē. vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis: eccleſia tua ſancta ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eundem dominum. Sacra.

EXaudi nos deus noſter: & per huius ſacramẽti virtutẽ. à cunctis nos aduerſitatibus & hoſtibus redde ſecuros: gratiã tribuens in præſenti & gloriam in futuro. Per. Poſt cõm.

MVndet & muniat quæſumus domine diuini ſacramenti nos munus oblatũ: & intercedente glorioſa ſemper virgine dei genitrice Maria cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo & Iacobo. & ſanctis martyribus tuis Stephano Facũdo & Primitiuo atq; Mãcio & omnibus ſanctis: à cunctis nos reddas & peruerſitatibus expiatos. & aduerſitatibus expeditos. Per eundem.

¶ Contra tẽpeſtatem. Oratio.

A Domo tua quęſumus domine ſpirituales nequitiæ repellantur: & aeriarum diſcedat malignitas tempeſtatũ. Per dominum noſtrũ. Sacra.

OFferimus tibi dñe laudes & munera: pro conceſsis beneficijs gratias referentes: & pro concedendis ſemper ſuppliciter deprecãtes. Per dominum noſtrum. Poſt cõmu.

OMnipotens ſempiterne deus: qui & caſtigãdo ſanas & ignoſcendo conſeruas. pręſta ſupplicibus tuis: vt & trãquillitatibus huius optatæ conſolationis lętemur. & dono tuę pietatis ſemper vtamur. Per.

¶ Pro febricitantibus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne de⁹: qui per ſanctos apoſtolos & martyres tuos diuerſa ſanitatum dona largiri conſueuiſti. præſta quæſumus: & præſenti famulo tuo vel qui quaterno vel quotidiano typo vexationis fatigatur: fidelis famuli tui Sigiſmundi precibus clemẽter ſuccurre. Per. Sacra.

OFferimus tibi dñe munera & vota in honorẽ ſancti martyris tui Sigiſmũdi: pro præſenti ægroto ſacroſanctũ corpus & ſanguinem dñi noſtri Ieſu Chriſti: vt tam corporis quã animæ ſit illi ſalus. Qui tecum viuit. Poſt commu.

SVccurre quęſumus domine famulo tuo: & opẽ tuã tribue benignus infirmo. vt ſyncera mente deuotus: & præſentis vitæ remedijs gaudeat

&

&futuræ.Per dñm. ¶Pro illo qui proximus eſt morti. Orõ.

O Mnipotens ſempiterne deus cõſeruator animarũ:qui quos diligis corripis & quos recipis piè ad emendationẽ cõcitas:te dñe deprecamur: vt medelã tuam cõferre digneris in anima famuli tui. qui in corpore patitur mẽbrorum debilitatem vim laboris ſtimulos infirmitatis: da ei dñe gratiam & miſericordiã. vt in hora exitus illius de corpore:abſq; peccati macula creatori ſuo proprio.per manus ſanctorũ angelorũ eius anima præſentari mereatur.Per dominum. Sacra.

A Deſto domine ſupplicationibus nr̃is: & ſuſcipe hoſtiã quam tibi offerimus pro famulo tuo iacẽte in grabbato ſalutem non ſolũ corporis ſed animę ſuę petẽti.præſta ei omnipotens deus indulgentiam omnium iniquitatum ſuarum per immenſam clementiã tuã & per interceſsionem omniũ ſanctorũ tuorũ:vt ꝑ hoc quod ſuſtinet flagellũ.à ſanctis angelis ſuſceptus:peruenire mereat ad gloriæ ęternæ regnum. Per dominum. Poſt communio.

G Ratias agimus dñe multiplicibus largitatibꝰ tuis quibus animas in te ſperantiũ ſanare conſueuiſti: & cõfiſi de tua pietate precamur. vt miſereri digneris famulo tuo:ne pręualeat aduerſus eum aduerſarius in hora exitus illius de corpore.ſed trãſitum habere mereatur ad vitã perpetuam. Per.

¶Ad poſtulandam gratiã ſancti ſpiritus. Oratio.

D Eus qui omne cor patet: & omnis volũtas loquitur.& quem nullum latet ſecretum: purifica per infuſionẽ ſancti ſpiritus cogitationes cordis noſtri:vt te perfectè diligere.& dignè laudare mereamur. Per dominum.eiuſdem. Sacra.

H Æc oblatio quæſumus dñe cordis noſtri maculas emundet: vt ſancti ſpiritus dignum habitaculum fieri mereamur.Per.eiuſdem. Poſt cõ.

C Oncede quæſumus omnipotens deus: ſanctum nos ſpiritum votis promereri ſedulis. quatinus eiꝰ gratia ab

omnibus liberemur tentationibus:& peccatorum indulgentiā accipere mereamur. Per dominum noſtrū.eiuſdem.

¶ Ad charitatē poſtulādā.orõ.

DEus qui diligētibus te facis cūcta prodeſſe:da cordibus noſtris inuiolabilem charitatis affectum.vt deſideria de tua inſpiratione concepta: nulla poſsint tentatione mutari. Per dominum. Sacra.

DEus qui nos ad imaginē tuam ſacramentis renouas & pręceptis:perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis.vt charitatis donum quod feciſti à nobis ſeparari: per hæc quæ offerimus ſacrificia facias apprehendi.Per dñm. Poſt communio.

SAncti ſpiritus gratia quæſumus domine corda noſtra illuminet:& perfecta charitatis dulcedine abundanter reficiat.Per.eiuſdem.

¶ Ad humilitatē poſtulā.Orõ.

DEus qui ſuperbis reſiſtis, & gratiam pręſtas humilib⁹:auge in nobis verę humilitatis virtutē. cuius in ſe formā vnigenitus tuus fidelibus exhibuit: vt nunquā indignationē tuā prouocemus elati. ſed potiùs ſemper pietatis tuæ dona capiamus ſubiecti.Per eū.Sacra

HÆc oblatio dñe deus nobis remiſsionē omnium peccatorum & verę humilitatis obtineat gratiam:ſimulque vt à cordibus noſtris concupiſcentiā carnis & oculorū atque ambitionē ſeculi auferas. quatinus coram te ſobriè iuſtè pieq; viuentes: præmia cōſequamur æterna.Per dñm.Poſt commu.

HVius dñe ſacramenti perceptio: peccatorum noſtrorū maculas tergat. & nos per humilitatis exhibitionē ad cęleſtia regna perducat. Per.

¶ Ad ſapientiā poſtulā. Orõ.

DEus qui per coęternā tibi ſapiētiam hominē cùm non eſſet cōdidiſti:perditumq; miſericorditer reformaſti. pręſta quæſumus: vt eadem pectora noſtra inſpirante: & te in veritate ſciamus,& agnitum propēſiori diligamus affectu. Per eundem. Sacra.

SAnctificetur quęſumus domine huius noſtrę oblationis

nis munus tua cooperante ſapiẽtia: vt tibi placere poſsit ad laudem. & nobis proficere ad ſalutem.Per eundẽ. Poſt cõio.

DEus qui miſiſti filium tuũ in terris: & oſtẽdiſti creaturæ creatorẽ.reſpice propitius ſuper nos famulos tuos: & præpara agie ſophie dignã in cordib⁹ nr̃is habitationẽ. Per eun.

¶ Ad poſtulaudam fidem ſpẽ & charitatem. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui iuſtitiã tuę legis in cordibus credentiũ digito tuo ſcribis.da nobis fidei ſpei & charitatis augmentum: & vt mereamur aſſequi quod promittis.fac nos amare quod præcipis.Per dominum. Sacra.

MItte quęſumus dñe ſpiritum ſanctũ: qui & hæc munera præſentia nr̃a tuũ nobis efficiat ſacramentũ: & ad hoc percipiendũ nr̃a corda purificet.Per.eiuſdẽ. Poſt cõmu.

SPiritum nobis domine tuæ charitatis infunde: vt quos vno pane ſatiaſti: vna facias pietate concordes.Per dominum. eiuſdem.

¶ Ad lachrymas poſtulandas.Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: da capiti noſtro abundãtiam aquæ.& oculis noſtris fontem lachrymarum: vt peccatorum maculis abluti. vltrices pœnarum flammas fletus vbertate vincere mereamur.Per dominum. Sacra.

PEr has oblationes quæſumus domine.& oculis noſtris imbrem lachrymarum infundas: & cordibus noſtris omnium peccatorum noſtrorũ luctũ tribuere digneris.Per dominum noſtrum. Poſt cõmu.

COrpore & ſanguine filij tui ſatiati quæſumus domine: vt pro noſtris peccatis cõpunctionem mentis & corporis atque flumina lachrymarũ nobis peccatoribus largiaris: quatinus hîc & in futuro cæleſtem conſolationem accipere mereamur. Per eundem.

¶ Miſſa ad orandum pro inimicis. Oratio.

DEus pacis charitatiſq; amator & cuſtos: da omnibus inimicis nr̃is pacem charitatem

tateq; verã cunctorumq; eis tribue remiſsionẽ peccatorũ:noſque ab eorum inſidijs potenter eripe.Per dominum. Sacra.

OBlatis quæſumus domine placare muneribus: & nos ab inimicis nr̃is clementer eripe. eiſque indulgentiam tribue peccatorum. Per dominum noſtrum. Poſt commu.

DEus qui famulis tuis Moyſi Danieli & Stephano protomartyri virtutem patientiæ dediſti: vt pro ſuorum delictis inimicorum æquanimiter exorarẽt. da nobis quæſumus omniũ ſanctorũ meritis: vt inimicos nr̃os veræ dilectionis amore diligamus:eorũq; pro exceſsibus tota mentis intentione preces aſsiduas in cõſpectu maieſtatis tuæ fundamus. Per dominum noſtrum.

¶Pro tribulatione eccleſiæ. Oratio.

EXaudi quæſumus domine eccleſiam tuam:nõ ſolùm paganorum percuſsionibus attritam:ſed etiam malorũ chriſtianorũ prauitatibus miſerabiliter afflictam: & concede propitius: vt qui terrenæ recuſant ſubdi poteſtati: dextera tuæ maieſtatis citiùs deijciãtur inimici.Per dominum. Sacra.

SVſcipe domine preces eccleſiæ tuæ cum oblationibus hoſtiarum:& in protectione fidelium populorũ antiqua brachij tui operare miracula.vt ſuperatis inimicis pacis: ſecura tibi ſeruiat chriſtiana libertas. Per dominum. Poſt commu.

DEus qui eccleſiam tuam ineffabili pretio redemptam ſemper mirificis ſacramẽtis reficis:concede propitius.vt quæ de malorum percuſsionibus gemit exteriùs:tuis iugiter conſolationibus releuetur interiùs.Per dominum.

¶Ad ſerenitatẽ poſtulandam. Oratio.

AD te nos domine clamãtes dignanter exaudi: & aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus. vt qui pro peccatis noſtris iuſtè affligimur:miſericordia tua præueniente clemẽtiam ſentiamus.Per. Sacra.

PRæueniat nos quæſumus domine tua gratia ſemper & ſub-

& ſubſequatur: & has oblationes quas pro peccatis noſtris nomini tuo conſecrandas deferimus benignus aſſume. vt per interceſsionem omniũ ſanctorũ tuorũ: cũctis nobis proficiãt ad ſalutem. Per. Poſt commu.

PLebs tua domine capiat ſacræ benedictionis augmẽtum: & copioſis beneficiorum tuorũ ſubleuetur auxilijs. quæ tantis interceſsionum deprecationibus adiuuatur. Per dñm.

¶ Pro ſalute viuorum. Oratio.

PRætende domine famulis & famulabus tuis dexterã cæleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant. & quæ dignè poſtulãt aſſequantur. Per. Sacra.

PRopiciare domine ſupplicationibus noſtris: & has oblationes quas tibi pro incolumitate famulorum famularũq; tuarum offerimus benignus aſſume. & vt nullius ſit irritũ votum nullius vacua poſtulatio: præſta quæſumus. vt quod fideliter petimus: efficaciter conſequamur. Per. Poſt communio.

DA famulis & famulabus tuis quæſum⁹ dñe in tua fide & ſynceritate cõſtantiã: vt in charitate diuina firmati. nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per dominũ.

¶ Pro iter agentibus. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: & viam famulorum tuorũ in ſalutis tuę proſperitate diſpone: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates: tuo ſemper protegantur auxilio. Per dominum. Sacra

PRopiciare domine ſupplicationibus noſtris: & has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus aſſume. vt viam illorum præcedente gratia tua dirigas: & ſubſequenti comitare digneris. vt de actu atque incolumitate eorũ: ſecũdùm miſericordiæ tuę prę ſidia gaudeamus. Per dominũ noſtrum. Poſt communionẽ.

TVa domine famulos tuos in te ſperantesquę ſumpſimus ſacramenta cuſtodiant: & contra omnes aduerſantium tueãtur incurſus. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Pro ſedatione ſchiſmatis eccleſiæ. Oratio.

Deus

DEus qui errata corrigis di ſperſa congregas & con gregata conſeruas: quæſumus ſuper populum chriſtianũ tuæ vnionis gratiam clementer infunde. vt diuiſione reiecta: vero paſtori eccleſiæ tuæ ſe vniẽs. tibi dignè valeat famulari. Per dominum noſtrũ. Alia oratio.

ECcleſiæ tuæ quęſumus domine preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis. ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum. Sacra.

MVnera hæc pro populi chriani vnione tibi domine oblata ſanctifica: per quę vnitatis & pacis in eccleſia tua nobis dona concede. Per dominum noſtrum. Poſt commu.

HÆc tua domine ſumpta ſacra communio: ſicut fidelium in te vnionẽ præſignat. ſic in tua eccleſia vnitatis quæſumus operetur effectum. Per.

¶ Pro facientibus eleemoſynas. Oratio.

DEus qui poſt baptiſmi ſacramentum ſecundam ablutionem peccatorum eleemoſynis indidiſti: reſpice propitius ſuper famulos tuos & ancillas. pro quorum operibus tibi gratię referuntur: fac eos pręmio beatos. vt recipiãt pro paruis magna: pro terrenis cęleſtia pro temporalibus ſempiterna. Per dominum. Sacra.

DEus qui tuorum corda fidelium per eleemoſynã dixiſti poſſe mũdari: da per huius ſacramenti myſteriũ famulis & famulabus tuis qui pauperibus dona ſua dederũt. vt percipiẽtes hoc munere veniã peccatorũ. in tuorũ cenſeantur ſorte iuſtorũ. Per. Poſt communio.

PVrificẽt nos domine quæ ſumus ſacramẽta quę ſumpſimus: & famulos tuos & ancillas propitius intende. qui diuina mandata recolentes opẽ indigentibus ſubminiſtrant: & præſta. vt ſicut eorum nobis eſt deuotio neceſſaria: ita ſemper tibi ſit accepta. Per dominum.

¶ Pro gratiarũ actione. Orõ.

DEus ad quem dignè laudandũ angelica natura non ſufficit neq; humana: pro impẽſis fragilitati nr̃æ immen-

ſis

ſis beneficijs maieſtati tuæ votis omnib⁹ gratias agimus. qui cùm ſerui ſimus peccati: reſuſcitati adoptiõis amplectimur filij. & cum ſimus mortis ſocij pro ſceleribus damnandi: piè caſtigati ſolita miſericordia reerigimur cõſolandi. tribue quę ſumus: vt quos creaſti ad æternitatis gloriam à noxijs liberans: te inceſſabiliter laudãdo facias de hoſte captare victoriam. Per dominum. Sacra.

GRatiarum actionũ muneribus placatus: hæc tibi dñe acceptabilis fiat oblatio. quæ nobis ineffabilis miſericordiæ tuę dona cõciliet: tuarumque benignitatum ſemper cognitores efficiat: & in tua laude indeſinenter perſeuerantes reddat. Per dominum. Poſt cõmu.

VItalibus repleti muneribus & donis cæleſtibus confortati: gratias pietati tuę referimus domine orantes, vt qui nos clementer corripis & mox manum tuarum miſerationũ porrigis: ſic des nobis vti bonis temporalibus: vt tecũ fruamur æternis. Per dominum.

¶ Pro nauigantibus. Oratio.

DEus qui trãſtuliſti patres noſtros per mare rubrũ: & tranſuexiſti per aquã nimiã laudem tui nominis deprecantes. te ſuppliciter deprecamur: vt in naui famulos tuos repulſis aduerſitatib⁹ portu ſibi optabili trãquillo tuearis. Per. Sacra

SVſcipe dñe preces famulorum tuorum cum oblationibus hoſtiarum: & tua myſteria celebrãtes. ab omnib⁹ defende periculis. Per. Poſt commu.

SAcrificato diuino myſterio maieſtatem tuam domine ſuppliciter deprecamur & petimus: vt quos donis cæleſtibus facis intereſſe. per lignũ ſanctæ crucis à peccatis abſtrahas: & à periculis cunctis miſeratus eripias. Per dominum.

¶ Pro viuis & defunctis. Orõ.

PIetate tua quęſumus domine noſtrorum ſolue vincula delictorum: & intercedente beata & glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria cum omnib⁹ ſanctis tuis. domnum papam põtifices & abbates noſtros: ſeu omnes congregatio-

nes

nes illis cõmiſſas reges & principes noſtros & omnẽ populũ chriſtianum : & nos famulos tuos atq; locũ iſtũ & omnia loca ſanctorum in omni ſanctitate cuſtodi.omneſque affinitate ac familiaritate & confeſsione vel oratione nobis iũctos à vitijs purga:virtutib⁹ illuſtra: pacẽ & ſalutẽ nobis tribue.hoſtes viſibiles & inuiſibiles remoue: carnalia deſideria repelle. aerẽ ſalubrem indulge: infirmis noſtris ſanitatem reſtitue. iter famulorũ tuorũ in ſalutis tuę proſperitate diſpone: amicis & inimicis noſtris veram charitatẽ largire.& omnib⁹ fidelib⁹ viuis & defunctis:in terra viuentium vitam & requiem æternam cõcede.Per eundem. Sacra.

DEus qui ſingulari corporis tui hoſtia totius mũdi ſoluiſti delicta: hac oblatione & beatæ Mariæ ſemper virginis omniũq; ſanctorum tuorum interceſsione placatus maculas ſcelerũ noſtrorum abſterge:& omniũ fidelium chriſtianorum viuorũ & mortuorum peccata dimitte . eiſq; præmia ęterna concede . Qui. Poſt cõ.

SVmpta quæſumus dñe cæleſtia ſacramenta omnia crimina nr̃a detergãt: omnẽq; prauitatem & infirmitatem & hoſticam rabiem ac ſubitaneã mortẽ. meritis beatiſsimæ dei genitricis Mariæ & omniũ ſanctorum tuorum à nobis repellant:& omnibus fidelibus viuis & defunctis proſint ad veniã. pro quorum tibi ſunt oblata ſalute.Per eundem.

¶ Orõ pro viuis & defunctis.

SAnctę dei genitricis Marię ſemperque virginis glorioſæ: & beatarum cæleſtium virtutum ſanctorũq; patriarcharum prophetarum apoſtolorũ martyrum confeſſorum virginum atque omnium ſimul ſanctorum . quæſumus omnipotens deus meritis ac precibus placatus tribue nobis miſericordiam tuã : & da populo tuo inuiolabilem fidei firmitatem & pacem.repelle à nobis hoſtem famem peſtem & omnem immũdiciam: da nobis in tua virtute conſtantiam & fortitudinem. immitte hoſtibus noſtris formi-

formidinē & inualitudinem:retribue nobis bona facientibus vitæ æternę beatudinem.da inimicis noſtris & perſequētibus nos recognitionem & indulgentiam: cōcede defunctis noſtris & omnib⁹ in Chriſto quieſcentibus remiſsionem peccatorum.&requiem ſempiternā. Per eundem. Sacra.

IN conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ quæſumus omnipotens deus:intercedente beata dei genitrice Maria & omnibus ſanctis tuis oblationes noſtræ & preces acceptabiles aſcēdant.& tua propiciatione veniam nobis tribue & pacem: hoſtem famem & peſtem & omnem immundiciam à nobis reppelle.fidem ſpem & charitatem nobis largire: defenſione tua nos ſemper circuntege. hoſtium noſtrorum ſuperbiā & virtutem contere: omnibus nobis bona facientibus gratiæ tuæ abundantiam tribue. diſcordantes ad pacis bonum cōuerte: defunctis noſtris requiē æternam concede.& omnibus fidelibus tuis vitam ſempiternam largire. Per eundem dominum noſtrum. Poſt cōmu.

PEr huius ſacramenti virtutem atq; myſterium quęſumus domine deus noſter omnipotens:beata Maria ſemper virgine intercedente & omnibus ſanctis tuis vitiorum noſtrorū maculę deleantur:& preces noſtræ acceptabiles inueniantur: populus tuus à peccatis & hoſtibus liberetur & fidei rectitudine roboretur. hoſtiū noſtrorum ſuperbia & fortitudo conteratur: peſtilentiæ & fames & omnes immūditiæ à nobis procul repellantur.bona nobis facientes gratia tua abundāti repleantur:diſcordantes in fraterna pace reuocētur.defuncti noſtri requiem conſequantur: & omnes fideles tui perpetuā adipiſci mereantur vitam. Per.

¶ Oratio generalis ſancti Auguſtini pro viuis & defunctis.

OMnipotens ſempiterne de⁹ qui viuorū dominaris ſimul & mortuorū: omniūque miſereris quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis. te ſuppliciter exoramus: vt pro quibus

quibus effundere preces decreuimus. quoſque vel præſens adhuc ſeculum in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit. pietatis tuæ clementia delictorum ſuorum omniũ veniam: & gaudia cõſequi mereantur æterna. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Sacra.

DEus cui ſoli cognitus eſt electorum numerus in ſuperna fœlicitate locãdus: tribue quæſumus. vt vniuerſorũ quos in oratione commendatos ſuſcepimus: & omnium fidelium nomina beatæ prædeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Poſt commu.

PVrificent nos quæſumus domine ſacramenta quæ ſumpſimus: & præſta. vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam: ſed interceſsio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum ſit fortitudo fragilium. ſit contra mundi pericula firmamentum: ſit viuorum atque mortuorum fideliũ remiſſio omniũ peccatorum. Per dominum noſtrum.

Incipit officiũ defunctorum. Officiũ.

REquiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ieruſalẽ: exaudi orationẽ meã: ad te omnis caro veniet. p̃. Requiem. ℞. Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. Animæ eorum in bonis demorẽtur: & ſemen eorum hæreditet terram.

Tractus. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuæ intendẽtes in orationem ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit? ℣. Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine. Tractus. Sicut ceruꝰ deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deũ viuum: quando veniam: & apparebo ante faciem dei mei? ℣. Fuerũt mihi

mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi per ſingulos dies: vbi eſt deus tuus. Offerto. Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ: libera animas fidelium defunctorum de manu inferni & de profundo laci: libera eas de ore leonis: ne abſorbeat eas tartarus: ne cadant in obſcuris: ſed ſignifer ſanctus Michael repreſentet eas in lucem ſanctam. ℟. Quã olim Abrahæ promiſiſti & ſemini eius. ℣. Hoſtias & preces tibi domine offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis: quarum hodie memoriam agimus: fac eas domine de morte tranſire ad vitam. ℣. Redẽptor animarum omnium chriſtianorum: mitte archangelum ſanctũ Michaelẽ: vt ille clementer eas eripiat de regionibus tenebrarum: & perducat in ſinum Abrahę: & in lucem ſempiternam. ℟. Quam olim Abrahæ promiſiſti & ſemini eius. Communio. Lux æterna luceat eis domine cum ſanctis tuis in æternum: quia pius es.

¶ Pro epiſcopis defunctis. Oro.

DEus q inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali dignitate vigere feciſti: præſta quæſumus: vt eorũ quoq; perpetuo aggregentur conſortio. Per dñm. Sacra.

SVſcipe domine quęſumus pro animabus famulorum tuorum ſacerdotum quas tibi offerimus hoſtias: vt quibus ſacerdotale dediſti miniſterium. dones & pręmiũ. Per. Poſt cõ.

DA veniam domine quæſum⁹ per hæc ſancta myſteria animabus famulorũ tuorum ſacerdotũ: vt occurſu non terreãtur malo: ſed tuo ſemper protegantur auxilio. Per dñm.

¶ Pro epiſcopo, vel ſacerdote defuncto. Oratio.

DA nobis domine: vt animã famuli tui pontificis, vel ſacerdotis: quã de huius ſeculi eduxiſti laborioſo certamine: ſanctorum tuorũ tribuas eſſe conſortem. Per dñm. Sacra.

ANnue nobis domine: vt animæ famuli tui pontificis, vel ſacerdotis hæc proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dñm. Poſt commu.

HIs ſacrificijs quæſumus dñe de⁹: purgata anima famuli tui põtificis vel ſacerdotis:

tis: ad indulgentiam & refrigerium ſempiternum peruenire mereatur. Per dñm.

¶ In die depoſitionis defuncti. Oratio.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemp & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famuli tui. N. quam de hoc ſeculo hodie migrare iuſsiſti: vt non tradas eam in manibus inimici: neq; obliuiſcaris in finẽ: ſed iubeas eam à ſanctis angelis ſuſcipi: & ad patriam paradiſi perduci: vt quia in te ſperauit & credidit: non pœnas ęternas ſuſtineat. ſed gaudia ſempiterna poſsideat. Per. Sacra.

PRopitiare quæſumus domine animę famuli tui. N pro quo tibi hoſtiam laudis immolamus: maieſtatem tuã ſuppliciter deprecantes: vt per hęc piæ placationis officia: perueni re mereatur ad requiem ſempiternam. Per. Poſt communio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt anima famuli tui. N. quæ hodie de hoc ſeculo migrauit. his ſacrificijs purgata & à peccatis expedita: indulgẽtiam pariter & vitam capiat ſempiternam. Per dñm.

¶ Pro anniuerſarijs pluriũ defunctorum Oratio.

PRæſta domine quęſumus: vt animæ famulorum tuorum quorum anniuerſariũ depoſitionis diẽ celebramus. his purgatæ ſacrificijs: indulgentiã pariter & requiem capiant ſempiternã. Per dominum. Sacra.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris: pro animabus famulorum tuorũ quorum hodie annua dies agitur. pro quibus tibi offerimus ſacrificium laudis: vt eas ſanctorũ tuorum cõſortio ſociare digneris. Per dominum. Poſt cõio.

SVſcipe domine preces noſtras pro animabus famulorum tuorum: vt quæ eis maculę de terrenis contagijs adhęſerunt. remiſsionis tuæ munere deleantur. Per dominum.

¶ Pro anniuerſario vnius defuncti. Oratio.

QVæſumus domine: animæ famuli tui cuius depoſitionis anniuerſariũ diem cõmemoramus. ſanctorum atq; electorum tuorũ largiri

giri digneris conſortium: & rorem miſericordiæ tuæ perennẽ infundas. Per dominũ. Sacra.

MVnera quęſumus domine quæ tibi pro anima famuli tui offerimus placatus intẽde: vt remedijs purgata cælestibus: in tua pietate requieſcat. Per dominũ. Poſt cõmu.

SVſcipe domine preces noſtras pro anima famuli tui: vt ſi quæ ei maculæ de terrenis contagijs adhęſerunt: remiſsionis tuæ miſericordia deleãtur. Per dominum noſtrum.

¶Pro patre & matre. Oratio.

DEus qui nos patrẽ & matrem honorare præcepiſti: miſerere clementer animabus parentum noſtrorum. eorumq; peccata dimitte. noſque cum eis æternæ claritatis gaudia fac videre. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ. Sacra.

SVſcipe ſacrificium domine quod tibi pro animab⁹ parentum noſtrorum offertur: eiſq; gaudia ſempiterna & locũ pacis tribue: noſq; cũ eis in felicitate ſanctorũ coniunge. Per dominum. Poſt communio.

CÆleſtis participatio ſacramenti quæſumus domine: animabus parentum noſtrorum requiem & lucem obtineat perpetuam. noſq; cũ eis gratia tua coronet æterna. Per.

¶Pro fratribus. Oratio.

DEus veniæ largitor & humanę ſalutis amator: quęſumus clemẽtiam tuam. vt noſtræ congregationis fratres qui ex hoc ſeculo tranſierunt: beata Maria ſemper virgine intercedẽte cũ omnibus ſanctis tuis. ad perpetuæ beatitudinis cõſortium peruenire concedas. Per dominum noſtrum. Sacra.

DEus cuius miſericordiæ nõ eſt numerus: ſuſcipe propitius preces humilitatis noſtræ: & animabus famulorum tuorum fratrum noſtrorũ quibus tui nominis dediſti confeſſionem: per hæc ſacramenta ſalutis noſtræ remiſsionem cunctorum tribue peccatorũ. Per dominum. Poſt cõmunionẽ.

PRæſta quæſumus miſericors deus: vt animæ famulorum tuorũ fratrum noſtrorũ pro quibus hoc ſacrificium lau

dis tuę obtulimus maieſtati. per huius virtutē ſacramenti à peccatis omnib⁹ expiatæ: lucis perpetuę te miſerāte recipiant beatitudinem. Per dominum.

¶ Pro regibus vel benefactoribus. Oratio.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: propiciare animabus famulorū tuorum regum, & benefactorum noſtrorum: & omnia eorum peccata dimitte: vt mortis vinculis abſoluti. trāſire mereātur ad vitam. Per dn̄m. Sacra.

HOſtias tibi domine pro animabus famulorū tuorum regum vel benefactorum noſtrorum humili ſupplicatione deferimus: vt per hæc ſalutis noſtræ ſacrificia. perpetuæ beatitudinis miſericordiam conſequantur. Per. Poſt communio.

AScendant ad te domine preces noſtræ: & animæ famulorum tuorum regū, vel benefactorum noſtrorum gaudia ęterna ſuſcipiant. & quos feciſti adoptionis participes: iubeas hæreditatis tuæ eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

¶ Pro eo qui deſiderauit pœnitentiam. Oratio.

OMnipotēs & miſericors deus: in cui⁹ humana cōditio poteſtate cōſiſtit. animā famuli tui quæſumus ab omnibus abſolue peccatis: vt pœnitētiæ fructū quem voluntas eius optauit. præuentus mortalitate non perdat. Per dn̄m. Sacra.

SAtisfaciat tibi domine quęſumus pro anima famuli tui ſacrificij præſentis oblatio: vt peccatorū veniam quā quæſiuit inueniat. & quod officio linguæ implere non potuit: deſideratę pœnitētiæ cōpenſatione percipiat. Per. Poſt cōmu.

DEus à quo ſperatur & datur omne quod bonum eſt: tribue per hæc ſancta quæ ſumpſimus. vt ſicut animæ famuli tui pœnitentiam velle donaſti: ſic indulgentiam tribuas miſeratus optatam. Per dn̄m.

¶ Pro his qui ſunt in cœmeterio vel vbiq;. Oratio.

DEus cui⁹ miſeratione animę fideliū requieſcūt: famulis & famulabus tuis omnibus hîc & vbiq; in Chr̄o quieſcenti-

ſcentibus da propitius veniam peccatorum.vt à cunctis reatibus abſoluti: tecum ſine fine lętentur.Per dominum. Sacra.

PRo animabus famulorum famularũq; tuarum hîc & vbiq; in Chriſto quieſcẽtium: hoſtiam ſuſcipe benignus oblatam.vt hoc ſacrificio ſingulari vinculis horrendę mortis exuti:vitam conſequantur æternã. Per eundem. Poſt communio.

DEus fideliũ lumen animarum: adeſto ſupplicationibus noſtris.& da famulis & famulabus tuis quorum corpora hîc & vbiq; requieſcunt refrigerij ſedem: quietis beatitudinem.luminis claritatem.Per.

¶ Pro pluribꝰ defunctis. Orõ.

PRopitiare domine animabus famulorũ famularũq; tuarum miſericordia ſempiterna: vt mortalitatis nexibus expeditas lux eas æterna poſsideat.Per dominum. Sacra.

HOſtias tibi dñe humili ſupplicatione deferimus: vt animæ famulorũ famularũque tuarũ per hæc placationis officia:miſericordiam tuam cõſequantur.Per. Poſt commu.

DEus vita viuẽtiũ ſpes morientium ſalus omnium in te ſperantium:præſta propitius.vt animæ famulorũ famularũq; tuarũ à noſtræ mortalitatis tenebris abſolutæ: beata Maria ſemper virgine intercedente. perpetua cũ ſanctis tuis luce lætentur. Per dominũ.

¶ Pro pluribus defunctis.Orõ.

ANimabus quæſumus domine famulorum famularũq; tuarum miſericordiam concede perpetuam: vt eis proficiat in æternũ. quod in te ſperauerũt & crediderũt.Per.Sacra

HIs quęſumus domine placatus intende laudem tui nominis ſupplicãtes offerimus:ad indulgentiam proficiãt defunctorũ. Per dominum. Poſt commu.

SVpplices tibi domine pro animabus famulorum famularumq; tuarũ preces effundimus deprecãtes:vt quicquid ex contagione traxerũt humana. & clementer indulgeas: & in tuorum lætantium ſede conſtituas redemptorũ. Per dñm.

¶ Pro quolibet defúncto. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus cui nunquam ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur: propitiare animę famuli tui. vt qui de hac vita in tui nominis confeſsione deceſsit: ſanctorũ tuorum numero facias aggregari. Per dominum. Sacra.

PRopitiare domine animę famuli tui: pro qua tibi hoſtias placationis offerimus: & quia in hac luce in fide manſit catholica: in futura vita ei retributio condonetur æterna. Per dominum noſtrum. Poſt cõio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt animã famuli tui ab angelis lucis ſuſceptã: in præparata habitacula deduci facias beatorum. Per dñm.

¶ Pro vno viro defuncto. Oro.

INclina domine aurem tuã ad preces noſtras: quib' miſericordiam tuam ſupplices deprecamur. vt animã famuli tui quam de hoc ſeculo migrare iuſsiſti: in pacis ac lucis regione conſtituas. & ſanctorum tuorum iubeas eſſe cõſortem. Per dominum noſtrum. Sacra.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris pro anima famuli tui: pro qua tibi offerimus ſacrificiũ laudis. vt eam ſanctorum tuorum conſortio ſociare digneris. Per. Poſt cõio.

ABſolue dñe animã famuli tui ab omni vinculo delictorũ: vt in reſurrectionis gloria: inter ſanctos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per dominũ.

¶ Pro fœminis. Oratio.

QVæſumus dñe pro tua pietate miſerere animabus famularum tuarum: & à contagijs mortalitatis exutas. in æternæ ſaluationis partẽ reſtitue. Per dominum. Sacra.

HIs ſacrificijs quæſumus domine animæ famularum tuarum à peccatis omnib' exuantur: ſine quibus à culpa nemo liber exiſtit. vt per hæc pię placationis munera: perpetuam miſericordiam conſequãtur. Per dominum. Poſt cõio.

INueniant quæſumus domine animæ famularum tuarum lucis æternæ conſortium: cuius perpetuæ gratiæ conſecutæ ſunt ſacramẽtum. Per dñm.

¶ Pro

¶ Pro fœmina. Oratio.

O Mnipotẽs & miſericors deus immenſam pietatis tuæ deprecamur clementiã. vt animã famulę tuæ beata Maria ſemper virgine intercedente cum omnib⁹ ſanctis: ad ęternam concedas peruenire lætitiam. Per dominum. Sacra.

H Vius noſtræ oblationis munus: beata Maria ſemper virgine intercedente cum omnib⁹ ſanctis tuis. tibi fiat domine pro famula tua acceptũ. Per dominum. Poſt commu.

A Nnue nobis dñe beata Maria ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis: vt per hoc quod ſumpſimus noſtræ redemptionis ſacramentũ. anima famulæ tuæ ad æternæ beatitudinis mereatur peruenire conſortium. Per.

¶ Pro omnibus fidelib⁹ defunctis. Oratio.

F Idelium deus omnium cõditor & redẽptor: animabus famulorum famularumq; tuarum remiſsionem cunctorum tribue peccatorum. vt indulgentiam quã ſemper optauerũt: pijs ſupplicationibus cõſequantur. Qui vi. Sacra.

H Oſtias quęſumus domine quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarum offerimus propitiatus intende: vt quibus fidei chriſtianæ meritum contuliſti. dones & pręmium. Per dñm. Poſt cõ.

A Nimabus quæſumus domine famulorum famularumq; tuarum oratio proficiat ſupplicãtiũ: vt eas & à peccatis omnib⁹ exuas. & tuę redẽptionis facias eſſe participes. Qui viuis. ¶ Lectio libri Apocalypſis: beati Ioãnis apl̄i. c. xiiij

I N diebus illis: Audiui vocẽ de cęlo dicentem mihi. Scribe: beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit ſpiritus: vt requieſcant à laboribus ſuis. Opera enim illorum: ſequuntur illos. ¶ Lectio libri Machabęorum. ij. cap. xij.

I N diebus illis. Vir fortiſsimus Iudas collatione facta: duodecim millia drachmas argẽti miſit Hieroſolymã: offerri eas ibi pro peccatis mortuorũ: iuſtè & religioſè de reſurre-

ctione cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret: ſuperfluum videretur & vanũ: orare pro mortuis. Sed quia conſiderabat: quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberẽt re poſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt à peccatis ſoluantur.

¶ Ad Theſſalonicenſ. j. ca. iiij.

FRatres: Nolum⁹ vos ignorare de dormientibus: vt non contriſtemini: ſicut & cæteri qui ſpẽ nõ habent. Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Ieſum: adducet cũ eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui reſidui ſumus: in aduẽtu dñi non præueniemus eos q dormierũt. Quoniam ipſe dñs in iuſſu & in voce archãgeli: & in turba dei deſcendet de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus: qui relinquimur: ſimul rapiemur cũ illis in nubibus: obuiã Chr̃o in aera: & ſic ſemper cũ domino erimus. Itaq; conſolamini inuicem in verbis iſtis.

Ad Corinthios. j. ca. xv.

FRatres: Ecce myſteriũ vobis dico. Omnes quidẽ reſurgemus: ſed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi: in nouiſsima tuba. Canet enim tuba: & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ: & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cũ autẽ mortale hoc induerit immortalitatẽ: tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis: peccatũ eſt. Virtus autẽ peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam: per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum.

¶ Euange. ſecundũ Ioan. c. vj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus: turbis Iudæorum. Ego ſum panis viuus: qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex ex hoc pane: viuet in æter-

in æternum. Et panis quē ego dabo: caro mea eſt pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi: ad inuicem dicentes. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Ieſus. Amen amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis: & biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinē: habet vitam æternā. Et ego reſuſcitabo eū: in nouiſsimo die. ¶ Euangeliū ſecundùm Ioannem. Cap.xj.

IN illo tempore: Dixit Martha ad dominū Ieſum. Domine ſi fuiſſes hîc: frater meus nō fuiſſet mortuus. Sed & nūc ſcio: quia quęcunq; popoſceris à deo: dabit tibi deus. Dicit ei Ieſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio: quia reſurget in reſurrectione: in nouiſsimo die. Dicit ei Ieſus. Ego ſum reſurrectio: & vita. Qui credit in me: etiam ſi mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit & credit in me: non morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; dn̄e. Ego credidi: q̄a tu es Chriſtus filius dei viui: qui in hunc mundū veniſti. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capit.v.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus turbis iudæorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora & nunc eſt: quādo mortui audiēt vocem filij dei: & qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit & filio: vitā habere in ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hora: in qua omnes qui in monumētis ſunt: audiēt vocem filij dei. Et procedent qui bona fecerunt: in reſurrectionē vitę. Qui verò mala egerunt: in reſurrectionem iudicij. ¶ Euāgelium ſecundùm Ioannem. Cap.vj.

IN illo tempore: Dixit dominus Ieſus turbis Iudæorum. Omne quod dat mihi pater ad me veniet: & eum qui venit ad me: non eijciam foras. Quia deſcendi de cælo: non vt faciam voluntatem meam: ſed voluntatem eius qui miſit me. Hæc

eſt autem voluntas eius qui miſit me patris: vt omne quod dedit mihi: nō perdam ex eo: ſed reſuſcitem illud in nouiſsimo die. Hæc eſt enim voluntas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt filium & credit in eū: habeat vitam æternam. Et ego reſuſcitabo eum: in nouiſsimo die. ¶ Euangelium ſecundùm Ioannem. Capite. v.

IN illo tēpore: Dixit dn̄s Ieſus turbis iudæorum. Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat: ſic & filius quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat quenquam: ſed omne iudiciū dedit filio. Vt omnes honorificent filium: ſicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium: nō honorificat patrem: qui miſit illum. Amē amē dico vobis: quia qui verbū meū audit: & credit ei qui miſit me: habet vitam æternam. Et in iudicium non venit: ſed tranſiet à morte in vitam.

Ordo ad induēdum nouitium, licèt in noſtra congregatione non ſeruetur.

COmpleta poſtcō munione, nouitius genibus flexis in medio ante altare: & Abbas genuflectens ſe verſus altare: incipiat in cantu hymnum. Veni creator ſpiritus. Choro proſequente vſq; ad finē. Interim Abbas induat eū habitu nouitiali, ſcilicet ſcapulare ſtrictū & chlamydē dicendo hunc verſum. Induat te dominus nouum hominem qui ſecundùm deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. ℟. Amē. Quibus expletis Abbas incipit mediocri voce cantando. ℣. Saluum fac ſeruum tuū. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Oſtende ei domine miſericordiam tuā. ℟. Et ſalutare tuum da ei. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Mitte ei domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus

DEus qui nos à ſeculi vanitate cõuerſos ad brauiũ ſupernæ vocationis accendis:& qui renuntiantibus ſeculo,manſiones paras in cælo: famuli tui fratris noſtri. N. cor cęleſtibus bonis accende: vt fraterna nobiſcum teneatur compagine charitatis: vnanimis regularia inſtituta cuſtodiat: ſobrius, ſimplex & quietus: gratis ſibi datam ſuæ conuerſionis gratiam cognoſcat: eiuſq; vita ſentiatur in opere. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum,qui tecum. &c. ℟. Amen. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte dux & fortitudo noſtra, tibi humiliter ſupplicamus: vt famulum tuum quem ſanctę cõpunctionis ardore ab hominũ cęterorum propoſito ſeparaſti: atq; à conuerſatione carnali: & ab immunditia terrenorum actuũ infuſa ei cœlitus ſanctitate diſcernas: & gratiam qua in te perſeueret infunde: vt protectionis tuæ munitus præſidijs: quod te donãte deſiderat: te roborante opere cõpleat: vt conuerſionis eius executor effectus:ad ea quæ perſeuerantibus in te promittere dignatus es,pertingere mereatur. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate ſpũs ſancti de' per oĩa ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ. Orõ.

DEus qui beatiſsimum Benedictum abſtractum à mundi turbinibus:tibi ſoli militare iuſsiſti: tribus quæſumus huic famulo tuo ſub eius magiſterio ad tuum ſeruitiũ feſtinãti,perſeuerandi inſtantiam: & perfectionis vſque in finem victoriam. Per Chriſtũ dñm noſtrum. ℟. Amen. Oratio.

PRęſta domine famulo tuo renuntiãti ſecularibus põpis: gratiæ tuæ ianuas aperiri: qui deſpecto diabolo, cõfugit ſub titulum Chriſti: iube eum venientem ad te, ſereno vultu ſuſcipi: ne de eo valeat inimicus triumphare: tribue ei brachiũ infatigabile auxilij tui: & mẽtẽ eius fidei lorica circũda: vt pericula cuncta & diaboli tẽtamenta ſe gaudeat euaſiſſe. Per

Per eũdem dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecũ viuit & regnat in vnitate ſpũs ſancti deꝰ per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amẽ. Vltimò benedicat eum Abbas: nouitio autem tribuatur locus in choro.

Sequitur ordo ad benedicẽdum monachum quando facit profeſsionẽ.

¶ Hac die abbas maiorem miſſam celebrare debet: & poſt euangelium & offertoriũ profeſſurus ad gradum coram altari venit: & profeſsionem legit altè in modum lectionis: aut ſi monachus laicus ſit & legere neſciat, alius pro eo.

¶ Forma profeſsionis eſt hæc.

EGo frater, N. de tali loco: promitto ſtabilitatem meã perpetuę incluſionis: & cõuerſionẽ morũ meorũ: & obediẽtiã corã deo & ſanctis eius ſecũdùm regulam ſancti Benedicti. in hoc monaſterio ſancti N. ordinis eiuſdem ſancti: in præſentia reuerendi patris fratris. N. abbatis. Quam lectam ſuper altare manu ſua ponere pergens: incipiat ipſe nouicius mox verſum ſequentem.

SVſcipe me dñe ſecundùm eloquium tuũ & viuam: & nõ cõfundas me ab expectatione mea. Et dicitur ter ab ipſo nouitio: & totidem repetatur à cõuẽtu adiungẽtes. Gloria pñi. Tũc poſita ſuper arã altaris profeſsione, regreditur nouicius, & ſe ante gradus altaris proſternit. Inde cãtores incipiunt litaniã prout in proceſsionario cõtinetur: cæteris, genibus flexis. Dicta verò litania & Pater nr̃. proſequitur abbas: & dicit. ℣. Saluum fac ſeruum tuũ. ℞. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de ſancto. ℞. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℞. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℞. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Deus

DEus indulgentiæ pater: qui ſeueritatem tuæ diſtrictionis temperans indulſiſti:ne filius portet iniquitatem patris: & qui mira diſpenſatione etiam malis bene vtens: tuę dignationis gratiã per eos frequẽter operaris. quæſumus clementiam tuam: vt huic famulo tuo non obſiſtat. quòd habitum religionis per nos tanta ac tali re indignos accipit: ſed miniſteriũ quod exteriùs per nos exhibetur: tu interiùs per donum ſancti ſpiritus exequaris. Per.eiuſdem. Oratio.

DEus qui per coæternum filium tuum cũcta creaſti. quiq; mundum peccatis inueteratum per myſteriũ incarnationis eius renouare dignatus es: te ſupplices exoramus. vt eiuſdem domini noſtri gratia ſuper hunc famulum tuum abrenuntiationem ſeculi profitentem clementer reſpicere digneris:per quã in ſpiritu ſuæ mentis renouatus: veterem hominẽ cum actibus ſuis exuat. & nouum qui ſecũdùm deum creatus eſt induere mereatur. Per eundem. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui es via ſine qua nemo venit ad patrem. quęſumus benignisſimam clementiam tuam: vt hunc famulum tuum à carnalibus deſiderijs abſtractum. per iter diſciplinæ regularis deducas. & qui peccatores vocare dignatus es dicens: venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego vos reficiã. pręſta vt hæc vox inuitationis tuę ita in eo conualeſcat: quatinus onera deponens & quàm dulcis es guſtans: tua refectione ſuſtentari mereatur: & ſicut atteſtari de tuis ouib' dignatus es. agnoſce eum inter oues tuas: & ipſe te agnoſcat. vt alienum non ſequatur ſed te: nec audiat vocem alienórum ſed tuã: qui dicis qui mihi miniſtrat me ſequatur. Qui. Oratio.

SAncte ſpiritus qui te deũ atq; dominum reuelare dignatus es mortalibus. immenſam tuæ pietatis gratiam poſtulamus: vt ſicut vbi vis ſpiras: ſic & huic famulo tuo affectũ deuotionis indulgeas. & quoniã

tua

tua ſapientia conditus eſt: tua quoq; prouidẽtia gubernetur. quem iuxta tibi conſuetã gratiam vnctio tua de omnibus doceat: & per interceſsionem beatiſsimi Benedicti quẽ principium huius ſanctæ inſtitutionis & legiſlatorem dediſti: nec non & aliorum ſanctorum ad quorum nomina petitionem facit: eum à vanitate ſeculi veraciter conuerte: & ſicut es omnium peccatorum remiſsio: deprimentes impietatis obligationes in eo diſſolue. & ad obſeruantias huius ſancti propoſiti fac eum certatim ferueire. vt in tribulationib⁹ & anguſtijs tua indeficienti conſolatione valeat reſpirare: & iuſtè & piè per veram humilitatem atq; obedientiam in fraterna charitate fundatus. quod te donante promittit: fœlici perſeuerantia compleat. pręſtante domino noſtro Ieſu Chriſto: Qui tecum & cum deo patre viuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum.

¶Benedictio cucullæ vel ſcapularis. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte. qui tegmen noſtræ mortalitatis induere dignatus es: obſecramus immenſam tuæ pietatis abũdantiam. vt hoc genus veſtimenti quod ſancti patres ad innocentiæ vel humilitatis indicium abrenuntiantes ſeculo ferre ſanxerunt: ita bene ✠ dicere digneris: vt hic famulus tuus q hoc vſus fuerit: te induere mereatur. Qui. Hoc expleto ſurgit nouicius: & accedit ad altare. Inde abbas exuit eum: ita dicendo. Exuat te dominus veterem hominem cum actibus ſuis. Tũc induit eum habitum benedictum ſubſequendo. Induat te dominus nouum hominem qui ſecundùm deum creatus eſt: in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Amen. Tunc Abbas & miniſtri altaris: dant ei oſculum pacis.

¶In-

Incipit ordo ad recipiēdum Nouitias, ſecundùm morem ordinis ſancti Benedicti congregationis Valliſoleti.

PRimò virgo volēs ingredi monaſteriũ, veniat ad eccleſiam cũ veſtimentis nuptialibus, capillis ab humeris dependentibus, & habeat in capite ſerta virētia ſine aliquo vano ornamento, & ante ingreſſum clauſtri inquirat ab ea Abbas, an ſua ſponte veniat, an fuerit ſeducta, vel inducta, vel coacta, & an ſciat, quid agat. Et ſciat Abbas, an habeat cõditiones requiſitas, & an teneatur aliquo impedimento. Et alia quæ ei videbuntur requirēda, ad explorandam & intelligendã virginis liberam voluntatẽ & ſanctum & pium propoſitum. Deinde ducatur ad clauſtrũ, & ante altare Abbas benedicat veſtes & velamina ſuper ſcabellũ altaris poſita cantando ſiue legendo. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

¶ Oratio ad benedicendum veſtes.

DEus qui ſola tua ineffabili pietate qua non minus ſuauiter quàm ſapiēter vniuerſa diſponis: lanam veſtium ad vſum hominum de velleribus ouium produxiſti, vt trino beneficio ſimul ornarent fouerent & ab intemperie aeris corpora tuerentur: immenſæ clementiæ tuæ largitatem ſuppliciter exoramus: vt hęc indumēta quæ præſens famula tua pro forma habitus ordinis ſanctiſſimi patris nr̃i Benedicti ad tibi in ipſo ordine laudabiliter ſeruiendũ intēdit aſſumere: ita bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris: quòd ſint ei ad operimentũ peccatorũ ſuorũ fortiſque armatura ac tuta defenſio

tra aereas poteſtates, & ignea hoſtis nequiſsimi tela: & adiutorij triumphalis obtentum, in quibus perſeuerando vſq; in finem: tandem immarceſsibilis gloriæ brauium dono tuæ gratiæ valeat adipiſci: necnon ad cæleſte conuiuium ſuauiſsimi ſpõſi ſui filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti perenniter regnatura, cũ nuptiali veſte delectabiliter introduci. Qui tecum.

¶ Oratio ad benedicendum velamina.

DOmine Ieſu Chriſte fili dei viui, cuius apoſtolus muliebrem ſexum in ſignum ſubiectionis humilitatis & honeſtatis velamen ſuper caput ſuum propter angelos dei habere præcepit: cuiuſq; oculos tempore acerbiſsimę paſsionis tuæ peccatores impij velauerunt: Quæſumus propter gloriam honorandi nominis tui. tam copioſam bene ✠ dictionis ſuper his velaminibus infunde virtutem: ꝙ famula tua illa gerens, tibi ſubiecta in omnibus: & cuicunq; tenetur ex ordine quẽ aſſumit efficiatur: ne proprias virtutes & bona cõcernens in gloriam erecta depereant, ſed in vera humilitate ei obumbrent, ac acerbiſsimæ mortis tuę dulcis ſponſi ſui memoriã ſemper mentis eius oculis repreſentent: vt cum hac galea ſalutis tanquam ſocia paſſionis tuæ conſolationẽ tecum æternã & cũ omni curia cęleſti ſemper valeat experiri. Qui vi.

Finita benedictione aſpergat aqua benedicta ipſa velamina & veſtes: & incenſentur: deinde Abbas tribuat virgini ingredienti monaſterium cereũ accenſum dicendo, Hic imponitur nomẽ. N. Accipe ſoror chariſsima lumen corporale in ſignum luminis interioris ad repellẽdas omnes tenebras ignorantiæ vel erroris: vt lumine diuinæ ſapientiæ illuſtrata cum feruore ſancti ſpũs Ieſu Chriſti eccleſiæ ſponſi æternum conſortium merearis. Qui viuit & regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus per omnia ſecula ſeculorũ. Amen. Dic nomen dicendo. N. Accipe. C. ſoror mea vexillum ſanctę cru

cis

cis ſignaculum victoriæ tuę, vt hoc ſingulare ſignum quod in exemplũ primi illius ſacratiſsimi vexilli pretioſo dñi nr̃i Ieſu Chriſti ſanguine triũphalis erectũ eſt: ſit tibi remediũ ſingulare: ſoliditas fidei: profectus bonorũ operũ: redẽptio animæ: perfectio ac tutela cõtra ſęua iacula inimicorũ & tutamẽ animæ tuę. Qui cũ patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ

Deinde cãtet Abbas ſiue legat.

℣. Sit nomẽ dñi benedictũ. ℟. Ex hoc nũc & vſq; in ſeculũ. ℣. Adiutoriũ nr̃m in noĩe dñi. ℟. Qui. &c. ℣. Cõgrega nos dñe de nationib⁹. ℟. Et cõfiteamur nomini ſancto tuo: & gloriemur in laude tua. ℣. Dñs cuſtodiat introitũ tuũ & exitũ tuũ. ℟. Ex hoc nunc & vſq; in ſeculũ. ℣. Saluã fac ancillam tuã. ℟. Deus meus ſperantẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſancto. ℟. Et de Siõ tuere eã. ℣. Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et fili⁹ iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiſcum. ℟. Et. Oratio dicenda ſuper ingreſſurã monaſteriũ. Oremus.

Domine Ieſu Chr̃e rex regũ & dñs dñantiũ, qui à patre egrediẽs & hũc mundũ ingrediẽs carnẽ mũdiſsimã de immaculata virgine ſuſcepiſti: vt nos liberares de manib⁹ inimici, & ad paradiſi patriã reuocares: reſpice ſuper hãc famulã tuã quæ mundũ cũ pompis relinquere diſpoſuit, vt in ſacro monaſterio tibi dño deo ſuo vero & ſanctarũ animarũ ſponſo facias perpetuò deſeruire, ac infunde cordi ſuo benigniſsimã ſpiritus ſancti gratiã: quę eã illuminet: ad te deũ creatorẽ ſuũ cognoſcendũ, ac perfectè diligendũ: vt cũ dies finiſq; vitæ ei⁹ aduenerit emẽdata ab omnib⁹ peccatis ſuis: ad regna valeat cęleſtia peruenire. Qui viuis. &c. ℟. Amẽ. Deinde aſpergat eam Abbas aqua benedicta in modũ crucis dicẽdo. N. Benedicat te dñs ex Siõ: & videas bona Ieruſalẽ omnibus diebus vitæ tuæ. Deinde incẽſet eã dicẽdo. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo. Deinde virgo à matre

Abbatiſſa tōdeatur: ſed ante incisioné capillorū dicat Abbas hanc orationem. Oratio.

OREmus dilectiſsimi fratres & ſororesdñm nrm Ieſum Chrm: pro hac famula ſua quę ad deponédā comā capitis ſui pro ei⁹ amore feſtinat: vt donet ei ſpiritū ſanctū: q habitū religionis in eā perpetuò ſeruet, & à mūdi impedimētis ac ſecularibus deſiderijs cor ei⁹ defendat: vt ſicut in capite mutatur & vultu: ita manus dexteræ eius virtutis illi tribuat incremēta, &ab omni cęcitate ſpūali oculos eius aperiat: eique ęternæ gloriæ lumē infundat. Qui viuit. &c. Hîc amotis ornamētis capitis tōdeatur à matre Abba. dicēdo hūc. ℣. Hæc accipiet benedictionē à dño, & miſericordiā à deo ſalutari ſuo: quia hæc eſt generatio quærentiū dñm, quærentiū faciē dei Iacob. Quo finito Abbas exuit eā veſtimētis ſecularibus dicēs. ℣. Exuat te dñs veterē hominē cū actibus ſuis. ℟. Amē. Deinde induat eā habitū religionis dicēs. ℣. Induat te dñs nouum hominē qui ſecundū deū creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. ℟. Amē. Deinde pſalm. Dñe exaudi orationem meā auribus percipe obſecrationem meā. &c. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne. ℟. Sed libera nos. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuā. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei, ℣. Mitte ei domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eam. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

ADeſto dñe ſupplicationibus nřis, & hāc famulā tuā. N bene ✠ dicere digneris: cui in tuo noīe habitū religionis imponim⁹: vt te largiēte, & deuota in eccleſia tua perſiſtere, & vitā percipere mereatur æternā. Per. Et tūc incipit Abbas hym. Veni creator ſpūs. Cōuentu proſequēte. Et cū induta fuerit & velata exiſtente ea corā altari detur à matre Abba. ſibi accēſus cereus quē geſtauerat, & completo hymno dicat Abbas

Abbas. ℣. Emitte ſpiritũ tuum & creabuntur. ℞. Et renouabitur facies terræ. ℣. Saluã fac ſeruã ancillã tuam. ℞. Deus meus ſperantem in te. ℣. Dñe exau. ℞. Et. ℣. Dñs vobiſ. ℞. Et. Oremus. Oratio.

Deus cui omne cor patet, & oĩs volũtas loquitur, & quẽ nullũ latet ſecretũ, purifica per infuſionẽ ſancti ſpũs cogitationes cordis nr̃i: vt te perfectè diligere & dignè laudare mereamur. Per. Alia oratio.

Deus miſericors, deus clemẽs cui cũcta bona placent: ſine quo nihil ſanctũ inchoatur, nullũq; bonũ perficit: adſint nr̃is humilib⁹ precibus tuæ pietatis aures: & hãc famulã tuã N. cui in tuo ſancto noĩe ſacrę religionis habitũ impoſuimus, à mundi impedimẽto vel ſeculari deſiderio defende: & cõcede ei, vt in hoc ſancto propoſito deuota exiſtat: ac remiſſione peccatorum percepta, ad electorũ tuorum peruenire valeat cõſortiũ. Per. Alia oratio.

Qvæſumus omnipotens deus, pater miſericordiarũ, & deus totius cõſolationis, qui per oĩpotentiã, ſapiẽtiã, & clementiã tuã potes, ſcis & vis hominẽ ſaluare quẽ creaſti: nec lætaris in pecatorũ perditione moriẽtiũ: ſed magis ꝙ cõuertãtur & viuãt, ob amorẽ merita & intercesſionẽ gl'ioſiſſimę matris filij tui intemeratæ virginis Mariæ, ac ſancti patris nr̃i Benedicti: reſpice pietatis oculo quo beatũ Petrũ in atrio põtificis aſpexiſti, pręſentem famulã tuã: hodie penitus de mũdi põpis te eligẽte cõuerſam, & in ordine ſancti Benedicti perpetuo famulatu tibi deuotiſſimè mãcipatã: quo benigniſſimo reſpectu humilitas eã ſubijciat, pœnitẽtia reducat, iuſtitia cõducat, obediẽtia deducat, perſeuerãtia ꝑducat, deuotio introducat, puritas iũgat, & tibi charitas vniat, in quo ſimul oĩa bona ſine vllo malo poſſunt: quibus hęc tua dignatione cõceſſeris poſſidere. Per. ℞. Amẽ. Et interim quo iſtę orones prędictę legũtur Nouitia recipiat̃ ad amplex⁹ oĩm monialiũ incipiẽdo ab Abbatiſſa & ſic ſucceſſiuè: & deinde deducat̃ nouitia ad pa-

trẽ Abbatẽ & flexis genib⁹ ante eũ: ac poſtea Abbatiſſa cum omnibus ſororibus petat benedictionẽ dicẽdo. ℣. Benedic nos pater. Et tũc pater eã benedicat dicẽdo. Virtus perſeuerãtiæ & pax dei patris omnipotẽtis eiuſque filij dñi nr̃i Ieſu Chr̃i & ſpiritus ſancti deſcẽdat ſuper vos & maneat ſemper. ℟. Amen.

¶ Incipit ordo ad benedicendum moniales profeſſas.

EGo ſoror. N. promitto ſtabilitatem meam & conuerſionẽ morũ meorũ & obedientiã corã deo & ſanctis eius ſecundũ regulã ſancti Benedicti in hoc monaſterio ſancti. N. ordinis eiuſdẽ ſancti in præſentia Reuerẽdi patris fratris. N. Abbatis, necnon & dñę. N. Abbatiſſę. Et ſtatim Abbas dicat ſequentem orationẽ nouitia ſtãte genib⁹ flexis. Oremus fratres chariſsimi: vt quod ſoror iſta ore profeſſa eſt: opere feliciter cõpleat: auxiliante dño noſtro Ieſu Chr̃o. qui cũ patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ. Deinde Nouitia incipiat verſum ſequentẽ. Suſcipe me dñe ſecundũ eloquiũ tuũ & viuam: & nõ confundas me ab expectatione mea. Et dicatur ter ab ipſa nouitia. Et totidem repetatur à cõuentu adiungẽtes. Gloria patri. Et interim accedit nouitia ad altare & ſua manu ponit chartulã profeſsionis ſuper altare. Deinde reuertitur & proſternit ſe ante gradũ altaris. Inde cãtatrix incipit litaniã prout in proceſsionario cõtinetur in profeſsione monachorũ, & genuflectitur ab omnibus, & abſoluta litania & dicto Pater noſter Abbas proſequitur dicẽdo. ℣. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluã fac ancillã tuã. ℟. Deus meus. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſancto. ℟. Et de Sion. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie. ℣. Dñe deus virtutũ conuerte nos. ℟. Et oſtende. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

DEus indulgentiæ pater: qui ſeueritatem tuæ diſtrictionis tẽperans indulſiſti. ne filius portet iniquitatem patris: &

tris: & qui mira diſpenſatione etiā malis benè vtēs. tuæ dignationis gratiam per eos frequenter operaris: quęſumus clementiā tuam. vt huic famulę tuę nō obſiſtat: ꝙ habitū Religionis per nos tāta ac tali re indignos accipit: ſed miniſteriū quod exteriùs per nos exhibetur: tu intus per donū ſancti ſpiritus exequaris. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amē

Oremus. Oratio.

DEus qui per coæternū tibi filiū cūcta creaſti: qui que hunc mundū peccatis inueteratū, per myſteriū incarnationis eius renouare dignatus es: te ſuppliciter exoramus: vt eiuſdē dn̄i nr̄i gratia ſuper hāc famulā tuā abrenuntiationē ſeculi profitentē clementer reſpicere dignetur: per quā in ſpiritu ſuæ mentis renouata, veterē hominē cū ſuis actibus exuat, & nouū qui ſecundū deū creatus eſt induere mereatur. Per eundē. Oremus. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui es via ſine qua nemo venit ad patrē: benigniſsimā clementiā tuā poſtulamus: vt hāc famulā tuā à carnalibus deſiderijs abſtractā per iter diſciplinę regularis deducas, & qui peccatores vocare dignatus es dicēs: venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā vos: præſta, vt hæc vox inuitationis tuę ita in ea cōualeſcat: quatenus peccatorū onera deponēs & quā dulcis es guſtans, tua refectione ſuſtētari mereatur: & ſicut atteſtari de tuis ouibus dignatus es, agnoſce eā inter oues tuas & ipſa te agnoſcat: vt alienū non ſequatur ſed te, neq; vocem audiat alienorū ſed tuā: qua dicis qui mihi miniſtrat me ſequatur. Qui viuis & regnas cum deo patre. &c.

Oremus. Oratio.

SAncte ſpiritus qui te deū ac dn̄m reuelare mortalibus dignatus es: immēſam tuæ bonitatis gratiā poſtulamus, vt ſicut vbi vis ſpiras: ſic huic famulę tuę affectū deuotionis indulgeas, & quoniā tua ſapien-

 tia eſt

tia eſt condita: tua quoq; proui dentia gubernetur, quam iuxta conſuetam tibi gratiam vnctio tua de omnibus doceat: & per intercesſionem beatiſsimi patris nři Benedicti quē princi pium huius ſanctæ inſtitutionis & legiſlatorē dediſti: necnon & aliorum ſanctorum ad quorum nomina petitionē facit: eam à vanitate ſeculi veraciter cōuerte: & ſicut es omniū peccatorum remiſsio, deprimētes impietatis obligationes in ea diſſolue: & ad obſeruātiam ſancti huius propoſiti fac eam certatim feruere: vt in tribulationibus & anguſtijs tua indeficienti conſolatione: valeat reſpirare: & piè & iuſtè per veram humilitatem atque obedientiam in fraterna charitate fundata: quod te donante promiſit felici perſeuerantia compleat. Quod ipſe præſtare digneris qui cū deo patre & vnigenito filio eius domino noſtro Ieſu Chriſto viuis & gloriaris deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen. Benedictio Cucullæ, vel chlamydis. Dñs vobiſcum. Oremus. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui tegmen noſtræ mortalitatis induere dignatus es: obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam: vt hoc genus veſtimenti quod ſancti patres ad innocentiæ vel humilitatis indicium abrenuntiātes ſeculo ferre ſanxerunt tu ita bene ✠ dicere digneris. vt hæc famula tua quæ hoc vſa fuerit: te induere mereatur. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnita. Hoc expleto ſurgit Nouitia, & accedit ad altare. Inde Abbas exuit eam habitu ſeculari ita dicendo. Exuat te dominus veterem hominem cum actibus ſuis. Tunc induit eam habitū benedictum ſubſequendo Induat te dominus nouū hominem qui ſecundùm deum creatus eſt: in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Amen. Et benedicat eam publicè Abbas poſtquam ei cucullam dederit. Oremus. Oratio.

DEus æternorum bonorū fideliſsime repromiſſor: certiſsime perſolutor: qui veſtimen-

ſtimentum ſalutare & indumẽtum æternæ iucunditatis tuis fidelibus promiſiſti: clementiã tuam ſuppliciter exoramus: vt hoc indumentum humilitatẽ cordis & contemptum mundi ſignificans: quo tua famula ſancto viſibiliter eſt informata propoſito protinus bene ✠ dicas: vt beatæ caſtitatis habitum quem te inſpirante ſuſcepit: te protegente conſeruet: & quam veſtibus venerandæ promiſsionis induis temporaliter: beata facias immortalitate veſtiri. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti de⁹ per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

¶ Benedictio Velaminis.

CAput omnium fidelium de⁹ & totius corporis ſaluator: hoc operimentum velaminis quod famula tua propter tuum tuæque genitricis beatiſſimę ſcilicet ſemp virginis Mariæ amorẽ ſuo capiti debet imponere: tua dextera ſancti ✠ fica: & hoc quod per illud myſtecè datur intelligi, tua ſemper cuſtodia corpore pariter & animo incontaminato cuſtodiatur: vt quando ad perpetuam ſanctorum munerationem venerit, cum prudentibus & ipſa virginibus præparata: te perducẽte ad perpetuæ felicitatis nuptias introire mereatur. Qui viuis & regnas cum deo patre.

Quando datur ei velamen dicat Abbas. Accipe velum ſacratum puella quod perferas ſine macula ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti cui flectitur omne genu cæleſtium terreſtrium & infernorum in ſecula ſeculorum. Amen. Oratio.

FAmulam tuam quęſumus domine tuæ cuſtodia muniat pietatis: vt cõtinentiæ ſanctæ propoſitum quod te inſpirante ſuſcepit: te protegente illæſum cuſtodiat.

¶ Sequitur hæc oratio.

DA quęſumus omnipotẽs deus: vt hæc famula tua quæ pro ſpe retributionis æternæ tibi domino deſiderat obſequi: plena fide animoq; in ſancto propoſito permaneat, tu eam omnipotens pater ſancti-

✠ ficare & bene ✠ dicere & in perpetuum conſeruare digneris: tribue ei domine humilitatem, caſtitatē, obedientiā, charitatem, & omnium operū bonorum gratiam: da ei domine pro operibus gloriam. pro pudore verecundiam. pro pudicitia ſanctitatem: vt ad meritum poſsit gloriæ peruenire. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

¶ Poſt hæc Cantoriſſa incipiat Veni creator ſpiritus. &c. Et à conuētu alternatim totus hymnus cātetur, & nouitiam benedictam in ſuo ordine collocēt, quo dicto, Abbas proſequatur officium miſſæ.

FINIS.

Sequuntur præparationes quædã & orationes ante & poſt ſacramentum Euchariſtiæ.

AD menſam dulciſſimi conuiuij dñe Ieſu Chriſte rex angelorũ ego peccator & indignus miniſter acceſſurus: vereor & contremiſco: cor habens multis conſperſum maculis: corpus non cautè cuſtoditum: mentem & linguã non purè obſeruatã: cùm equidem peccatorũ meorum conſcientiæ librum reuoluo: veſtẽ innocentiæ meæ grauiter cõciſam inuenio. Vulnerum meorũ cicatrices quas ex conſenſu fragilitatis & inſipientiæ meæ aduerſarius inimicus in me infixit: magis corruptas quã ſanatas inſpicio. Vnde ego miſerrimus peccator inter anguſtias deprehenſus quid eligam ignoro. Scio & recordor verba veritatis tuæ: quibus exhortatus es dicẽs. Niſi mãducaueritis carnem meam: & ſanguinem meum biberitis: nõ habebitis vitam in vobis. Sed propter graues & multiplices exceſſus meos terrẽt me verba ſancti apoſtoli tui: quibus cõminatus eſt dicens. Qui manducat carnem & bibit ſanguinem domini indignè: iudicium ſibi manducat. & bibit. O pia diuinitas: o tremenda maieſtas. o ineffabilis & inexcogitabilis ſanctitas. quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Tu quidem corda conſciẽtiarum quæq; ſecretiſsima nuda & aperta intueris. Ad te fontem miſericordiæ lauandus curro. ad te piũ Samaritanum infirmitatis humanę medicum ſanãdus feſtino. ad te confugio. Et quem in hac parte iudicem reperire trepido: ſaluatorẽ habere ſuſpiro & humiliter expoſco. Tibi domine plagas meas oſtẽdo: tibi verecundiam meam detego. Video dñe peccata mea multa & magna & timeo. Video ſuauitatem & miſericordias tuas: & ſperare audeo. Reſpice dñe Ieſu Chriſte homo crucifixe propter hominẽ: reſpice ſacroſanctam & virgineam carnem tuam clauis confixam: lancea perforatam: verberibus miſerabiliter flagellatam. Recordare ſacroſancti ſanguinis tui decurrentis in terram. Sed & plura pro me ſuſtinuiſſe memento. Illa ergo pietas quæ te contraxit & vinxit: vt in ſtatera glorioſiſsimę crucis totius mũdi peccata ablueres: ipſa te commoueat & cogat clementia: vt miſerearis mihi peccatori pleno miſerijs. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. &c.

COnſcientia culpabilis. vita trepidus & anxius. criminũ funibus captiuatus te vnicũ refugiũ & ſingulare remedium miſerorũ de-

precor domine. vt mei indigni ſacerdotis miſerearis: mihiq; indulgeas quod illud ſalutare ſacramẽtũ: angelis archangeliſq; tremẽdum: & omnibus cæli ſublimitatibus reuerendum & adorãdum ſceleratis labijs cõſecrare ac prophanatis manibus præſumo attrectare. Sed accedo per me: fateor domine præſumo de te: memor malorum meorum: & tuorũ quæ à ſeculo ſunt bonorum. Adhuc domine te rogare præſumo: vt non ſit mihi hoc ſacroſanctum ſacrificium ad iudiciũ neque ad damnationẽ: ſed potiùs ad liberationem peccatorum & anguſtiarum mearum: & ad perennem animę meę ſaluationem. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum. &c.

ANte oculos immenſæ maieſtatis tuæ domine Ieſu Chriſte teſte conſciẽtia reus aſsiſto. Rogare vix audeo: quod impetrare nõ mereor. Tu ſcis domine quæ aguntur in me. erubeſco confiteri quod per me non timeo admittere. Verbis tantùm tibi obſequor: corde verò mentior. Et quod velle me ore dico: nolle actibus meis approbo. Parce parce confitẽti: ignoſce quia peccaui. Miſerere te ſuppliciter rogo. quia non eſt confuſio cõfidentibus in te: qui potes agere ſuperabundãter quàm peto: aut intelligo. Non enim in iuſtificationibus meis ſed in multis miſerationibus tuis precẽ meam ante faciem tuam proſterno. vt cui proprium eſt & honor miſereri ſemper & parcere: dimittas vniuerſa quæ conſcientia mea metuit: & adijcias quod oratio non præſumit. Et ab occultis meis munda me. quatinus hodie in ſpiritu humilitatis & animo contrito cũ plenitudine fidei & firmitate ſpei tibi offerre dignè valeam oblationem perpetuæ placationis & hoſtiam ſalutarem: ac ea reuerentia & deuotione diligentia & timore ſacroſanctum corpus tuum & ſanguinem ſuſcipiam: ſicut oportet & decet. Quod mihi indigno ſacerdoti tuo largiri digneris per interuẽtum & merita ſacratiſsimæ dei genitricis tuæ virginis Mariæ: in cuius vtero tu verbum caro factum es: vt habitares in nobis. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus. &c.

O Pater cæleſtis offero tibi vnigeniti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti fratris & redemptoris mei partum dulciſsimum & ſanctã humanitatem. amabilem infantiã. circunciſionem. effuſionem infantilis ſanguinis. pauperem & deſpectam vitam. ſanctiſsima opera. ſanguineum ſudorem. ſanguineas lachrymas. orationem prolixam. denudationem. flagellationem. ſputionem. deriſionem. colaphos. alapas. euulſam barbam. laceratos crines. velatos oculos. venas diſtẽtas. in cruce ſparſa viſcera. diſtracta mẽbra. lata & arida vulnera. congelatum

tum ſanguinem. ſuccum & medullam oſsium. raucam & miſerabilē vocem. lachrymabilem & validum clamorem. pallidam & macidam faciem. os exangue. ſitim & potum fellis & aceti. obtenebratos oculos. ſpinatum caput. corpus torridum. martyrizata membra, maternam fidem. maternū dolorem. maternas lachrymas. filialem compaſsionem. omnium eius amicorum intimum dolorem. triſtiſsimam animam. langueſcens cor. iaculum ignitum amoris. diuiſionē dominici corporis & deificæ animæ. pretioſiſsimam mortem. latus perforatum. ſanguinem & aquam de latere eius perfluentem. crucem & clauos ſpinas. vincula. flagella & lanceam. O domine ſancte pater non appareo in conſpectu tuo vacuus. quia quidquid filius tuus dominus meus Ieſus Chriſtus dum eſſet in mundo fecit: pro me fecit. quicquid operatus eſt: mihi operatus eſt. quia nulla mala fecit: nulla bona prætermiſit. Eius obſecro obedientia excuſet inobedientiam meam: eius humilitas meam ſuperbiam: eius patientia meam irā: eius abſtinentia meam ſuperfluitatem: eius benignitas meam malitiam: eiuſdemque perfectio meam imperfectionem. Opera eius tibi domine ſancte pater præſento: facta eius tibi offero: ſanctitatē eius tuæ iræ oppono. Mortem benigniſſimi Ieſu morti quam mereor obijcio: pœnis dulcis Ieſu pœnas mihi debitas à me repello. Ego quidem fateor quia non feci dignam pœnitentiam: neque plenam egi ſatisfactionem: ſed quicquid mihi defuit: pius Ieſus pro me adimpleuit. Debui quidem amplius contriſtari pœnitendo: ſed anima benigniſsimi Ieſu pro me triſtis facta eſt vſque ad mortem. Debui plus ſupplicare orando: ſed pius Ieſus factus in agonia prolixiùs orabat: & ſudore ſanguineo defluebat. Oportuit meliùs ſatisfacere emendando: ſed dulcis Ieſus verè ſatiſfecit pro me moriendo. Ergo rogo te pater cæleſtis: vt propter iſtius pretioſi & accepti holocauſti hoſtiam & dignitatem ſalues & liberes me ab omnibus malis animæ & corporis: & dimittas mihi omnia peccata delicta & errata mea: & ita viuere me facias: vt fiam tibi acceptabile ſacrificium nunc & in æternum. Amen.

TV purificator & viuificator ſpiritus ignis conſumens tu ſpiritus ardoris corripe cor meum: & omnium culparum vitiorumque rubiginem virtute tui ardoris exterge. veni quæſo veni benedicte ſpiritus veritatis: & omnes meorum viſcerum venas intimus ſcrutator ingredere: tolle quidquid fermentatum quicquid vitioſum reperis & noxię vetuſtatis peſte corruptum: meq; fac azymum ac tuæ munditiæ puritate ſyncerum. Veni

ni obſecro ſpiritus benedictionis æternæ:omneſq; mei ſpiritus latebras inenarrabili tuę dulcedinis ſuauitate perfunde. Aīa mea ad tuum liqueſcat aduentum: cœleſtem uirtutē per te renouata concipiat:atq; in amorem tuum ſuccenſis viſceribus inardeſcat. Vberem gratiæ tuæ benedictionē domine anima mea ſuſcipiat. & vt tibi medullatas hoſtias offerat: ineffabilis tuæ dulcedinis adipe ſaginata impingueſcat. Illumina me lux veritatis:accende me. tu cauſa & largitor chariſmatum:tu auctor ſanctificationum & omnium remiſsio peccatorum: tu virtutes angelicas ad amorem tuū indeſinenter inflammas. Tuæ charitatis incendio cherubin & ſeraphin incomparabiliter æſtuāt. Tu me tibi domine totum vendica: totum poſside:nullamq; mei partem à te vacare permitte: ſed ſolus in me per te viuas: meq; tibi ſoli viuere facias. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate. &c.

GRatias tibi ago domine ſancte pater omnipotēs æterne deus: qui me indignum peccatorem per gratiam tuam nullis meis meritis exigētibus,ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ hodie ſatiare dignatus es corpore & pretioſo ſanguine filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti: & deprecor obſecro humiliter & imploro clementiſsimam maieſtatem tuam: vt hoc conuiuium ſalutare nō ſit mihi reatus ad pœnam: ſed interceſsio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei & ſcutum bonæ voluntatis. Sit mihi peccatorum meorum euacuatio: concupiſcentiæ & libidinis exterminatio: charitatis. humilitatis. abſtinētiæ. caſtitatis & patientiæ omniumq; virtutum ac totius ſanctitatis augmentatio:contra inſidias inimicorum viſibilium & inuiſibilium firma defenſio: motuum meorū tam carnalium quàm ſpiritualium perfecta quietatio:in te viuo & deo vero ac domino & creatore meo firma adhęſio:atq; finis mei fœlix cōſummatio. Et adhuc deprecor: vt ad conuiuium illud me miſerum peccatorē perducere digneris: vbi tu ipſe es ſanctis tuis lux vera. ſatietas plena. iucunditas conſummata. fœlicitas perfecta & gaudium ſempiternum. Amen.

¶ Hanc orationem quę ſequitur faciebat beatus Thomas antequā ſacris veſtibus indueretur. Orō.

OMnipotens & miſericors deus ecce accedo ad ſacramentū filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti. Accedo inquam infirmus ad medicum vitæ: immūdus ad fontē miſericordiæ: cæcus ad lumen claritatis ęternæ: egenus ad dn̄m cæli & terræ: nudus

nudus ad regē gloriæ. Rogo ergo immenſæ maieſtatis tuæ abundantiam:quatinus meam digneris ſanare infirmitatem:lauare fœditatem: illuminare cæcitatem: ditare paupertatem: veſtire nuditatem. vt panem angelorum regē regū & dñm dominantiū tanta reuerētia & tremore tanta ſuſcipiā contritione & amore:tāta fide & puritate:tali propoſito & humilitate: ſicut expedit ſaluti aīæ meæ. Da mihi quæſo illius dñici corporis non ſolum ſuſcipere ſacramētū,ſed etiā virtutē ſacramenti.O mitiſsime deus da mihi ſic ſuſcipere corpus vnigeniti filij tui dñi nři Ieſu Chři:quod traxit de virgine Maria: vt corpori eius myſtico merear incorporari: ac inter eius mēbra numerari. O pater amātiſsime cōcede mihi dilectū filium tuum:quem nunc quidē velatum ſuſcipere cupio:reuelata tandē facie contemplari.Qui tecum.&c.

¶ Hæc ſanctus Bonauentura in quodam tractatu de ſacramento altaris quæ ſequuntur attendenda docet.

AD celebrandum euchariſtiæ ſacramentum hæc ſunt attendēda. Primum ſcilicet rationis diſcretio reſpectu veritatis. vt ſciat ſcilicet quis quid recipere debet. Quid: quia verum deum qui fecit cælum & terram: verumq; hominem qui pepēdit in ligno. Quis: quia homo nō beſtia per peccata. Vnde præ cæteris repellat à ſe ſacerdos beſtialitatem peccati. Secundum eſt mentis deuotio reſpectu ſuæ ſanctitatis. Debet enī ſacerdos cogitare: quòd quē recepturus eſt: ſanctus ſanctorum eſt:& omnis ſanctitatis origo. & ideo quantum poteſt: ſanctè & deuotè accedat ad ipſum:à ſe expellens omnē ariditatem per lachrymarum compunctionem:& omnē amaritudinem per deuotionis dulcedinem. Tertium eſt omnis reuerētia reſpectu ſuæ maieſtatis: vt ad tam excellentē dñm vereatur accedere tam viliſsima creatura. Quartū eſt amor & deſideriū cordis reſpectu ſuæ bonitatis. Vnde multū caueat ſacerdos:ne cū tędio aut torpore mentis ad illud ſacramentum accedat: in quo continetur ſumma bonitatis & iucūditatis. Quintum eſt reſpectu ſuæ clemētiæ pro ſe & alijs affectuoſa & humilis deprecatio in ſermone.Ibi enim poteſt petere ſecurè ab eo qui dixit.Petite& accipietis. Et ad hoc crede maximè hoc ſacramentum inſtitutum fuiſſe:vt poſtuletur gratia & venia impetretur in oblatione tam excellentiſsimi ſacramenti. Sextum eſt totius hominis vigil diligentia reſpectu ſuæ immenſæ nobilitatis & nobiliſsimæ immenſitatis. Hæc te mouere debent ad celebrandū tantum myſteriū. Primum eſt amor dei: vt dilectum Chriſtū ſæpius ad

te inuites: eumq; in te ipſo delectabiliter amplectaris. Secundum eſt proprię infirmitatis intuitus: vt eũ quaſi medicũ ad te voces: per quẽ ab omni infirmitate cureris. Tertium eſt cõſcientia delictorum: vt per eum quaſi per hoſtiã placationis ab omnibus peccatis tuis expiatus purgeris. Quartum eſt preſſura alicuius tribulationis: vt per eũ qui omnia poteſt: ab omni aduerſitate citiùs libereris: & tutiùs protegaris. Quintum eſt deſiderium alicuius gratiæ impetrandæ: per eũ cui pater nihil negare poteſt: pro te intercedenti. Sextum eſt gratiarũ actio pro beneficijs. cùm nihil habeas dignius reddere deo pro omnibus bonis collatis q̃ calicem accipere & offerre ſalutarẽ. Septimum eſt honor dei & ſanctorũ: cùm nõ habeas maius & melius: quo poſsis deũ pro ſua dignitate laudare q̃ immolare Chriſtum deo patri. Octauũ eſt charitas & compaſsio proximorũ. cùm pro ſalute viuorum & requie defunctorum nihil efficacius interpellet q̃ ſanguis Chriſti pro nobis immolatus. Hoc eſt enim ſummum bonum & auxilium noſtrũ. Immolamus enim Chriſtum: vt interceſſorem habeamus qui nos patri reconciliet.

¶ Frater Bonauẽtura Cardinalis docet ꝙ hæc ſunt attendẽda ſeu conſideranda accedentibus ad altare Chriſti.

AD celebrandum euchariſtiæ ſacramentũ: hæc conſulo attendẽda. Primũ eſt rationis diſcretio reſpectu veritatis. vt ſcilicet ſciat quis q̄d recipere debet. Quid quia verum deum qui fecit cælum & terram. Quis quia homo nõ beſtia per peccatum. Vnde præ cæteris repellat à ſe ſacerdos beſtialitatem peccati. Secundum eſt mentis deuotio reſpectu eius ſanctitatis. Debet enim conſiderare quòd quẽ recepturus eſt: ſanctus ſanctorum eſt & omnis ſanctitatis origo. Et ideo quantum poteſt: ſanctè & deuotè accedat ad ipſum: à ſe expellens omnem ariditatẽ per lachrymarum compunctionem: & omnẽ amaritudinem per deuotionis dulcedinem. Tertium eſt omnis reuerentia reſpectu maieſtatis. vt ſcilicet ad tam excellentem dominum vereatur accedere tam viliſsima creatura. Si enim ante imperatorẽ non eſſet dignus ſtare homo infectus putredine: quãtò magis deum recipere in ſacramento altaris indignus eſt miſer homo: cuius omnes iuſtitiæ ſunt quaſi pannus mẽſtruatę? & ſi iuſtitiæ ſunt tales: qualia ſunt peccata? Et quidem indigniſsimus eſt ad hoc omnis homo. conſideret tamen quòd maior eſt dignatio ſua quàm indignitas noſtra: ſua benignitas quàm miſeria noſtra. Quartum eſt amor & deſiderium cordis reſpectu ſuę bonitatis. Vnde multũ

multũ debet cauere homo: ne cum tędio aut cordis torpore ad illud ſacramentũ accedat: in quo continetur ſumma bonitas & infinita iucũditas. Vnde miror quomodo in iſta receptiõe homo nõ liqueſcit amoris calore: & quomodo non abſorbetur ſuauitatis dulcore. Conſideret ibi domini ſui paſsionem: ſi vult ad amorem accendi, & illius nobiliſsimi corporis & ſanguinis oblationem ſi vult ad deſiderium prouocari & tãdem refici prouocatus. Quintum eſt pro ſe & pro alijs affectuoſa & humilis deprecatio in ſermone reſpectu ſuæ reuerẽtiæ alias clemẽtię. Ab eo enim ſecurè poteſt petere qui dixit. Petite & accipietis: quærite & inuenietis. Et ad hoc credo iſtud ſacramẽtũ maximè eſſe præcipuè inſtitutũ: vt poſtuletur venia: & gratia impetretur in oblatione illius excellẽtiſsimi holocauſti. Sextũ eſt totius hominis diligẽtia reſpectu ſuæ immẽſę nobilitatis ſiue immẽſitatis nobiliſsimę. Si ẽm cũ diligentia magna quis ſeruit alicui principi ſeculari: cũ quãto maiori diligentia debet ſacerdos dño ſuo miniſtrare: & omni diligentia pertractare illud digniſsimũ ſacramentũ ac ſi ad nihil aliud natus eſſet: aut nũquã aliud facere deberet? Debet enim eſſe ibi tunc intẽtio tota: ꝓlatio ſufficiẽs & diſtincta: nihil cõfuſum nihil diminutũ. Debet eſſe nihilominus cõtractatio ꝓuida & diſcreta ac omni honeſtate ornata. Vt ſic omnia ibi cũ ſumma diligẽtia operetur ſacerdos. Adhuc cõſulo cuilibet ſacerdoti: vt præ cęteris hominibus ſe omni tempore ab his omnibus quæ aliquãdo cor ſuũ ſiue habitaculũ regis ſui polluere poſſunt ſiue parũ ſiue multum tam occaſionaliter q̃ actualiter: elonget ſe quantũ poteſt. Tunc autem præcipuè: cùm ad miſſam celebrandã vadit: à cunctis ſe abſtineat quãtum poteſt: & ſe totũ recolligat in ſeipſo: vt nec ſenſus nec cogitatio ad aliud diffundatur: ſuam conſciẽtiam diſcutiat diligẽter: & quod inuenerit lauandũ lauet abundãtia lachrymarum: vadat ad cõfeſſorem ſuũ: & extra euomat omnia venenata: & immediatè peracta pœnitentia: ſi tunc facere poteſt: iterum recolligat ſemetipſum. Et diuinã maieſtatẽ conſideret & magnificẽtiam: & ad propriã miſeriã redeat: vt ſic videat q̃ magnus eſt dominus & q̃ paruus ſeruus imò & inutilis. Intret quãtum poteſt in deũ: & in ſeipſo quantum poteſt ad nihilum redigatur. & cùm fuerit abſtractus: & effectus diuinus vt quaſi nihil aliud videat nihil aliud ſentiat niſi deum: & præter deum omnia reputet vanitatem: tunc cogitet qualis fuerit erga nos dilectio dei noſtri: qui ſic pro vili re imò pro tã deteſtabili voluit ſic vilẽ ſibi vnire naturã: & in ea à viliſsimis & abominabiliſsimis tã diſſona & turpia ſuſtinere. Deinde ruminet illam

illam magnificẽtiam charitatis: vt illo inextimabili ardore quantum valet inflammetur. Et cùm ignitus fuerit charitate: circa dilectum adaperiat viſcera pietatis: vt ſic pro ſe vili facto & afflicto & lethaliter vulnerato compatiatur & in ſe omnia illa vulnera transformet: ac ſi ipſemet eſſet lethaliter vulneratus. Et vt magis Chriſti vulnera eius animo imprimantur: diſcurrat per ſingula vulnera. Et nunc quantum in iſto & in illo vulnere paſſus ſit meditetur: nunc quanta & qualia fuerint iſta flagella æſtimet diligẽter. & cum ſic in iſta meditatione cum Chriſto erit crucifixus: quod maximè exigitur in iſto ſacramento: tunc cogitet quòd illam tam nobilem carnem in crucis ara immolatam pro nobis dignatus eſt donare nobis in cibum & ſanguinẽ eius effuſum pro redemptione humani generis de latere ſuo in potũ. Nunquam tamen credas quòd ſanguis ille quem recipimus in altari ſit extra corpus eius: ſed tamẽ vt effuſum pro nobis in paſsione recipere debemus, id eſt ſub illa intẽtione. Tũc eius dilectionem erga nos conſideret: & ruminet illius magnificentiã ſacramenti. Hoc intellige quãtum poteſt: quia vix poterit aliquam inueſtigare ſcintillam tam immenſi amoris domini in hoc magnifico ſacramento. Et cùm bene ruminauerit illud magnificum ſacramentum & ſalutare: & iam in quadam cæleſti dulcedine inductus fuerit: humiliter & reuerenter ad ſacramentum accedat: & cum omni diligẽtia proſequatur: adhibitis etiam alijs circunſtantijs quas in huius capituli principio pertractaui. Cùm autem recipere debuerit: aliqua poterit præmeditari ſi placet: vt potedicat in corde ſuo. Ad illud tam nobile ſacramentum recipiendũ non ſufficerent mille anni ad perſonæ alicuius præparationẽ magnæ: quãtomagis ego indignus ſum & miſer: qui quotidie pecco: incorrigibilis perſeuero, & impræparatus accedo? Quare dñe feciſti: vt tibi execrandam iniuriam facerem: quòd te repono in latrina peccatorũ animæ meæ? Etenim nõ eſt cloaca magis fœtida quàm peccatrix anima mea: ſaltem per hanc immundam animam aliqualis fluuius compunctionis decurriſſet: vt ibi nõ fuiſſet tanta peccatorum ſanies congregata. Domine quid eſt hoc? Nunquid ibi ponere debeo te? Sed in infinitũ maior eſt miſericordia tua quã mea miſeria. Et ideo de tua benignitate ſola confidens: te præſumo ſumere. vt ſicut infirmus accedam ad te medicum dulciſsimum: vt tua liberet me medicina. Quãtò enim plus infirmus ſum: tantò plus indigeo te deus meus: & in mei liberatione magis apparebit tuæ immenſitas pietatis. Accedã ergo ad deũ meum confidenter: quia infinitæ ſunt miſericordiæ eius: & ſecũ fruar

delicijs beatorum. Ingrediar ergo ſponſa ad ſponſum ſecũq; volo inſeparabiliter cõmorari. Nolo amplius alteri adhærere: vt cũ ipſo ſolo gaudium habeã ſine fine. Hęc & alia quęq; dicere voluerit corde dicat nõ ore. quia nõ credo quod expedit ibi alia proferre quàm ea quę in canone cõtinẽtur. Et nota quòd ſecundùm meum iudiciũ hæc duo ad iſtud ſacramentũ efficaciter recipiendum valent ſcilicet compaſſio mortis Chriſti & vilificatio & annihilatio ſui. vt quantum poterit vilis fiat in oculis ſuis qui recipere debet. Cùm autem ſacramẽtum expletum fuerit: cogitet in corde ſuo. Poſt tam nobilem cibum nolo ſtercora deguſtare. & cũ ipſe ſumma ſit iucunditas: nolo de cæterò affici circa aliquam creaturam. Si autem affectionem nullam ſpiritualẽ habuerit: recogitet ſignum eſſe infirmitatis vel mortis. ignem enim poſuit in ſinu: & calorem nõ ſenſit: mel poſuit in ore: & dulcedinem non præſenſit: & ideo talis miſeriã ſuam recognoſcat: & mutet in melius vitam ſuam. ſi verò refectionẽ ibi receperit: non ſibi attribuat ſed infinitę bonitati maieſtatis diuinę: quę ſe ad bonos & malos extendit. & dicat in corde ſuo. In me dominus mirabilia operatur ad deteſtationem miſeriæ meæ: & ad conuincendum beneficijs iniquitatẽ meã magnam. Nam me mortuum fecit ſentire: & vermem viliſſimum cæleſtia deguſtare. Si mihi peccatori talia fecit deus: quid faciet ſi correxero vitam meam: & continuè voluero me in melius promouere & cæleſtibus meditationibus dedicare & ſibi ſoli de cætero adhærere? Quod facere poterit auxilio domini non propria virtute. & ſicut cogitat ſic opere adimpleat. Quod nobis ipſe concedat. Amen.

¶ Nota quòd periculis ſeu defectibus circa ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti euenientibus dupliciter poteſt occurri. Vno modo præueniendo ne periculum accidat. Alio modo ſubſequendo, ſcilicet, vt id quod accidit emẽdetur. vel exhibendo remedium, vel ſtatim pœnitendo ſecundùm Thomam. iij. parte. quæſtio. lxxxiij. art. vj. Quid faciet ſacerdos ſi aduertit ſe habere hoſtiam non triticeam vel corruptam.

SI ſacerdos perpendat hoſtiã eſſe indebitam: aut perpendit ante conſecrationem: & tũc debet accipere aliam hoſtiam & canonem à capite inchoare. Aut perpendit poſt conſecrationem panis & ante vini cõſecrationem: & tunc debet accipere aliam hoſtiam & incipere canonem à capite & illam cõſecrare: & alia hoſtia debet reuerẽter reſerua

ri: & à ſacerdote poſt corporis & ſanguinis ſumptionem ſumi nõ ante: quia poſt eius ſumptionem ieiunus non eſſet: quod eſſet contra capitulum. Liquido. de conſecratione diſtinctio. ij. Si autem hoc perpendit poſt ſumptionem hoſtię ante tamen ſumptionẽ ſanguinis: non obſtãte fractione ieiunij ſumat aliã hoſtiam debitam: & incipiat à capite canonis: proſequendo omnia per ordinem: & conſecret hoſtiam & ſumat totum. quia hic eſt caſus neceſsitatis. & in caſu neceſsitatis non ieiunus poteſt communicare. quia præceptum de perfectione ſacramẽti maioris põderis eſt quàm præceptum quod à ieiunis ſumatur ſecundum Thom. in parte tertia. quæſtione octogeſimatertia. articulo ſexto. in ſolutione ſecunda. Si autem perpẽdat poſt ſumptionem eiuſdem hoſtię & etiam ſanguinis: accipiat aliam hoſtiam debitam & vinum: & repetat canonem & conficiat & ſumat. nec obſtat quòd nõ eſt ieiunus propter rationẽ in præcedenti caſu poſitam.

¶ Quid faciet ſacerdos ſi ex negligentia vel obliuione hoſtia remãſerit in altari vel gutta vini intra corpus calicis: Reſpondeo. Nec hoſtia nec etiam gutta conſecratur: cùm intentio ſacerdotis: ſine qua ſecundùm Auguſtinum in capitu. Solet. de conſecratio. diſtinctio. iiij. nihil fit: non feratur in illis.

¶ Quid ſi hoſtia conſecrata permixta fuerit non conſecratis. Reſponſio. Sumere debet ſacerdos hoſtiam aliam non conſecratam & omnes hoſtias de quibus eſt dubiũ an ſint conſecratę: & ponens ſuper altare ferat intentionem ſuam ſuper omnes hoſtias conſecratione indigentes: cùm verba conſecratoria profert: & poſtea omnes ſumat: vel ad vſum infirmorum reſeruet.

¶ Quid ſi quis euomeret ſpecies ſacramenti. Reſpondeo. Si ſpecies ſacramenti diſcerni poſſunt & ſumptibiles ſunt: iterum ſumantur: vel per ſe ſi poteſt fieri: vel cum aliquo liquore. Si non ſunt ſumptibiles: reponantur in aliquo loco honeſto iuxta altare. Si autem diſcerni non poſſunt præſumuntur digeſtę: quia modica ſpecies facilè digeritur: niſi fortè ſtatim poſt ſumptionẽ ſint vomitę. in tali enim caſu reponantur in loco deputato vt ſupra. de hoc in capitul. Si quis per ebrietatem vel voracitatem. de conſecratione diſtinctione ſecunda. cũ no. Aliqui dicunt quòd euchariſtia nõ euomitur. de quo in capitulo. Non iſte panis. de conſecratione diſtinctione ſecunda. &. G. in parte. Accipite & manducate.

¶ Quid ſi ſacerdotem contingat infirmari infra miſſam intantũ quòd procedere nullatenus poſſet: nec ſacerdos ſupplens defectum eius habeat hoſtiam aliam. Reſpondeo. Sacerdos ſupplens diuidat hoſtiã per infirmum conſecratam & ambo

bo ſumant. quia quotiens quis cele brat tenetur ſumere, vt in capitul. Relatum. de conſecratio.diſtincti. ſecunda. Hoc intellige niſi per mortem vel violentiam impediatur.& incipere debet ab eo loco ſupplens quod alter omiſit. quod ſi neſcitur: incipiat à capite ſecundùm formã capitu. nihil.ij. quæſtio.j. Nota tamen quòd ſi primus recitauit mediam orationem vel ſecretam vel canonem ſupplens iterum incipiet à principio. Item ſi infirmetur ante conſecrationem: non eſt neceſſe fieri ſuppletionem. Item ſi primus iam conſecrauit hoſtiam: ſecundus ſupplens incipiat ab illo loco. Simili modo: ſolummodo cõſecraturus ſanguinem.

¶ Quid faciet ſacerdos: quando apparet in alia ſpecie quàm ſpecie panis & vini.exemplifica per Guiliel mum in rationali ſuper parte Hoc eſt corpus meũ. verſ. & nota quòd quidam. Reſponſio quòd cum vſus huius ſacramenti ſit per manducationem: ideo quãdo apparet in ſpecie pueri vel carnis cruentatę vel ſimili: cùm non habeat rationem cibi: non debet ſumi ab eo cui ſic apparet: ſed ab alio cui in ſpecie panis apparet. Si autem omnibus ſub ſpecie carnis apparet: tunc debet cum reliquijs reuerẽter reponi: & aliam hoſtiam conſecret ſacerdos: & ſic vſque ad tertiam hoſtiam vel conſecrationem ſiue celebrationẽ: & ſi ſemper ſic apparuit: ſufficit ſpiritua lis manducatio. nec propter hoc efficitur ſacerdos tranſgreſſor conſtitutionis eccleſiæ: de qua in capitu. Relatum. de conſecratione diſtinctione. ij. quia ad ea quæ de raro accidunt: iura non arctant. concordat Thom. in parte tertia. quæſtione. lxxxij. articulo quarto. Ad euidentiam iſtarum apparitionum nota quòd ſit quandoque dimenſionibus quæ priùs fuerunt manentibus miraculoſè immutatio circa alia accidentia: puta figuram vel colorẽ: vt videatur caro vel ſanguis, vel puer. quandoque quidem mutatio fit in oculis intuentium: nulla tamẽ immutatione facta ex parte ſacramenti. nec eſt ibi deceptio. vt apparet in diſcipulis euntibus Emaus. nec videtur ſpecies propria Chriſti: ſed ſpecies miraculoſè formata. Dicit enim Auguſtin. in libro de quęſtionibus euangelij. quòd cũ fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem: non eſt mendacium ſed figura veritatis. Hęc Tho. in parte tertia. quęſtione lxxvj. articulo vltimo.

¶ Nunquid qui poſt mediam noctem comedit vel tota nocte nihil dormiuit poſſit celebrare? Reſpõdeo quòd licèt principiũ diei ſecundùm diuerſos diuerſimodè ſumatur: eccleſia tamen quantum ad hoc à media nocte incipit. & ideo ſi poſt mediam noctem ſumpſerit quis aliquid per modum cibi vel potus: non poteſt nec debet die illo

celebrare: poteſt verò: ſi ante mediã noctem. nec refert vtrum poſt cibum vel potũ dormierit: aut etiã digeſtus ſit quantum ad rationem præcepti: refert autem quãtum ad perturbationem mentis quam patiuntur celebrantes propter inſomneitatẽ vel indigeſtionẽ: ex quibus ſi mens multũ perturbetur: homo redditur ineptus ad celebrandum. Reliquiæ tamen cibi remanẽtes in ore ſiue guttę aquę vel vini quibus os abluitur: ſi caſu trãſglutiantur in minima quãtitate & quaſi per mixtionem ſaliuæ: nõ impediunt celebrationẽ. vt in capitulo. Si conſtiterit. de accuſa. per doctores. Idẽ per omnia Thom. in parte. iij. quęſtione. lxxx. articulo. viij. à deciſione vſq; in finem iuncto capitul. ex parte. de celebratione miſſarum cum notatis. & capitulo. liquido. de conſecratione diſtinctio. ij.

¶ Quid erit ſi mus vel beſtia videatur ſurripere hoſtiam cõſecratam. Reſponſio. Reſpondet Innocẽtius iij. & recitat Guilliermus in rationali ſuper partem: fregit: quod cùm ſacramentum videatur à mure corrodi ſpecies ſacramentales comeduntur. nam in cælum corpus Chriſti mox rapitur: cùm corroduntur. Si tamen putredo corroſio vel diuerſa ſpecies carnis vel aliquid quidquam indecens in eccleſię ſacramẽtis appareat permittit hoc deus ſæpè ad corroborandam fidem. vt in matrona Grego. vel ad puniẽdam præſumptionẽ. vt in paſtoribus oblatam deridẽtibus ſuper lapidẽ: vel cuſtodũ diligentiã commẽdãdam: vt in exẽplo Lanfranci. de vera carnis & ſanguinis ſpecie ſuper altare inuẽta ab epiſcopo & catholicis coepiſcopis in calice reuerentiſsimè repoſita operta & ſigillata & in medio altaris pro ſummis reliquijs perpetuò reſeruata. ipſa ergo ſacramẽta nec coinquinari valẽt: nec indigẽt expurgari. Cũ enim ad prophanos actus deueniũt: mox inuiſibiliter angelorũ ibi aſsiſtẽtiũ miniſterio rapitur & in cælis cõſtituitur ſecundùm formam capituli. Quid ſit ſanguis. de conſe. diſt. ij. & exẽplariter in glorioſo martyre tranſitio demonſtratur. Idem dicẽdum eſt: cũ ſacramentũ cremari cõtingit: & ideo non incineratur illud quod vi verborũ conſecratur. vt ibi. de pœnitentia iniungenda negligẽti. nota. in cap. qui bene. de conſecra. diſtin. ij. & G. in rationali ſuper parte Noui & æterni. in verſu. rurſus.

¶ Quid ſi ſacrificium ſordida vetuſtate appareat perditum vel vermiculoſum. Reſpondeo ꝙ eſt comburendum: & in apto loco cineres reuerenter ſeruentur, vel ſecundũ G. iuxta altare ſepeliãtur ſuper parte. Noui & æterni. Vt error tamen nõ ſubintret: nota ꝙ panis ille dei cæleſtis illa euchariſtia diuinũ illud mãna ꝙ immaculata agni carne impaſſibile factũ de altari ſumimus: per quod viuimus & à corruptione ſeruamur:

uamur: nunquam corrumpitur: nũquam putreſcit. quia cùm de die in diem nos renouet: ipſum veteraſcere nunquam nouit. Sed hæc corruptio eſt poſsibilis in ſpeciebus ſacramentalibus. quia retinent idem eſſe quod priùs habebant ſubſtantia panis & vini exiſtente. Corruptio tamen illarum ſpecierum non eſt miraculoſa ſed naturalis: præſupponit tamen miraculum quod eſt factum in conſecratione. ſ. quod ſpecies ſacramentales retineant eſſe ſine ſubiecto. quod habebant priùs in ſubiecto ſicut cæcus miraculoſè illuminatus naturaliter videt. in ipſa enim conſecratione miraculoſè datur quantitati diuiſiuæ panis & vini quod poſsit eſſe ſubiectum ſubſequentium formarum ſecundùm Thom. quæſtione. lxxvij. articul. v. Quia quantitas ſupplet vicem materiæ. & licèt ſint accidentia illæ ſpecies ſacramentales: habent tamẽ actum & vim ſubſtãtiæ.

¶ Vtrum ſtatim poſt celebrationẽ comedere liceat. Reſpondetur ꝙ ſtatim poſt dictam miſſam poteſt comedere de conſuetudine generali ſecundùm Hoſtienſem in capitul. Si conſtiterit. de accu. Nec obſtat capitulum. tribus. de conſecra. diſtinct. ij. quia illud erat in primitiua eccleſia: in qua portio magna conſecrabatur ſecundùm Gregori. in rationali de oſculo pacis. verſic. cæterorum.

¶ Quid faciet ſacerdos ſi aduertit ſolam aquam poſitam in calicem per errorem? Reſpondeo. Si perpendat in calicem non eſſe miniſtratam debitam materiã: aut hoc perpendit ante conſecrationem panis: aut poſt: & tamen ante conſecrationem ſanguinis: aut poſt: & tamen ante corporis ſumptionem. aut poſt omnia prædicta. Primo modo debet miniſtrare materiam debitam & incipere canonem â capite. Si autem non poſsit habere debitam materiam: non procedat vltra. quia ſacramenta conficientes aut integra percipiant aut à non integris arceantur vt in cap. comperimus. de conſecratione diſtinctio. ij. Secundo verò modo debet materiam debitam accipere: ſi poteſt haberi: & alia ſublata debet incipere â verbo immediatè ſequenti poſt conſecrationem panis. Si autem haberi non poteſt materia debita: non propter hoc debet omittere corporis ſumptionem cõtritus tamen de ſua negligentia cũ propoſito confitendi. Tertio modo debet accipere materiam debitam alia reuerenter in aliquo vaſe repoſita immediatè poſt corporis & ſanguinis ſumptionem ſumenda ante primam, ſcilicet infuſionem: & reincipere ab illo loco. Simili modo poſtquam. & peragere myſterium vſque in finem.

Quarto modo ſecundùm Thom. debet accipere aliam hoſtiam & vinum: & à capite canonis incipe-

re & vtrumq; conficere & ſumere. ſic tenet Thom. tertia part. quæſtio. lxxxiij. articulo ſexto, ad.iiij. Hoſtienſ. dicit, quòd non oportet aliam hoſtiam ſumere, ſed ſolum vinum & reincipere ab illo loco. Simili modo poſtquam. & reſpondens ad rationem Tho. dicit quòd non nocet ſi aliquando interſerantur verba quæ ad ſacramentum corporis referuntur: ſicut ſunt illa: panem ſanctum vitæ æterne: & illa, ſacroſanctum filij tui corpus. Non tamen faciat ſigna quæ iam facta ſunt ſuper hoſtiam conſecratam prædictis duobus verbis correſpondentia. Et nota quòd ſi talem aquam calicis cõtingat in ore poni & non tranſglutiri: cautè debet reponi in aliquo vaſe in ſacrario cum reuerentia: & propter particulam Corporis Chriſti: quæ ipſam tetigit non eſt expergenda, nec viliter tractanda: ſed nec tranſglutienda. Hęc ſecundùm Hoſtienſem in capitul. Cum marthę. de celebratione miſſarum. §. quæſiuiſti. & in par. verum. Idem Ioan. in ſumma concilio. Alioquin aduertenter tranſglutiens grauiter peccaret. ſed ſiue ſcienter ſiue ignoranter deglutiatur: non obſtante quòd non ſit ieiunus tenetur celebrans debitam materiam accipere & conſecrare & conſecratam ſumere propter ſancti Thom. rationem in primo dubio poſitam. Si tamen poſt conſecrationem ſanguinis deprehenditur aquam non eſſe ibi: nihilominus procedatur. quia aqua nõ eſt de neceſsitate ſacramenti ſecundùm Thomam parte tertia. quæſtione. lxxiiii. articulo ſeptimo, Idem Hoſtienſ.

¶ Quid ſi muſca vel aranea vel venenum deprehendatur in calice.

Reſpondeo ſecundùm Thom. parte. iii. quæſtione. lxxxiij. articul. vj. in ſolutione. iij. Si deprehendatur ante conſecrationem: quicquid eſt in calice effundatur: & abluto calice aliud conſecrandum apponatur. Si vero aliquid horum poſt conſecrationem acciderit: animal cautè capiatur: & diligenter ablutũ comburatur: & ablutio cum cineribus in ſacrarium recondatur. Si verò venenum ibi deprehenditur: nullo modo ſumatur, ne calix vitæ vertatur in mortem, ſed diligenter in apto vaſculo reponatur cum reliquijs. Et ne ſacramentum maneat imperfectum: vinum in calice denuò apponatur: & à conſecratione ſanguinis reſumatur. De hoc & de pœnitentia iniungenda negligenti vide capitul. Si per negligen. de conſecratione diſtinctio. ij. Et per Guilielm. ſuper parte. Noui & æter. teſtamẽ. verſu. ſi autẽ muſca.

¶ Quid ſi ſuper lignum vel lapidem vel terram ceciderit euchariſtia: an ad ſolum presbyterum ſpectet illam eleuare.

Reſpondeo ſecundùm Tho. parte tertia. quæſtione. lxxxij. articu. iij. quòd

quòd nunquam hoſtia cõſecrata ab alio quàm à ſacerdote aliquatinus eſt tangenda nec ab aliqua re contingi quàm ſacrata propter eius reuerentiam niſi in articulo tantùm magnę neceſsitatis ſolùm à diacono. vt in capitu.peruenit.de conſecratione diſtinctio.ſecũda.Ex hoc infero quòd nec chirothecis eſt cõ trectanda. nec obſtat quòd per alteros miniſtros cõmunicantibus miniſtretur ſanguis ſecundùm conſuetudinem Ciſter. de qua per Archi. in capitulo.cum omne.de conſecratione.diſtinctio ſecunda.Quia hoc eſt vaſe conſecrato. imò nec etiam presbyter conſtitutus in mortali. in capitu. ſacroſancta. j. quæſtione prima . niſi in magna neceſsitate diſpenſare debet . Et ſi contigiſſet euchariſtiam in terram cadere: in abſentia presbyteri per laicum poteſt eleuari ſecundùm Innocen. in cap. quod in te.de pœnitenti.& remiſsi. Si verò aliquid de ſanguine ceciderit : ſanguis lingua lambatur : locus radatur: & raſura cum reliquijs recondatur . Si verò ſuper corporale ceciderit:diligentiùs ſugatur:& corporale lauetur ter in calice:& aqua lotionis poſt miſſam ſumatur: corporale in loco reliquiarum ſeruetur. Si verò palla altaris intincta fuerit:particula madida inciſa pro reliquijs ſeruetur.Idem erit ſi ſuper caſulam vel albã deguttet vel alium pannum conſecratum . Si verò ſuper veſtimentum prophanum cadat: comburatur pars madida:& cinis in loco ſacro reponatur.De hoc in capitulo.Si per negligentiam.de conſecratione diſtinctione ſecunda.Et per Guilielmum ſuper parte. Noui & æterni. Et nota, quòd ſi ante tranſſubſtantiationem effuſa fuerit pars:mutentur pallę ſub ſilentio: & celebrans ſuum officium exequatur . Si totum effuſum ſit : præmiſſa confeſsione miniſtret denuò : & reincipiat officium ab illo loco . Hãc igitur oblationem . Si verò poſt tranſſubſtantiationẽ pars effuſa eſt: tunc ſimiliter officium exequatur. Si verò totum ita quòd nihil remãſerit:miniſtret denuò vinũ & aquã & reincipiat à: Simili modo poſtquam : confeſsione tamen præmiſſa . Illud etiam eſt notandum quòd ſi ex naſo ſacerdotis celebrãtis exierit ſanguis : recipiatur in aliquo vaſculo : ne ſancta contaminentur, & terſo naſo:reincipiat ſub ſilentio vbi dimiſit . Si verò infirmitas ſuperuenerit:mutetur ſuper oram altaris : vel ſedeat donec conualeſcat & ſic incipiat vbi dimiſit . Sed ſi nullo modo poteſt conſummare myſterium : alius ſacerdos paratus incipiat vbi ille dimiſit ſicut ſuperiùs dictum eſt . Sed ſi incertum eſt vbi ille dimiſit tunc quia periculoſum eſſet verba conſecrationis iterare vel prætermittere: poſita oblata illa ſuper propitiatorium ſumenda immediate poſt ſanguinem ante primam, ſcilicet,

infuſionem:miniſtret denuò.
Quid ſi oblatio iam eſt conſecrata per primum ſacerdotem & ſecundus dubitat de cõſecratione: an poſſit proferre verba conſecrationis ſuper eandem oblatam iam conſecratam. Reſpondeo ſecũdùm quod innuit Innocẽtius.iij.quòd poteſt verba conſecratoria proferre.nec oblatio conſecrata denuò recõſecratur: nec conſecrantis intentio defraudatur.quia iam factum eſt quod intẽdebat: nec ſacramento fit iniuria: quia catholica intẽtione & ſine animo iniuriandi nõ procedit iniuria. in capitu.illud.xv.q.j.
Quid ſi ante conſecrationem congeletur vinum. Reſpondeo. reſoluat ipſum ſacerdos antequam conficiat:vt habeat rationem actualẽ potus: exhalando ſcilicet tãdiu donec glacies reſoluatur, ꝙ ſi ſic ſolui nequiuerit:adhibeat ignem mittendo ſcilicet calicem in aquam calidiſsimam ſecundùm Guilielmum. Cui concordat Guido.in ma.cu.
Quid ſi fiat additio. vt ſic. Hoc eſt corpus meum:quod aſſumpſi de virgine. Vel ſubtractio:vt ſic. Hoc eſt corpus. Vel trãſpoſitio: vt ſic. Corpus meũ hoc eſt Vel interpoſitio: vt ſic. Hoc eſt vtiq; corpus meum. Sanè grauiter peccaret qui talia faceret ſecundũ Guil.ſuper parte.Mãducate ex hoc omnes.qui tamen an fieret conſecratio non videtur reſpondere: ſed reſpondet Hoſtien. quòd nihil agitur: quia formę nihil detrahendum eſt: imò debet per omnia illibata ſeruari.De quo in capitu. ſi non ſanctificabitur. de conſecratione.diſtinctio quarta. Et nota, quòd verba conſecratoria vno contextu ſunt proferenda: antequã mens ad alia diuertatur nullo actu contrario intermiſſo in capitu. cũ poſt petitam. de electio. Tamen licèt in prolatione verborum interponatur mora naturalis & compendioſa reſpirando tuſsiendo vel ſpuẽdo: non vitiatur imò fit tranſſubſtantiatio. de hoc vide in capitulo. Si non ſanctificatur.de conſecratione.diſtinctione quarta. Aliqui tamen dicunt quòd ſi addatur aliquid quod ſignificationem non mutet nec errorẽ inducat. vt ſic. Hoc eſt corpus meum dilectum vel ſanctũ: nihilominus fit conſecratio.de hoc per Her. largè. in capitulo vltimo. de celebratio.miſſa. Et nota vt obuietur opinionibus diuerſorũ quòd forma conſecrationis corporis & forma ſanguinis ſunt diuerſę. & prima ſuum effectum operatur antequã proferatur ſecunda,quod patet tũ per verbũ, eſt, pręſentis tẽporis aliàs oporteret poni verbum futuri. Hoc erit corpus. tum etiam quia conſecrata hoſtia ſtatim offertur adoranda.quod eſſet impium: ſi cõſecrata non eſſet ſtatim. De quo vide per Thom.tertia parte.quæſtione. lxxviij. articulo vltimo. Idem Hoſtienſ.
Quid ſi per frigus vel negligentiã à

ma-

manibus hoſtia dilabitur in calicẽ: Reſpondet Tho. in parte. iij. quæſt. lxxxiij. articu. vj. in reſponſione ad vj. quòd nihil propter hoc eſt addẽdum vel iterandum.

Quid faciet ſacerdos ſi intra miſſam recordatur ſecõmiſiſſe aliquod peccatum mortale: vel aliquid comediſſe vel bibiſſe aut excommunicationis vinculo ſubiacere. Reſpondeo quòd in tali caſu via tutior eſt tenenda, ſcilicet quòd pœniteat & doleat quòd ita tardè pœnitet & confiteri proponat quàm citò facultas aderit confitendi. Et ſic cõficiat & ſumat: nec accipiat hoſtiam non conſecratam pro conſecrata. quia in hoc grauiùs peccaret. vt in capi. de homine. de celebrati. miſſa. Nota quòd dicit Thom. parte. iij. quæſtione. lxxxiij. articul. vj. in ſolutione ſecunda vbi tota hæc materia ferè inſeritur. quòd vbi difficultas occurrit: ſemper accipiẽdum eſt illud quod habet minus de periculo in capit. ij. xiij. diſtin. Maximè periculoſum eſt quod eſt contra perfectionem ipſius ſacramenti. quia hoc eſt immane ſacrilegium: minus autem eſt illud quod pertinet ad qualitatẽ ſumentis. Et ideo ſi ſacerdos poſt conſecrationem inceptam recordaretur ſe aliquid comediſſe vel bibiſſe: nihilominus debet perficere ſacrificium & ſumere ſacramentum. Similiter ſi recordetur ſe peccatum aliquod commiſiſſe: debet pœnitere cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. & ſic eſt nõ indignè ſed fructuoſè accipere ſacramẽtum. Similiter ſi ſe meminerit excommunicationi ſubiacere: proponat abſolutionem petere: & ſic per inuiſibilem põtificem Ieſum Chriſtum abſolutionem conſequetur quantum ad hunc actum quòd peragit diuina myſteria. Si verò ante conſecrationem alicuius dictorum ſit memor: tutius reputarẽ maximè in caſu manducationis vel excommunicationis quòd miſſam inceptam deſereret: niſi graue ſcandalum timeretur. Quid ſi presbyter non recolat ſe dixiſſe verba conſecrationis vel alia quæ dicuntur ibi Reſpondeo non de hoc debet mente turbari. non enim qui multa dicit recolit omnia. Si tamen probabiliter conſtat aliqua omiſiſſe quæ nõ ſunt de neceſſitate ſacramenti: non debet propter hoc reſumere vel ſacrificij ordinẽ immutare: ſed vlteriùs procedere. Si verò certificetur ſe omiſiſſe aliquid eorum quæ ſunt de neceſſitate, ſcilicet formam conſecrationis: idem videtur faciendum ſicut dictum eſt in defectu materiæ: vt ſcilicet reſumat formam conſecrationis: & tunc per ordinem reiterentur. ne ſacrificij ordo mutetur. Hæc Thom. par. iij. quæſt. lxxxiij. articu. vj. In ſolu. v. Item quæritur ſi in aliquo caſu forma verborum quibus conficitur tantummodo exprimatur ſine alijs præcedentibus, vel ſubſequentibus: vt puta ſi aliqui

eſſent in deſerto vel in mari immi-
nēte periculo: ſi ſufficit ad conficiē-
dum dicere. Hoc eſt corpus. &c.
Reſpondeo quòd licèt grauiter pec
carent conficientes: tamen confice
rent. quia conſtat ſtatutũ eſſe quòd
ſine præcedentibus vel ſubſequenti
bus forma ſic inſtituta Chriſtus cō-
fecit. cùm igitur eadem ſit virtus
nunc quæ fuit tunc: conſtat autem
ſtatutum eſſe ab apoſtolis ne ſolis
verbis Chriſti fiat conſecratio: re-
ſtat quòd ſicut tunc verba operata
ſunt: ita & nunc ſuum effectum ope
rarentur. Hæc Alexander. Idem
Thom. parte. iij. quæſtione. lxxviij.
articulo. j. in fine.
Nunquid femoralia inter ſacerdo-
tij veſtes ſint computanda. Reſpon
det Hugutius ſic dicens. Voluit ſer-
mo dei in ſacro officio miniſtros
Dei ad tegēda infirma corporis pro
prium ac ſingulare operimentum
habere: vt per hoc oſtenderet pudi
citiam & caſtimoniam præcipuè
ad ſancta tractanda vnicam & ſin-
gularem eſſe debere. vnde miniſtri
noui ſacerdotij hoc operimentum
in ſacro officio ſingulariter non aſ-
ſumunt: quibus eſt iniuncta ſeruan-
dę caſtitatis quotidiana neceſſitas
ſicut eſt quotidie offerendi conceſ-
ſa poteſtas. miniſtri verò veteris fi
gurę tempore ſacrificij offerēdi fe-
moralia ſumunt: qui miniſterio cō
pleto iterum ſoluunt.

FINIS.

BIBLIOTEKA OSS[...] [...]EUM

¶ FINITVR MISSALE ſecundum conſuetudinem mona chorum congregationis ſan cti Benedicti Valli-ſoletani.



IMPRESSVM ¶ Salmanticæ apud Ioannem Ca-nouam. Anno à Chriſto nato. M.D.LXVIII. menſis Ianuarij, die.ij.

+a.1. a-9. I.37.

MISSALE
Congregationis
S. Benedicti
Vallisoletani

Salamanca
1568